

CHERVIM
PARADISI
S. THOMAS AQVINAS.

CHARACTERIBVS DIVINAE SAPIENTIAE
illustratus, & cum SS. Patribus, ab oppositis
paraturis vindicatus.

A. R. P. M. F. DOMINICO GRAVINA
Ordinis Prædicatorum Authore.



In vno spiritu vniuersales collaborantes fidei Euangelij.
Philip.



NEAPOLI, Typis Secundini Roncalioli. MDCXLI.
SUPERIORVM LICENTIA,

Eminentissimo, & Reuer.^{ma} Principi

D. D. FRANCISCO
BARBERINO

S. R. E. Cardinali Amplifs.

A *D Augustissima Barberina domus portam iterum, ut debeo, & dignitas amplitudinis tuae postulat, festinus accurro: Librumque meum, & me ipsum sub purpureo paludamento depono, Princeps Eminentissime. Qui cum in pectoris tui animata Bibliotheca recondere solitus sis qua aeternitati litantur, non dedignabitur hanc unam opellam (in qua tanquam in una voce Doctoris Angelici, Patres Ecclesiae conclusos defendendos suscipio) obuijs vultis excipere. Si enim in conquirendis ex toto Orbe libris, tanta cupidine flagras, Pollionis, Iulij Caesaris, Octavianij, Philadelphij studia exasperas (ut satis magnificētia tua testetur foris, quicquid in re litteraria eminent intus) maiori animi propensione, non vnus sed tot Procerū defensionē cum ipsorū Hyperaspis suscipiendā & suscipiendam spero, ut abscondas eos in abscondito faciei tuae à cōtraditione linguarum. Audeo dicere, vnū Angelicum (ut scribit de Basilio Nazianzenus, vnum esse Coelum, omnia suo complexu coercens, eadem enim sapientia eius est, qua & veterum, sententiarum grauitate ponderosa, firmitate veritatis solida, ab initio Apostolico praedicationis per sequentes aetates decurrens, quae catholici dogmatis primordijs radicata, in Thomisticum tandem culmen, & fructum assurgit. Proinde licet contradictionibus stabellata, terrena potentia & secuti sapientiae turbines ad omnem perniciem paratissimos sentiat; inflexibilis perseverat. Vno ergo Patrum Spiritu animata, Aquina-*

*is doctrina, & ventis tartareis exstingui non potest, quin ipsa
 potius omnes Erebi copias impetu vno euertit, equitatus
 Pharaonis assimilata, quã non tam illustrem reddunt aduersus
 hostes Ecclesiã certaminũ frequentia, quã numerositas triũpho-
 rũ. Olim certaturis filijs Spartanae matres clypeos exhibebãt, illud
 inculcantes: Aut cum his, aut in his. An non meretur Ange-
 licus, vt de eius umbone dicatur: Aut cum hoc, vel in hoc?
 meritò: Nam in Ecclesiã Dei (quam Paradisum Eden Ire-
 neus appellauit) velut alter Cherub positus est S. Thomas
 ad custodiendam viam ligni vite, hoc est scientiam San-
 ctorum, flammeo gladio, atq; versatili, nè in hortum delicia-
 rum singularis ferus irrumpat; qui si semel id attentare ausus
 est, caueat deinceps; bis enim in eundem lapidem impingere.
 (dicebat Theologus) recordibus tribuit Paræmia.*

*Accipiat ergo Eminentia tua quisquid boni prudentissima
 tuo iudicio arridet, in hoc quem da, dicoquẽ Libello: qui sicut
 virtutis tua in perpetuum, ita & mei affectus & cultus sin-
 cerum erigitur monumentum. Neap. Ex Cœnobio S. Mariae
 Sanitatis, die S. Laurentij sacro 1641.*

Eminentia T.

Addictissimus seruus

F. Dominicus Graulina.

Licen:

Licentia, & facultas Ordinis.

Liber attitulatus *Cberabim Paradisi* compositus ab A. R. P. M. F. Dominico Grauina Ordinis Prædicatorum, Rectore Collegij S. Thomæ, in quo Angelici Doctoris doctrina Diuinis Characteribus illustrata demonstratur, à me diligenter reuisus, ex commissione Reuerendissimi P. N. Generalis Fr. Nicolai Rodulfi; potest ad publicam vtilitatem typis mandari, cum Orthodoxam, & Catholicam Doctrinam spiret, & valeat ad mores informandos; nihilque contra leges Orthodoxas contineat. In quorum fidem his propria manu descripsi, in Conuentu S. Mariæ Sanitatis de Neapoli die 12. Mensis Iulij 1649.

Fr. *Aloysius Phœnicus S. T. M. manu propria.*

Idem censeo ego F. Aloysius Brunus, Arpinas, Mag. & Regens in Conuentu S. Dominici de Neap.

Fr. Nicolaus Rodulfus, totius Ord. Præd.
Magister Generalis.

Visa approbatione Libri inscripti *Cberubim Paradisi* per R. A. P. M. F. Dominicum Grauinam compositi, facta per AA. RR. PP. MM. Fr. Aloysium Phœniciū, & Fr. Aloysium Brunum, quibus eiusdem Libri reuisio, & examen fuerat à nobis demandatum; concedimus, vt edi possit in lucem, seruatis seruandis. In quorum fidem &c. Datum Perusij die 27. Iulij 1640.

Fr. Nicolaus Magister Ordinis.

*Fr. Adrianus Cardinalius, Mag. Prouincialis
Terra Sanctæ, Socius.*

Li-

Licentia Curiae Archiepiscopalis.

Perillustri, & Reuerendissi. Domino meo Vic. Gen.

Authori tam pio, & scriptis præclarissimæ Doctrinæ
non sunt denegandi typi, imo vrgendi. Dat. Neap.
19. Octobris 1640.

D. Io. Dominicus Aulifus Doct. Theol. Can. Dep.

Idem censeo ego Alexander Russus Can. S.Th. & V. I. D.

Imprimatur

Alexander Lucianus Vic. Gen. Neap.



IN-

INDEX CAPITVM.

LIBER PRIMVS

De notis Orthodoxæ doctrinæ.

- O** Peris apparatus, & argumentum fol. 1.
Primus Character Orthodoxæ, & veræ doctrinæ, quod antiquitatis patrocinio fulciatur. fol. 9.
Secundus. Ex Vniuersitate locorum, & personarum, firmitatem quoque accipit, & probationem. fol. 46.
Tertius. In ipsa Vniuersitate, Patrum, & Doctorum consensus conspirans, eandem doctrinam attestatur. fol. 52.
Quartus. Sedis Apostolicæ calculo comprobata, characterem, habet inscriptæ doctrinæ. fol. 58.
Quintus. Decretis Conciliorum corroborata doctrinæ, notam, exhibet eiusdem Orthodoxiæ irrefragabilem. fol. 63.
Sextus. Miraculis, vel diuinis charismatibus, & attestacionibus communita doctrinæ, veritati eiusdem magnum præbet argumentum. fol. 68.
Septimus. Cum de hostibus, & perduellibus Gentilibus, Iudæis, Hæreticis triumphat, eiusdem veritas etiam ab inimicis probatur. fol. 75.
Octauus. Cum posita doctrinæ tãquam signum ad contradictionum sagittas, illas feliciter eludit; eidem quoque magnum argumentorum pondus subministrat. fol. 82.
Nonus. Cum Philosophiam, & externas facultates, velut ancillas vocat ad arceam scientiæ Dei, easque captiuat in obsequiũ Christi, nota est non leuis veritatis eiusdem. fol. 89.
Decimus. Cum non ex proprio ingenio partem proprios fœtus obtrudit, sed quæ diuinitus accepit posteris consignat; veritatis etiam sigillo obsignatur. fol. 95.
Vndecimus. Si doctrinæ cum humilitate coniuncta sit, non cum ventoso spiritu superbiæ, diuini characteris obsignationem indicat. fol. 101.
Duodecimus. Si cum sanctitate, & optimis moribus iungatur, signaculi diuini exprimit similitudinem. fol. 106.

Ter-

Tertius decimus. Si magis oratione, & gemitibus parata sit, quàm proprijs conatibus, & laboribus, veritatem, eiusdem non leuiter comprobat. fol. 112.

Quartus decimus. Cum pudicitia vallata est, atq; munditia, veritatem pariter efficaciter ostendit. fol. 118.

Quintus decimus. Si mortificata abstinentijs, & ieiunijs, &c. austeris, & non mollis, & effeminata incedat: Orthodoxæ veritati dexteris miscet. fol. 127.

LIBER SECVNDVS.

Prædilecta nota, doctrina Angelici conueniunt.

Cap. 1. **T**heologia Angelica, vndique Antiquitatis canitiam fuit venerata. fol. 134.

Cap. 2. Vniuersitatis tessera pariter decorata ostenditur. fol. 140.

Cap. 3. In eadem Vniuersitate consensus Patrū relucet. fol. 145.

Cap. 4. Doctrina Angelica ab Apostolico Throno approbata. fol. 149.

Cap. 5. Concilia pariter nostri Cherubim doctrinam roborarunt. fol. 154.

Cap. 6. Eadē doctrina diuinis attestationibus refulget. fol. 160.

Cap. 7. De Gentilibus, Iudæis, & Hæreticis triumphum reportauit. fol. 166.

Cap. 8. A contradictionibus innumeris laceffita, impelli non potuit. fol. 176.

Cap. 9. Scientias humanitas partas captiuauit in obsequium Christi Domini, & Ecclesiæ. fol. 180.

Cap. 10. Non proprios ingenij fetus inuexit in Orbem, sed quæ didicit, docuit, & quæ accepit, fideliter posteris consignauit. fol. 188.

Cap. 11. Humilitatem vndique spirat, nusquam tanquam palea à vento superbia agitata. fol. 193.

Cap. 12. Maximum authoritatis pondus obtinuit ex sanctitate vitæ cum insigni doctrina coniuncta. fol. 201.

Cap. 13. Genibus, & gemitibus, potius quam humanis sudoribus, & laboribus acquilita. fol. 206.

Cap. 14.

Cap. 14. Illustrior reddita ex virginitatis, & munditiæ candore. fol. 212

Cap. 15. Cum mortificatione, austeritate, & sui contemptu incedit, non turgida, & effæminata. fol. 216.

L I B E R T E R T I V S.

De Contradictoribus Sermonibus Sancti.

Cap. 1. **R**efutantur, qui S. Thomæ Summam integram asserunt non esse eiusdem Sancti genuinũ factum. fol. 121.

Cap. 2. Amandantur, qui nequos, & notas eiusdem doctrinæ affigunt, & in multis capitibus de errore taxare non erubescunt. fol. 231.

Cap. 3. Repelluntur murmurantes, Angelicum in Theologica facultate omnia vertisse in vtrum, & Aristotelem Christianismo copulasse. fol. 245.

Cap. 4. Confutantur, qui sententiam S. Thomæ in Conceptione Deiparæ, ex indicto silentio, asserunt fuisse relegatam, obscuro carceri addictam, propediem fulmine plectendam. fol. 250.

Cap. 5. Illustri Academia Salmantina, quod in verba Sanctorum Augustini, & Thomæ iuravit, vindicatur ab imposturis calumniantium. fol. 255.

Cap. 6. Similiter efferentes se supra doctrinam S. Thomæ, vel per quosdam cuniculos ad eius authoritatis arcem demolendam insurgere conati sunt; retunduntur. fol. 261.

Cap. 7. Quod Pseudopoliticismo eundem adoriri, sit tam insignem doctrinam in iniustitia alligatã retinere. fol. 265

Cap. 8. Cur diabolus tot oppugnationum aggeres adversus nostrum Cherubim sit machinatus. fol. 271.

§. 1. vt fidem euertat.

§. 2. vt mores corrumpat.

§. 3. vt Orbẽ turbet, & totum Imperiũ quatiat. 274. & seq.

LIBER QVARTVS

De specialibus, & nouissimis cōtradictionibus Anonymi fol. 285

Cap. 1. **E**dem referuntur, & refutantur fol eodem.

Cap. 2. **E** De memoriali Anonymi ad Iudices veritatis,
& doctrinæ directi. fol. 292.

Referuntur suppositiones Anonymi fol. 293. re-
futantur fol 295.

Cap. 3. Vndecim veritates propositæ ab Anonymo expendun-
tur. fol. 304.

Cap. 4. Confutatio eiusdem memorialis, & libelli supplicis, de-
laruato Anonymo. fol. 360.

¶ Impugnationes rursus vndecim, quas vocat veritates.
fol. 361. vsque ad 428.

Eiusdem pro se defensio recensetur, & impugnatur 429.
et vsque ad 457.

Cap. 5. Eiusdem memorialis Anonymi reiectio, Drammatico
stylo descripta 456. vsque ad 564.

Apostolicæ Sedis decreta de libris Elucidistæ 566.

LIBER QVINTVS, & VLTIMVS.

*Paradoxetera Anonymi contra Antiquitatem, & nostrum
Cherubim diffeminata aperiuntur, & breuiter refu-
tantur. fol. 566.*

Cap. 1. **Q**uæ sint huiusmodi paradoxa. ibidem.

Cap. 2. **Q** Paradoxa specialia, quæ concernunt Oeconō-
miam Saluatoris. fol. 570.

Cap. 3. **Q** Animaduersiones ad præcedentia. fol. 580.

Cap. 4. **Q** Animaduersio circa integritatem Corporis Christi Do-
mini. 583.

Animaduersio Vltima. fol vlt.

Indiculus Operum Authoris. in fine lib.

Index rerum notabilium.

Primus numerus folium, secundus lineas folij, vel faciem significat.

A

- A**cademia, & Schola ferè omnes S. Tb. doctrinam sequuntur, & venerantur. 137. 4.
Ada scientia perfectissima fuit, & qualis. 161. 2. an fuerit sepultus in Caluario. 57. 8.
Additio multiplex, intrinseca, & extrinseca. 137. 4.
Adamantis, & silicis differentia. 85. 5. 6. 7.
Adoratio una, & eadem est ad imaginem, & imaginatiu. 241.
Adulatio fugienda maximè à Confessarijs. 281. 11.
Amor complet beatitudinem in Patria. 166. 2.
Anima intellectiua immortalitas 185. 7.
Anima affectiones tres sunt. 43. 6.
Egidius Columna S. T. scripta defendit 262. 287. 2.
Angeli spirituales, & incorporei. 44. 7.
Angelici titulus genericè omnes Angelorum ordines complectitur. 426. 3.
Anonymus callide S. Thomam vellicat. 305. 1. 2. 350. 4. 5. eius suppositiones examinantur. 294. item eiusdem undecim veritates. 304.
Antiquitas doctrina fidei. 10. 3. ea decertarunt Patres, & Doctores, contra Gentiles, & hereticos. 9. 2. 3. 4. 5. 6
Contra eandem insurgit Morneus. 116. eius argumenta soluantur. 21. item arguit contra eandem Elucidista. 26. argumenta soluantur. 29. ab illa quam degenerant nonnulli moderni. 291. Eam formidant heretici. 15. 10.
Pro antiquitate defendenda Patres laborarunt. 7. 10.
Anonymi propositiones in memoriali contentæ recensentur. 463 examinantur. 466. & infra.
Aristotelis doctrina 57. arguit infideles, & hereticos. 248. 7. 8.
Antiquis maximè gratiæ agenda. 288.
Augustinus multa sine magistro didicit. 160. 1.

INDEX RERUM.

B

- B** *Aflyctiologium aptatum S. Thomæ.* 136. 3.
B eza præfert S. Bonaventuram S. Thomæ. 428. n. 6.
*S. Bonaventura, & Thomas quanto honore inter Doctores
 Ecclesiæ collocantur.* 385. 11. *Dua Cherubim Ecclesiæ.* 436.
 2. 3. 4. *de iisdem vide* 356 358. *item* 380. 381. 385. *utriusque
 doctrinæ modesta collatio.* 427.

C

- C** *Alumnie varia contra doctrinam Angelici suscitata.* 289.
 15. 6. n. 9. 156.
Canis latrans homicidas prodit. 52. 2.
Catholici scriptores etiam proprijs conatibus interdum visi sunt.
 208. 4.
Canonizatio Sanctorum ad Papam spectat. 451.
Characteres sacrorum dogmatum qui. 91.
Carnales in scriptura prius recensentur quam spirituales. 23. 3
Cassinensem Abbatiam renuit Angelicus. 194. 3.
Cathedra superbiæ quibus pedibus subsistit. 103. 7.
Cathedrarum multiplicitas commendabilis. 375 376.
Catholicus Doctor impugnatus, magis roboratur. 85. 6. 7. 8.
*Christum Dominum quo sensu dicatur comedisse butyrum, &
 mel.* 132 5. *eius integritatē orthodoxè confiteri debemus.* 583.
quos defectus assumpsit. 585
*Celebritas maior, vel minor Sanctorum, non arguit maiora
 vel minora verita.* 382. 6 7.
*Centuriatores à veritate victi, sanctitatem, & doctrinā S. Th.
 fatentur.* 205. 1.
Cherub electus ad custodiendum Paradisum. 167. .
Celum conditum est propter Ecclesiam. 72. 7.
Cali an sint dicendi animati. 147. 3.
Conciliorum decreta approbationem Papæ expectant. 67. 8.
nota sunt Orthodoxæ Doctrinæ. 63.
Concilij Tridentini laudes. 158 8. *sæpe sustendebat decisiones,
 donec consuleret doctrinam S. Th.* 159. 1. 8.
Cognitio, & amor complent beatitudinem Patriæ. 166. 2.
Consociatio Ecclesiarum etiam ab Hereticis commendata. 48. 3. 4
Contradictionibus multis exagitatur S. Th. doctrina. 177. 2.
Contradictio infidelium, character doctrinæ catholice. 83. 1. 2.
 Corpus

INDEX RERVM

- Corpus otiosum morbis obnoxium est.* 177.1.
Cordis mundities, illustrationes, & reuelationes meretur 68.1.
 70.2.74.9.
Consuetudo quantam vim habeat 344.
Contemplatio duplex 113.2.4.5. *lucta est quaedam spiritus.* 208.
 2. *quam bene luctatus fit in ea* S.Tb.5.
Consensio Patrum in doctrina S.Tb. conspicitur. 143.
Quando suscipienda, & agnoscenda. 54.45.6.7.8.
Conuersationis rectæ splendor, indicat fauorem Spiritus S.70.4

D

- D** *Epositum Apostolicum quid sit.* 9.2.
Deus cur hæreses permittit. 5.7.
Doctrina vera præcedit falsam 14.7.8.
Eius approbatio dupliciter fit, inquisitione, & authoritatiue.
 59.2.
Doctrina sacra etiam viitur authoritatibus Philosophicis. 89.
 1.2.9.34.9.39. *Cum humilitate coniuncta, Orthodoxia notã*
habet. 101. 23. *Bonis moribus debet esse coniuncta* 106. 1.2.
 3. *Oratione, & gemitibus.* 112.2. *In antiquitate fundata, no-*
uos labores non excludit 137.4. *Ab Apostolis in Apostolicos*
descendit. 389.2.
Doctrina S.Tb. quinta essentia à Patribus distillata. 45. 144. 1.
Soli, & soli comparata 141.2. *quomodo eadem cum doctrina*
Patrum 142.2. *probatur à Pontificibus Summis.* 149. *A Con-*
cilijs 154.1. *dogmatum sacrorum genitura* 146.
Diuina illustratione resurgens. 160.1.2.5. *hæreses omnes præsti-*
ganit 167. *Dono raptus magnificata* 164.7. *Dicteria contra*
sectatores doctrinæ eiusdem refutantur. 389.7.8.
Doctor ad duo respicere debet. 145.2.3. *eius officium* 415.6. *Do-*
ctoris Ecclesiæ requisita. 349.2.3. *aliud est esse Doctorem Ec-*
clesiæ, aliud in Ecclesia *ibidem.* & p. 349.
Doctorum quatuor genera. 418.7. *in tres classes partiti.* 450.3.4.
 5.6.7. *laudantur vel absolute, vel comparatiue* 380.3.4.5.
Dogmata Ecclesiæ non tam diuturnitate firmantur, quã ex con-
tinuitate eorundem ad Apostolos. 25. 10. *Incrementa susci-*
piant quantum ad maiorem intelligentiam.

INDEX RERVM.

E

- E**cclesia assimilatur usui, domui, &c. 22. 2. capit ab Adam 23. 3. quas dotes accepit à Christo. 47. 1. quibus vijs procedit ad definiendum dogmata. 58. eius approbatio in doctrinis signum catholici dogmatis 58. eius est reprobare peruersas doctrinas 65. 4. vititur errantibus ad profectus suos. 82. 11. Patribus testimonium perhibet, & è contra, in diuerso tamè genere causa 64. 2.
- E**ccliesiarum consensus, & vinculum pacis. 48. 3. Eandem veritatem tenent 46. 1. 2. 3.
- E**rasmus fugillans Scholasticos, reprehenditur. 344. 345. ab co-
hæreses nostrorum temporum pullularunt. 398.
- E**loquentiam non affectauit Angelicus 57. 221.
- E**lucida stia obmurmurat contra proscriptionem suorum libro-
rum. Et retunditur 66. 5 6. 7. multa S. Tho. dicta impugnat.
232. 554. 5. obiectiones contra ipsum. perperâ ab ipso defensione,
& defensionibus impugnatur. 443. et infra. Patres adoritur 4. 5
- E**ncomia varia S. Th. applicata. 142. 3. 158.
- E**piscopis cur interdicta lectio librorum Gentilium. 92. 6. 7.
- E**rrores. aliqui in codicibus Patrum non semper tribuendi. Ama-
nuensibus. Typographis. 297 2 319. 2. 386. 1. 2. 4. 3. 5. multa
in illis minus consona fidei, quæ retractata, vel correctioni
subiecta. 299. 5.
- E**ua originem dedit morbo illi phylautico: quod volumus, san-
ctum est. 128. 1.
- E**uangelium nouum, sed antiquitus pronunciatum. 31. 2.

F

- F**acultas diuersa sentiendi quando conceditur. 401. 402. quã-
ta cautela id fieri debet. 404. 405. 5.

G

- G**entium conuersio. profectus eandem in fide, veritatem
doctrinæ catholicæ ostendunt. 72. 6.
- G**radus ascendendi ad domiciliũ veritatis, multiplices sũt. 355. 2

H

- H**æretica multa nunc deprehenduntur, quæ antea non re-
putabantur. 321.
- H**æreticorum mos dicere codices Patrum: esse deprauatos. 297.
2. 319. Catholicos infamant. 286.

Hæ.

INDEX R E R V M

- Corpus otiosum morbis obnoxium est.* 177. 1.
Cordis mundities, illustrationes, & reuelationes meretur 68. 1.
 70. 2. 74. 9.
Consuetudo quantam vim habeat 344.
Contemplatio duplex 113. 2. 4. 5. *lucta est quaedam spiritus.* 208.
 2. *quam bene luctatus sit in ea S. T. b.* 5.
Consensio Patrum in doctrina S. T. b. conspicitur. 143.
Quando suscipienda, & agnoscenda. 54. 45. 6. 7. 8.
Conuersationis recta splendor, indicat fauorem spiritus S. 70. 4

D

- D** *Epositum Apostolicum quid sit.* 9. 2.
Deus cur haereses permittit. 5. 7.
Doctrina vera praecedit falsam 14. 7. 8.
Eius approbatio dupliciter fit, inquisitiuè, & authoritatiuè.
 59. 2.
Doctrina sacra etiam utitur authoritatibus Philosophicis. 89.
 1. 2. 9. 34. 9. 39. *Cum humilitate coniuncta, Orthodoxia notã*
habet. 101. 23. *Bonis moribus debet esse coniuncta* 106. 1. 2.
 3. *Oratione, & gemitibus.* 112. 2. *In antiquitate fundata, no-*
uos labores non excludit 137. 4. *Ab Apostolis in Apostolicos*
descendit. 389. 2.
Doctrina S. T. b. quinta essentia à Patribus distillata. 45. 144. 1.
Soli, & soli comparata 141. 2. *quomodo eadem cum doctrina*
Patrum 142. 2. *probatur à Pontificibus Summis.* 149. *A Con-*
cilijs 154. 1. *dogmatum sacrorum genitura* 146.
Diuina illustratione refulgens. 160. 1. 2. 5. *haereses omnes prossi-*
gauit 167. *Dono raptus magnificata* 164. 7. *Dieteria contra-*
fectatores doctrina eiusdem refutantur. 389. 7. 8.
Doctor ad duo respicere debet. 145. 2. 3. *eius officium* 415. 6. *Do-*
ctoris Ecclesiae requisita. 349. 2. 3. *aliud est esse Doctorem Ec-*
clesiae, aliud in Ecclesia *ibidem.* & p. 349.
Doctorum quatuor genera. 418. 7. *in tres classes partiti.* 450. 3. 4.
 5. 6. 7. *laudantur vel absolutè, vel comparatiuè* 380. 3. 4. 5.
Dogmata Ecclesiae non tam diuturnitate firmantur, quã ex con-
tinuitate eorundem ad Apostolos. 25. 10. *In rementa susci-*
piunt quantum ad maiorem intelligentiam.

INDEX RERVM.

E

Ecclesia assimilatur nauis, domui, &c. 22. 2. capit ab Adamo 23. 3. quas dotes accepit à Christo. 47. 1. quibus vijs procedit ad definiendum dogmata. 58. eius approbatio in doctrinis signum catholici dogmatis 58. eius est reprobare peruersas doctrinas. 65. 4. utitur errantibus ad profectus suos. 82. 11. Patribus testimonium perhibet, & è contra, in diuerso tamè genere cause 64. 2.

Ecclesiarum consensus, & vinculum pacis. 48. 3. Eandem veritatem tenent 46. 1. 2. 3.

Erasmus sugillans Scholasticos, reprehenditur. 344. 345. ab eobareses nostrorum temporum pullularunt. 398.

Eloquentiam non affectauit Angelicus 57. 221.

Elucidisita obmurmurat contra proscriptionem suorum librorum. Et retunditur 66. 5. 6. 7. multa S. Tho. dicta impugnat. 232. 554. 5. obiectiones contra ipsum perperà ab ipso defensione, & defensione impugnat. 443. et infra. Patres adoritur 4. 5

Encomia varia S. Th. applicata. 142. 3. 158.

Episcopis cur interdicit lectio librorum Gentilium. 92. 6. 7.

Errores aliqui in codicibus Patrum non semper tribuendi, Amanuensibus, Typographis. 297. 2. 319. 2. 386. 1. 2. 4. 3. 5. multa in illis minus consona fidei, qua retractata, vel correctioni subiecta. 299. 5.

Eua originem de dicit morbo illi philautico: quod volumus, sanctum est. 128. 1.

Euangelium nouum, sed antiquitus pronunciatum: 31. 2.

F

Facultas diuersa sentiendi quando conceditur. 401. 402. quãtã cautela id fieri debet. 404. 405. 5.

G

Gentium conuersio. profectus eandem in fide, veritatem doctrinæ catholica ostendunt. 72. 6.

Gradus ascendendi ad domiciliũ veritatis, multiplices sũt. 355. 2.

H

Heretica multa nunc deprehenduntur, quæ antea non reputabantur. 321.

Hæreticorum mos dicere codices Patrum esse deprauatos. 297. 2. 319. Catholici: os insimant. 386.

He.

INDEX RERVM.

- Hæretici audent se inferere atati Apostolorum.* 16. 11. *dolose fingunt sua scripta Sedi Apostolica corrigenda submittere.* 62. 5. *eorum conuenticula non per totam Ecclesiam diffusa, sed in angulo Europæ* 50. 5.
- Hæresis assimilata arbori, quam vidit Daniel.* 170. n. 5.
- Hæreses omnium seculorum profligauit doctrina Angelica.* 167. 4. *Earum numerus, & extinctio.* 82. 10. *multæ absq; Synodis dænata.* 49. 4.
- Hispanica, & Cantabrica gentis laudes* 1. 1.
- Hominis facultatem excedit in nullo errare.* 420. 1.
- Humilitas comes doctrina* 101. *lumē intelligentia aperit* 193. 1. *variè probata* 195. 3. 220.

E

- I** *Biunia multi pleno ventre efferunt.* 132. 5.
- Iesuita per vota simplicia Religiosi sunt ex indulto Apostolico.* 233. 234. *antiquiores eorum Magistri. mordicus seclati sunt vestigia* S. T. b. 263.
- Ietro consilium quale.* 311. 371. 372. 112. 368.
- S. Ignatius Loiola doctrinam S. T. b. sequutus est.* 308. 6.
- Inuentio prampta, vel solertia, specialis gratia est.* 71. 5.
- Iudei capsarij nostri sunt, codices seruando, quibus eos reuincimus.* 78. 5. 7. 8. 1. 9. *reprehens quod degenerent ab Abrabâ, & si gloriantur de antiquitate Abrabæ* 23. 3.
- Iurare in verba Magistri, quid* 443. 3.

L

- L** *Abarum Crucis pro Aquilis erexerunt Apostoli.* 76. 2.
- Laurentius, & Stephanus cur maiori solēnitate præ multis honorantur.* 384.
- Latrones in cruce clauis affixi.* 448.
- Libri examinari, & proscribi possunt non præmissa definitione.* 66. 6. 7. 8.
- Lutheri diſſeria contra calibatam.* 123. 8.
- Lux prima diei fuit lux Solis, sed informis.* 145. 2.
- Luxuria impedit penetrationē diuinorum mysteriorū.* 120. 4. 5.

M

- M** *Agni nominis authores de furto sugillati.*
- Magorum vultus descripti à Beda.* 448.
- Maria Despara ubi nata.* 4. 8. *eius temperamentum, & cibus securus.*

INDEX RERVM.

- secundum mentem Poza. 33. Matripater contra eundem dici non debet. 33. 17. 12. 581. eandem ut & Iesum idem exenteravit 83. 1. Neſtare, & Ambrosia paſſ. m fingit Poza. 453. 585. de eius Conceptione ſententia non ſunt reiecta, ſed utraque probabilis, & opinionis nomine gaudet. 232. 250.*
- Memoriale Anonymi ad iudices veritatis reiicitur. 456. & ſeq.*
- Materia paruitas non admittitur in impudicitia. 1349. 10.*
- Möda qua irrefpeüt in libris S. Th. notätur à P. Garſia. 355. 5.*
- Moderni antiquis Doctöribus non præferendi. 210. 6. 7. 8.*
- Moderni quid tm potius veteres ſugillant quã excuſent. 147. 3.*
- Mortui qui cū Chriſto ſurrexerunt, an iterü obierint. 145. 3.*
- Mortuos tanquã viuètes ad loquendü introducere ſoliti. 456. 1*
- Miraculorum operatio in eo qui illa operatur, nõ ſemper arguit maiorem ſanctitatem. 382. 6. 7.*
- Mixtio non eſt quando unum tranſit in alium. 283. 4.*
- Mulieris deſcriptio. 212. 2.*
- Mutare ſententiam, ſapientis eſt. 243.*

N

- N**ouitas ab antiquitate diſcordans, eliminanda. 525. 4.
- Qua verò antiqua principia ſupponit, & ſequitur, non ſpernenda. 29. 12.*
- Noua, & inuſitata in Orbem inducit Paradoxetera. 597.*
- Nec excuſatur quod introducatur ad exercitationem ingenij. ibid. & 568.*
- Nouitatis memorabile exemplum ex Dorotheo. 411.*

O

- O**pinio noua non ſemper poteſt introduci 205. 2. Cauenda in materia gula, & Veneris, & Pſeudopolitia. 326. Probabilis cautè amplectenda. 405 6. 7. quando licitè poteſt introduci. 56. 8. quando eam licet ſequi. 434. 3.
- Obtreſtatores multi doctrina S. Th. retüdütur. 290. 428. 3. 291.*
- Opinantes è quibus fontibus opiniones interdum deducunt. 406 maximam interdum in moribus dant licentiam. 407. multi introducunt improbabilia ſub ſpecie probabilitatis. 326.*

P

- P**apa abſque Concilio poteſt libros proſcribere. 65. 4. eius eſt decernere quis Apoſtolus, quis Doctör vocari debeat in Eccleſia. 451. 6.

INDEX RERVM.

*Hæretici audent se inferere atati Apostolorum. 16. 11. dolose
singunt sua scripta Sedi Apostolica corrigenda submittere.*
62. 5. eorum conuenticula non per totam Ecclesiam diffusa,
sed in angulo Europa 50. 5.

Hæresis assimilata arbori, quam vidit Daniel. 170. n. 5.

Hæreses omnium seculorum profligauit doctrina Angelica. 167. 4.
Earum numerus, & extinctio. 82. 10. multa absq; Synodis dā-
nata. 49. 4.

Hispanica, & Cantabrica gentis laudes 1. r.

Hominis facultatem excedit in nullo errare. 420. r.

Humilitas comes doctrinae 101. lumē intelligentiæ aperit 193. r.
variè probata 195. 3. 220.

I

I *Eiunia multi pleno ventre efferunt. 132. 5.*

Iesuitæ per vota simplicia Religiosi sunt ex indulto Aposto-
lico. 233. 234. antiquiores eorum Magistri. mordicus sectati
un t vestigia S. T. b. 263.

Ietro consilium quale. 311. 371. 372. 112. 368.

S. Ignatius Loiola doctrinam S. T. b. sequutus est. 308. 6.

Inuentio prompta, vel solertia, specialis gratia est. 71. 5.

Iudei casparij nostri sunt, codices seruando, quibus eos reuin-
cimus. 78. 5. 7. 8. 1. 9. reprehens quod degenerent ab Abrabâ,
& si gloriantur de antiquitate Abrabæ 23. 3.

Iurare in verba Magistri, quid 443. 3.

L

L *Abarum Crucis pro Aquilis erexerunt Apostoli. 76. 2.*

Laurentius, & Stephanus cur maiori solēnitare præ mul-
tis honorantur. 384.

Latrones in cruce clauis affixi. 448.

Libri examinari, & proscribi possunt non præmissa definitione.
66. 6. 7. 8.

Lutheri dicteria contra calibatam. 123. 8.

Lux prima diei fuit lux Solis, sed informis. 145. 2.

Luxuria impedit penetrationē diuinorum mysteriorū. 120. 4. 5.

M

M *Agni nominis authores de furto fugillati.*

Magorum vultus a scripti à Beda. 448.

Maria Despara ubi nata. 448. eius temperamentum, & cibus
secun-

INDEX RERVM.

- secundum mentem Poza. 33. Matripater contra eundem dici non debet. 33. 17. 12. 581. eandem ut & Iesum idem exentiauit 83. 1. Nectare, & Ambrosia passim fingit Poza. 453. 585. de eius Conceptione sententia non sunt reiecta, sed utraque probabilis, & opinionis nomine gaudet. 232. 250.*
- Memorabile Anonymi ad iudices veritatis reijctur. 456. & seq.*
- Materia paruitas non admittitur in impudicitia. 1349. 10.*
- Mēda quæ irrepserūt in libris S. Th. notātur à F. Garfia. 355. 5.*
- Moderni antiquis Doctōribus non preferendi. 210. 6. 7. 8.*
- Moderni quidam potius veteres fugillant quā excusent. 147. 3.*
- Mortui qui cū Christo surrexerunt, an sterū obierint. 145. 3.*
- Mortuos tanquā viuētes ad loquendū introducere solitū. 456. 1.*
- Miraculorum operatio in eo qui illa operatur, nō semper arguit maiorem sanctitatem. 382. 6. 7.*
- Mixtio non est quando unum transit in alium. 283. 4.*
- Mulieris descriptio. 212. 2.*
- Mutare sententiam, sapientis est. 243.*

N

- N**ouitas ab antiquitate discordans, eliminanda. 525. 4.
- Qua verò antiqua principia supponit, & sequitur, non spernenda. 29. 12.*
- Noua, & inusitata in Orbem inducit Paradoxetera. 597.*
- Nec excusatur quod introducatur ad exercitationem ingenij. ibid. & 568.*
- Nouitatis memorabile exemplum ex Dorotheo. 411.*

O

- O**pinio noua non semper potest introduci 205. 2. Cauenda in materia gula, & Veneris, & Pseudopolitia. 326. Probabilis cautè amplectenda. 405 6. 7. quando licitè potest introduci. 56. 8. quando eam licet sequi. 434. 3.
- Obtrectatores multi doctrina S. Th. retūdūtur. 290. 428. 3. 291.*
- Opinantes è quibus fontibus opiniones interdum deducunt. 406 maximam interdum in moribus dant licentiam. 407. multi introducunt improbabilia sub specie probabilitatis. 326.*

P

- P**apa absque Concilio potest libros proscribere. 65. 4. eius est decernere quis Apostolus, quis Doctōr vocari debeat in Ecclesia. 451. 6.

Pa-

INDEX RERVM.

- Patres qui dicendi sint.** 472. 473. eorum dicitur dubia, p̄d̄, & catholicè exponi debent 296. 1. 1. & si defuncti, viuunt in Ecclesijs 456. 1.
- Pauli predicatio à Petro probata** 58. 1.
- Patientia descriptio** 178. 2.
- Philippi Mornay argumēta cōtra antiquitatē.** 18. soluentur. 21
- Philosophi Gentiles antiquitatem commendant.** 149.
- Eorum schola destructa, quæ veritati fidei ostendit.* 77. 3. 4.
- Roma expulsi.* 90. 3. *quinam appellati Patriarchæ hereticorum* 91. 6. 7. *rationes eorum contra fidē, sunt solubiles.* 187. 8
- Philosophia, pædagogi more gentes edocebat.** 182. 2.
- Eiusdem studijs quantum temporis impendendum.* 186. 7.
- Plato quo tempore vixit.** 41. *tenuit quondam in doctrina Philosophica principatum.* 248. 6.
- Pozæ stylus scribendi recensetur.** 57. *in S. Thomam arietat.* 222. 453. 2. 32. & *infra* 254. 5. *aliæ ex Elucidario Pozæ examinatur propositiones.* 467. 469. *ad Principes seculares recurrit timens Romanam censuram.* 270. 9 *malè reprehendit Thomistas, quod doctrinam Angelici æquent sacris Scripturis.* 399. 7. *Eius specialia Paradoxa recensentur.* 576. 577. *Libri eius ab Apost. Sede proscripti.* 564. *diceria in Thomistas.* 389
- Politica, quæ sit secundum explicationem Angelij** 265. 1. *impugnata.* 267. 4. *Vera, & bona quæ sit traditur.* 297. 4.
- Predicatoris gratiã mōstrant profectus populorū.** 91. 6. *latrare debet.* 53. 2. 3. *sermo subtrahitur interdū malè viuētī.* 108. 2. 3
- Propheta interdum spiritu suo locuti.** 420. 2.
- Principum legum, & Apostolorum dogmatum differentia.** 76. 2.
- Propositiones Pozæ in Concilio SS. examinatae stylo dramatico** a pag. 456. & s̄que ad 564.
- Pudicitia, vera doctrina comes.** 118.
- Q
- Quatuor Doctores Ecclesiæ recensentur à Bonifacio.** 382. 7. 8. 9. **Quæstionum varia genera.** 398. 5. 6.
- R
- Ratio naturalis pædagogus Gentilium.** 90. 2.
- Multiplici ratione probatur iuramentū Salmantinū.* 256
- Recentiores contra veteres insurgentes toxantur.** 569.
- Regula fidei non dat locum quæstioni, & inquisitioni.** 345. 3.
- Eam

INDEX RERVM.

- Eam tradit Rom. Pontifex.* 428. 4.
Religio vera antecedit superstitionem 41. 1. 2. *religiones varia S Thom. doctrinam amplectuntur.* 444.
Religiosi sobriè debent vacare scientijs liberalibus. 184 5.
Reuelata fidei suscipimus, non q̄stione, vel inquisitione. 393. 23.
Reuelationes priuatæ quomodo admittendæ. 359. 6.
Retrahere malè dicta, sapientis est. 242. 290. 6.

S

- S** *Almantica iuramentum pro doctrina S. Th.* 255. 256. 303. 6.
 403. 3.
Sanchez retractat aliqua ex decreto S. Officij. 124. 9. 10.
Sancti minoris meriti, cur interdum magis honorati in Ecclesia. 317. 2. 3. 382. 6.
Sapientia, quæ nam ædificat domum Dei. 105. 10. *Sapientia Christiana triumphat de scientijs Philosophicis.* 186. 7. 8.
Scripturam non proprio sensu debemus interpretari. 589.
Scriptores prophani posteriores prophetis. 11. 4.
Sacri vindicati ab Elucidista, cum S. Thoma. 8. 10. *qui nam contra Gentiles scripserunt.* 173. 8.
Sedulius, & Eusebius quomodo laudati à Gelasio 381. 5.
Senatus Rom. cur Christum noluit recipere inter suos Deos.
Senatorum varietas, & discretio. 349.
Scoti laudes 359. 6. 377. 6.
Senes sapientiam loquuntur, & iuuenes erudiunt. 21. 1.
Silentium impostum assertoribus Conceptionis immaculata, non fuit decisuum, sed prouisuum. 250. 1. 2. 3. 4.
Stella, quæ duxit Magos, num habuerit figuram crucis. 57. 8.
eadem solis splendorem superauit. 141. 7.
Subtilia, & noua quomodo disputari possint. 440. 3.
Superbia omnes hereses genuit. 170. 5.
Syllabarum doctrina in Regnum diaboli arietat. 90. 2. 3.
Symbolo explicatiue addita est particula, Filioque. 133. 4.

T

- T** *Halmud attestatur leuitatem Iudaicam.* 80. 8.
S. Thoma doctrina potius oratione, quam studio parata. 188. 1. 2. 3. 4. *Ecclesie approbandam subiicit* 192. 5. *simulachrum est virtutum omnium Patrum.* 201. 1. *eius vox doctrinam Patrum animauit, eosque ab obscuritate purgauit.*

INDEX RERVM.

- 384.9. *per quaestiones veritates fidei illustrat, respondendo quaestionibus infidelium.* 245. *tot miracula fecit, quot articulos composuit.* 353 2. *Augustinum praecipue sequitur.* 146. 3. *omnes Patres reueretur, modestè defendit, vel excusat.* 147. 3. *vocatus interpres Angelicus diuinæ voluntatis.* 163.5. *in eius canonizatione testes examinati, qui.* 199. 8. 217.1. *Titione fugat impudicam mulierem.* 212.2. *Eius virginitas tessera puritatis doctrina.* 211.1. *De impudica muliere triumphus.* 212. 2. 3. *Eum impugnans, quomodo dicitur esse de veritate suspectus* 353.3.4. *Quo sine cum antiquitate Poza illum sugillauit.* 571. *Contra illum conficta censura Parisiens.* 286.2. *Impugnatio eius doctrina, magis eam obfirmat.* 289.
- Trapezitarum munus* 9.1.
- Tribulatio est primum virtutum.* 214. 3.4.
- Triumphus de Gentibus, Iudais, Hæreticis reportati, attestatur veritatem doctrina.* 73.1.
- Typographorum vitio Patrum scripta in omnibus, vel semper vitiosa, asseri non debet.* 297.2. 39 3. 386.1.2.3.4.5.
- V
- V** *Asa papyri quæ.* 172. 7.
- Veritas præcedit amulationem.* 32.4. 40. 1. 2.
- Vnum ordinarium Doctorem magis scire posse, quod multos lauit Sanctos, presumptuosè dicitur.* 309.8.9.
- Vniuersitas locorum, & temporum, signum Orthodoxæ Doctrina.* 46. 1.
- Vota simplicia facta in seculo, non constituunt hominem religiosum.* 233.
- Virginis puritas, mentem eleuat ad diuina.* 215. 5.






CHERVIM PARADISI

S. THOMAS AQUINAS

Characteribus Diuinæ Sapientiæ illustratus,
& cum SS. Patribus ab oppositis para-
turis vindicatus.

AUTHORE

A. R. P. F. DOMINICO GRAVINA
Ordinis Prædicatorum.



Operis Apparatus, & Argumentum.



Hæ Christi hæreditas est (scriptæ Hil. in
Psal. 2.) *ut omnes gentes baptizata, atq;
edocta regenerarentur in vitam, & in
Dominicam familiam suscepta, & in
domesticos Dei deputata, imperio Chri-
sti Domini, quotquot in ipsum credide-
runt, subderentur. Harum Prædicatores
Apostoli, de quibus scriptum est. In om-
nem terram exiit sonus eorum Psalm. 5.
Inter eas (ex Tertull. lib. cõtra Iudæ. c. 7.)
Hispaniarum omnes sermini: hæ tâquam*

illustis portio Gregis Christi ad Iacobum Apostolum census suos, &
ad Paulum illuc proficiscentem, & verba vitæ ipsdem prædicantem
deferunt, semel illis traditam Euangelicam prædicationem, & anti-
quam & auitam fidem, contra nouitates firmissimè retinentes. Cum
his Cantabri, ex eadem cõsanguinitate doctrinæ, meritò annumerântur.
Olim à Sole & salo hi tali temperatura, & constitutione cõpacti, Mar-
tem spirabant, sine armis vitam transigi non posse, hyemis, æstus, &

A

famis

famis patientissimi, usque ad interitum indicabant; & si ab hostibus sibi in crucem adgerentur, ne illis cœcilia viderentur, quos alios cœtibus profigarant, ac si contra eosdem victores, in lætitiæ, & triumphæ signum, posuere occinebant. Verum vada baptismatis regenerati, pristinam ferocitatem gladiorum, & lancearum in tranquillitatem vertunt, & belli leges in æmulo Dei, & hostes fidei, & pacificos actus arandes, & excolendæ terræ spiritualis commutarunt; de his, & similibus populis occinente Esaja cap. 2. *& conuertent gladios suos in vomeres, & lanceas suas in falces.* Proximus illi regioni Cantabricæ sinus, Predicatorum Euangelij vehiculum, ad eos in Insulas maris, & ad extremum terræ asportandos pro dilatatione gloriæ Christi. Solus à tam inclytæ gentis profapia genus ducens, ille, dum Elucidistæ sibi nomen assumpsit, à Cimmerijs, tenebris potius oriundus, triste quid suo solo inferre conatus est, intacta, & illibata manente Cantabrorum gloria (antiquitate sanguinis, & religionis parta) cum relictis antiquitatis principijs, orbi, & suæ regioni noua non antiqua sequenda, & amplectenda indicaret, suis contribulibus iam pridem arcus, & pharetras Deo litatas reassumendas subministrans, vt de armis relictis erubescerent, magis Academix congruentem Scholam, quam Christianis erexit, & mutandi patris ritus, Religionis terminos, omnia inuertendi viâ aperiret, tâta contentione vetustati bellum indicēs, vt in crucē fermē adactus, voluerit potius de imaginatâ victoria triumphum canere, quam victori cedere, pugnant manu, & atramento.

2 Hic ergo ad contentionem natus, suas adinventiones faciendo, optimæ parenti suppositos partus tribuit, vt illegitimos pro legitimis vendicaret, & dum sui hypotheseos firmaret, thesim ab initio prædicati Euangelij fecundam genituram conculcasset. mirandam certè argutiâ, quia piam causam assumens, defendēdæ. s. opinionis immaculati cœceptus Deiparæ, recepta Christianæ scholæ principia festinauit excludere, paleas aquas texit, foueas cœspitibus occultans, eius laqueo suppositis, rationabilia fundamēta potens assumere, ad paradoxetera cœfugis, & vbi innouandi occasio sese insinuauit, nouitas admissa est, & retinendæ antiquitatis firmitate (quæ religionis maxima, & sola cautela est) abdicata, nouis vetera subuertit, nesciens ex innouatione illud nasci quod innouantes ipsam et noua rursus innouata emendatione scindunt, & emendata rursus iterum emendando condemnant: Illud egit dum sub probabili occasione, & pia necessitate pietatem defendendæ, improbabilem defensionem assumpsit, scribendæ, & innouandæ fidei, fortasse nolens, methodum tradit, *& postquam nouum potior, quam antiqua capit condere, aut accepta retinere; nec veterata defendit, nec innouata firmavit,* (vt dicebat Hilar. ad Constant. Aug.) nec tantum nouas phantasias erexit; sed antiquas positiones depulsi, vti à probabilibus,

de-

demerit auctoritatem, & in nouitij affectionibus propagaret fatuam, & debitas, & insolitas prerogativas (quas radicales fluxus innocentiæ docet appellauit) confugit; astruendo illam nõ habuisse corpus taliter pertimenti, vt non haberet mutationem per succedentes ætates, eadem tamen ossa, quæ in iuuentute, in infantili ætate quoq; solida habuisse, & eundem visorem in senectute, ac in adolescentiæ flore; non per interualla præcedentis embryonis, in utero matris efformatum sine membrana, & uenis umbilicæibus coniunctum utero Sanctæ Ane; in nutritione nullas exedisse; excrementis ætatis; mensiorum (vt idem de Christi corpore dixit) si licent, fel, & vesicam non auferat, quæ excrementorum quoque sunt uascula, & religiosus putauit adiungere integritatem, quam supradictas non adiungere qualitates. Illud lepidum, quod cibum Mariæ asseruit fuisse Nectas, & Ambrosiam, quæ pro nutrimento accipiebat, ac si ex arbore uitæ uelociter, unde profluebant (ait) secretæ qualitates ad uitam protelandam, & conseruandam, cum alijs mirabilibus effectibus: inde (subdit) ex hac carne commassata est caro Christi; habuitque uirtutem, & naturalem proprietatem ad edendâ miracula, & in curatione Syrophœnicæ à fluxu sanguinis, ob id dixisse, asserit, Luc. 8. *Non ex me uirtutem exiisse.* Suauitatem quoque, & pulchritudinem Virginis ad eam esse, ut simile gloriois corporibus non uideatur astruere. Quò non processu nouella adinuentio? excepta unione hypostatica, meliorem dici formationem corporis Mariæ, quam Christi: ipsammet Deiparâ nedum maternam, sed & paternam portionem ministrasse asseruit, & nouo, & portentoso uocabulo, (quæ Euangelia, & traditio non prædicant) Matripaternitatem ausus est fidelium auribus intonare, sic in uo nouitas eligatur, & in alijs, uocis pietas submouetur.

4. At cum Hieronymo epist. 61. aduersus Iouan. Hierosolym. exclamo; *Vbi sunt ueteres Ecclesie tractatores, qui uix singulas quæstiones explicare multis voluminibus possunt? ubi uas electionis, tuba Euangelij, rugitus leonis nostri, tonitruum gentium, flumen eloquentiæ Christianæ, qui mysterium retrò generationibus ignoratum, & profundum diuinarum sapientiæ, & scientiæ Dei magis miratur, quam loquitur? Vbi Esaias Virginis demonstrator, qui in una quæstione succumbens ait, generationem eius quis enarrabit? Repertus seculis nostris haud grandis hominulus, qui de cunctis Ecclesie quæstionibus uno lingua rotatu solo clarius conuocaret. Si nemo à te postulabat, & tranquilla orant omnia, stulta tanta disputandi uoluisse subire discrimina, &c. vide eundem aduersus Iouan. & epist. 16. ad Eustoch. *Pertrahuntur in mediâ mysteria, & de Gentilium fabulis dogma contextum publicatur, qualis est fabella de Nectare, & Am-**

Operis Appraus

braſia, q̄ ſit B. Virgo Matripater, q̄ Gentiles de Ioue ſinzerunt. *Tu genitor genitrixque Deum. quid hoc eſt, ex ore Hieron. niſi hominum ex homine tollere; & in corpore conſtitutum, extra corpus poneret*

5 Cernebat antiquitatis vallum euerti non poſſe, & in Ciuitatem Dei noſtri interrupto muro arietare, niſi prius ſublatis: murorū cuſtodiſus, Patribus, ſcilicet, & Doctōribus, Thoma quoque Aquinateſ, qui merito Patrum vox cenſetur (cum vox eius non ſola ſit, ſed vox quaſi multitudinis, ſitque eius doctrina velut quinta eſſentia: à Patribus diſtillata) ad ſternendam viam, deſtruendi vetuſtatem, hiſ quoque progreſſus eſt incrementis; Nam et Patres adorſus eſt, & S. Thomam, & Scholaſticorum chorum, imo & Philoſophiam, & Medicinam, quorum doctrina, & principijs cernebat ſuas denotari nouitates verius vanitates, & quantum attinet ad Patres, atque Doctōres non ſolum eorum quatic authoritatem, ſed & eorum ſcripta ad inacceſſas Bibliothecas, & recondita armaria proudeat, vnde quod ſemel ab eis ſcriptū eſt, in dubium reuocatur, ve ſi non poterant extorqueri, non eſſent authenticici codices, quos ipſe deprauatos (ſed ſuo calculo) iudicabat.

6 Verum, vt dicebat Hil. ad Conſtant. Auguſt. *Ceteri quidem mortales ſemper cum viuſ bella pegerunt, dum homini ad hominem ultra mortem nihil cauſa eſt; Tibi vero inimicitiarum nullus eſt finis, receptor enim iam in aternam quietem Patres laceſſis, & in decreta eorum peruerſus irrumpis. Apoſtolus nos ſanctiarum memorijs communicare docuit, Tu eas damnare cogiſſi, eſt ne aliquis & viuſ & mortuus cuius tu dicta non reſcideris? Si publicum horum ſenſum reſpicis, & horum authoritati faſces non ſubmittis, periculum grande eſt; ne populi habeant te diuina religionis hoſtem, & inimicum, memorijs Sanctorum, & pietatis hæredem rebellem, inſenſum antiq̄uitati, manus dantem nouitati. Et ſi in naturales facultates, quæ magno ſunt Theologiæ, & fidei adiumento, polemycum quoque ſtylum acuiſti, verendum certè, ne ſolum ſupernaturalis notitia, ſed & naturalis quoque obſcuretur. Per hæc duo freta incedis tanquam duas ſymplegadas (ſcopuli duo ſunt contra Thraciæ Boſphorum) naufragij tui breui compendio omnem doctrinam eliminans, reuelatam, antiq̄uitate ſuffultam, naturalem, liberum campum complanando ad quælibet placita ſingendi, & reſingendi in ſcientijs naturalibus dum quas inducis in Theologia, vel ſcientia naturali, nouellas, & inauditas poſſiſiones, & nondum propalatas prædicat, recentefq; præceptiones fabricariſ, cunctaque, quæ ab Eccleſia non querantur vetita, vel in ſcripturis expreſſè non expreſſa, eliminat. Velut nouus Athenienſis ad id vacas, vt nouitia, & peregrina inducantur, & palato tuo ſapientiaſ veterum deſtructor murorum, & nouorum architectus, cenſor antiq̄uorum, & nouorum factus anteſignanus; & clauſicum eanens omnes*

ethe-

etherodoxos, & etherophilosophos ad diuina, & humana labefactanda prouocare videris, omnesq; Philosopher, & sectarios ad signa vocare.

7 Et si stylum scribendi percurramus, varium, vagum, inconstantemprehendemus. nunc aperto pugnat Marte, nunc in insidijs delitescit, nunc fulgore elocutionis corruscat, nunc velut serpens atramento suo se abscondit, modo fingit hostem quem feriat, modo ictus ipsorum (sed infeliciter) eludit, non suo ore, sed alieno interdum loqui simulas, non serio, & assertiuè, sed disputatiuè, problematicè, vel contentiosè, non determinatiuè, vndique scatenens sophismatibus, paralogismis, analogijs, sicophantiarum plaustro sua scripta onerans, paradoxis proinde pugnantibus, vel minimè coherentibus discursibus, vt lectori interdum appareat geminas videre Thebas, quasi arceatur suis fauionibus credere Abooriginum secula, Cyclopes, & Faunos, liceatq; nunc ex libertate opinandi climacem dicere esse perfectum animal, & cælum fabricatum esse butyro, & melle: Iugiter quæstiones poseit, post damnationè suorù librorum, iudiciorum subsellia interpellat, auctoritatem seculi implorat, & nec de peruersitate suæ damnationis erubescens, extorqueat suis placitis conuentioniam plebium, nec damnari nisi ipso audito potuisse. In summa in toto eius libro, cæterisque operibus (vt loquar cum Hil. ad Constant. August.) *de nouitatibus quæstio est, de ambiguis defensio est, de diuersitate sententiary pagina est, de autoribus querela est, & in consensu difficultas est, & præsumptio, vel facilitas inuouandi repelli non posset, ni tanta reprimeretur audacia.*

8 Vrget scribendi necessitas, cum exoriuntur errores, calamum arripiendo ad eos destruendos; vnde August. in Ioan. tract. 36. scribat. *Errores propterea Deum abundare permisisse, ne semper habere nutriamur, & in bruta infantia remaneamus. Quia enim, vt exemplificat, non intellexerunt quomodo cõmendarctur diuinitas Christi, errantes sapuerunt, sicut constituerunt; non autem rectè sapiendo, fidelibus catholicis quæstiones molestissimas: intulorunt, caperunt excipitare, & fluctuare corda fidelium, iam tunc necessitas facta est spiritibus viris, qui aliquid secundum diuinitatem Redemptoris nostri Iesu Christi, non solum in Euangelio, sed etiam intellexerunt, & contra arma diaboli Christi arma proferrent, & de Christi diuinitate aduersus falsos, fallacesq; Doctores, quantum possent viribus apertissima constitatione pugnarent, Ne cum ipsi tacerent, alij perirent. Id quoq; factum est contra alios impugnatores Oeconomiz totius Saluatoris, & Sacramentorum eius, & fieri necesse est hoc luctuosissimo seculo, in quo ex Lact. lib. de præmia c. 15. *Malitia, & iniquitas vsquè ad summum uinet, & magis crescit appropinquante huius seculi termino, humanarumq; rerum status inualecente nequi-**

tia

tia in deterius prolabitur. Hinc cernimus (vñ lamentabatur Hil: 28, Constant. Aug.) *Miserabile esse hoc tempore cernere nos nunc fides existeret, quot voluntates, & tot nobis esse doctrinas, quot mores, & tot causas blasphemiarum pullulare, quot vitia sunt, dum aut ita fides scribitur ut volumus, aut ita ut volumus intelligatur.* Inde factum est quod cum fides vna sit, excidimus ab ea qua sola est, & dum plures sunt, ad id experimus esse, ut nulla sit: Id oculatim cernimus in causis Lutherianorum, & Calvinistarum, & in vna sola confessione Augustana toties variata; horum vero omnium caput est, Patrum, & Doctorum contemptus, & novandi pruritus; quod deplorat Basilius ep. 60. & 61. *Patrum dogmata contemnantur, recentiorum hominum adinventiones Ecclesijs inferuntur, & artificiosam laquantur homines, non Theologicè, sapientia mundi iam primas obtinet neglecta Crucis gloria.* Et iterum. *Vnum iam crimen est quod vehementer punitur, si paternas quis traditiones diligenter observet.* Et iterum. *Interea videns nos infideles, autant qui sunt modica fidei, fides in ambiguum vocatur, ignorantia offunditur mentibus, propterea quod formam, & speciem pietatis prætereunt, qui sermonem virtutis adulterant, silent enim pñ docentium ora, resoluta vero est quavis blasphemia lingua.* Isti fructus ex spreta antiquitate, ob studium novitatis.

9 Nec est quod sibi abblandiantur quidam Neoterici, dicendo diuerso sine procedere standendo adinventionibus, ac Novatores procefferunt: isti namq; ad oppugnandum Ecclesiæ dogmata ambulauerunt in aduentionibus suis; illi vero (hic est excusationis prætextus) ad vltionem orthodoxi, & explicandi abditæ mysteria à nullo veterum patrefacta; Isti hostes, & perduelles extra vñionem Ecclesiæ constituti; illi ciues Sanctorum, & domestici Dei. Sed æquale periculum est vitæ, si quis ab aperto hoste feriat, aut à domestico, vel latente poculum accipiat manifestè venenum epotando, vel Gypsum quod lactis formatu mentitur, assumendo, vel ex impietate, vel ex æmulatione bellum suscipere cogatur. Verumq; fatigabat inelytum Nazianzenum, qui cum externis, & domesticis, cum impijs, vel æmulis decertare despondebat. Dicebat ergo oratione ad 150. Episc. *Non iam ultra cum dogmatibus hæreticorum, & cum inuidia pugnare queo, cum hostibus, & cum socijs; illi pectus feriunt, minisq; vobis compotes sunt, nam qui apertis inimicitias gerit, facile caueri potest: hi serga observant, magisq; molesti sunt, nam qui minime suspectus est, perniciosus vulnus infert.* Variq; ergo pro defensione veritatis impugnandi; ut errores iam abdicati confundantur; nostræ verò communitatis viri adnoneantur periculi nouitatis, demonstrata via regia antiquitatis, ut eandem eiusdem tessera consociati, non inuicem

con-

consumemur, ad inuicem praeiudicantes, sed in perduelles haereticos iuncti simul arma uertamus.

10. Hæc necessitas ergo pro Patribus, & antiquitate decertandi, antiquos proceres ad scribendum impulit, cum uiderent imminente silentio, imminere fidei naufragia, & cælestis patrimonij iam pene profligari hereditatem. Verum dicebat Theologus oratione citata, *quæadmodum in subterraneis aquis, alic in imo profusus gurgite latet, alia in angustum pressa, astricta astuant, atque eruptionem iam id quidem auribus pollicentur, cæterum adhuc morantur: alia uero in altum erumpunt: ad eundem modum eorum qui de Deo philosophantur, alij rectè penitus atque occultam pietatem habent: alij à partur doloribus non longè absunt. ij nimirum sunt, qui impetatum isa fugiunt, ut tamen pietatem libera oratione promulgare non audeant, siue certo consilio, & dispensatione circa fidei doctrinam uidentes, siue metu, & ignauia eò confugientes, atque animo quidem, & mente sani sunt, ut affirmant: ceterum plebis sanitati minimè consulunt, perinde ac si ipsi, non aliorum sensui duntaxat cura, & præsertim commissa sit: alij uero thesaurum quorum hinc in medium proferunt pietatis factum, parturientium instar retinere nequeunt, nec sibi seruari salutem existimantes, nisi in alios quoque hoc bonum redundet: quorum in numerum (dicebat Theologus) ipse adscribar, ac si qui mecum pietatem laudabili audacia palam profiteri audeant.* Eorundem consortio illustres Ecclesiæ proceres aggregati, sapientiæ enim gurgites emittebant, tum ad fecundandam terram Ecclesiæ, quàm ad obruendos eos qui pietatem oppugnabant. Et quia etiam nouitas intra se ipsam continere non ualet, quin foris prodeat, dicente unoquoque nouitatis auctore *plenus sum sermonibus: cogitabat me spiritus ueteri mei.* 1. ad manifestandam conceptiones cordis per sermonem, ex S. Thomæ in c. 32. Iob lect. 1. *Ex uentris meo dicebat Eliu quasi mustum absque spiraculo quod lagunculas uenas dirumpit;* & ad contractionem tenderet, nisi euaporaret: non debet minus affertor ueritatis non erumpere, ut deriuentur putei puræ doctrinæ fœras pro uilitate, quam seruens mustum erumpens ad uasorum contractionem, euaporando uinum nouum nouitiæ uanitati. Pro defensione ergo principiorum, quibus redarguitur nouitas, & retinetur antiquitas, assurgo, & cum Patrum antiquitate Thomas Aquinas etiam hoc in tractatu vindicatur, ostendendo doctrinæ Angelicæ signa, integræ, & orthodoxa doctrinæ competere, frustra tentatum ab Elucidista Cherubim ab horto Hedem Paradisi eliminare, cum posita sit ad defensionem arboris scientiæ, & dederit illi Deus scientiam. Sanctorum ad catholica dogmata tuenda, facile enim erat, ut eo submoto, singularis ferus depasceretur uincam Domini, sua singularita-

te, & nouitate, adoriendo veritatis ministros. Quia verò Thomas est altior ab humero, & sursum, omnis hæreticorum impetus aduersus eum dirigitur. Experitur id catholicorum acies (vt dicit in simili Prosper cõtra collatorem c. 11.) *Que huius viri ductu pugnat & vincit, vincit dico, quia non patitur respirare quos vincit.* id factus est à catholicorum, castris transfuga ille, cum protulit: *tolle Thomam, & ego Ecclesiam dissipabo.* Respondebo quoq; & ego partem meam, dicebatur ab eodem Eliu Iob 32. *quia (ex S. Doctor) defenso veritatis pertinet ad omnes, & vnusquisq; debet ibi ponere pro parte sua quod potest.*

Vindicabo igitur S. Thomam, & Ecclesiæ proceres à nouitatibus Elucidatæ, statuam eos vt murum & antemurale, hic enim scopus scriptionis meæ, quæ etiam efficacem modum ad improbabilem, nouitatis viam destruendam tradet, & ad præcidendam omnem humanam adinventionem materiam præparabit, quæ ne in orbem, & æternum circulum erroris, & redeuntis iterum certaminis redire possit, argumenta firma pariter ministrabit. In materijs autem assertis nunc tantum ostendam, non imprimam vulnera, suo loco tractando Oeconomiam Saluatoris, id præstabitur vsque ad internicionem, frũuente mucrone, & gladio veritatis. Saltem quia modestiæ non vltiori litatur, satis sit modo noua semina ferendæ nouitatis proculcare, & criminationes & contradictiones in eisdem S. Thomam, & PP. abstergere. Vile certe videtur quod spongia vndarum excrementum fugendarum sordium munus exerceat; at non ignobile medicamentum cum oculorum siccitatibus temperandis (ex Dioscoride) adhibeatur, nam eius adusti cineres in pharmacum vertuntur. Vrar charitatis flamma, dummodo lumen videat ille, qui duos obtutus fixit ad rotam solis (secreta namq; diuina perscrutans, obumbrabitur à gloria:) vel si mauult, Phalangij morsu vulneratus, patiatue hac tractione, veluti musica, & modulatione, curari.

II Primo ergo in hoc vestibulo noster labor se sistet, vt Angelici Doctoris doctrinæ veridicæ signis ostensis, & dissolutis, quos Velsæuus fumos exhalauit, facilius ad reliqua prosequenda sit processus. In sequentes ergo libros totum opus diuidimus. In Primo tractabitur de signis, & characteribus Orthodoxæ doctrinæ. In Secundo ostendetur quomodo his signis doctrina Sancti Tho, decoretur. In Tertio agemus de contradictionibus sermonibus Sancti. In Quarto peculiaris Anonymi contradictiones recensentur, & confutabuntur. In Quinto paradoxetera indicabuntur, quibus Oeconomia Saluatoris impetitur, & alijs Atheologijs oppugnatur. *Nec nos (dicebat Clem. Alex. in exhortat. ad gentes) vnquam tantum auri, & argenti, & gloriæ subeat desiderium, quantum ipsius verbi veritatis.*

LIBER PRIMVS

DE NOTIS, VEL CHARACTERIBUS Orthodoxæ Doctrinæ.

C A P. I.

PRIMVS CHARACTER

Puræ, & Orthodoxæ Doctrinæ, est antiquitatis veneranda canities.



Agnus ille Vincentius Lerinensis, in paruo illo auro libello, quem pro agnoscendis dogmatibus iuxta regulas orthodoxæ, attribulato contra prophanas vocum nouitates, edidit: tres characteres præcipuos annotauit agnoscendi dogmatis: Antiquitatem, Vniuersitatem, Consensionem, quibus probabiles trapezitz, hoc est ad mensam Domini positi nummularij, monetam agnoscerent; nam verâ, aut falsâ esse: ver-

2 in deposito collocando, falsâ è tabulis Dominicis ablegatâ.

2 Ad antiquitatis primò formam oculos dirigens D. Paulus, nouitati è diametro oppositam, hæc ad Timotheum scripsit. *O Timothee depositum custodi, deuitatis prophanas vocum nouitates, & oppositiones falsi nominis scientia.* 1. Timoth. 6. explicans autem quid sit depositum, non nisi ad antiquius, & prius sibi consignatam doctrinam recurrit, non postea supposititiam, vel posterius immittam, ut fures & malè fidi depositorum custodes facere solent, sublata vera moneta, falsam substituentes, & nouiter, & illegitimè fabricata, pro antiqua expendentes. Quid est (dicebat.) *Depositum, id est quod tibi creditum est, non quod excogitasti. rem non ingenij, sed doctrine, non usurpationis priuata, sed publica traditionis, rem ad te perductam, non à te prolata, in qua non author debes esse, sed custos, non infistor, sed sectator, non ducens, sed sequens.* & mox. *Quod tibi creditum est, hoc penes te maneat, hoc à te tradatur: aurum accepisti,*

B

aurum

aurum reddo, nolo mihi pro alijs alia subyicijs, nolo pro auro imprudenter plumbum, aut fraudulenter aramenta supponas, nolo auri speciem, sed naturam planè. Vnde in legibus huius seculi, non expedientes veram monetam, sed falsam, vel diminutam in pondere, aut priuata autoritate fabrefactam, tanquam falsarij, & læsæ maiestatis rei iustissimè amandantur, velut Regis, & Reipublicæ hostes. Merito nummularijs, idest Doctoribus dictum est illud: *Omnia probate, quod bonum est tenete*, idest, vt vertit Clemens in fine libri 1. Stromatum. *Efficiamini autem probi trapexite, alia quidem reprobantes, quod autem bonum est, tenentes.* & lib. 7. p. 259. Probos argentarios appellat, qui nummum Domini adulterinum discernunt ex falsa impressione.

Est quidem (dicebat Stromatzus lib. 1. pag. 77.) *per se perfecta, & nullius indiget doctrinae Saluatoris, cum sit virtus Dei, & Dei sapientia. Sapientia autem ista non nupera est, sed ab aeterno genita, cum sit splendor gloriae, & figura sui, character substantia eius, vnde vt diuinam naturam à se non habet Filius, sed à Patre; ita & scientiam, & doctrinam increatam à Patre accepit, ob id dixit: mea doctrina non est mea, sed eius qui misit me Patris.*

3. Quaecunq; autem Ecclesiae reuelanda mysteria accepit à Patre, nec Apostolis, & Ecclesiae reuelauit; quaecunq; audiuit à Patre meo facti vobis. id ipsum de Spiritu S. idem Christus attestatur, non enim loquetur à semetipso, sed quaecunq; audiet loquitur, & annuntiabit vobis: eadem ergo, quae Christus Dominus mysteria accepit, Apostolis consignauit, vnde & Paulus quoq; dixit: *ego accepi à Domino quaedam, & tradidi vobis*, & Tertull. lib. de praescript. cap. 21. si Christus Dominus Apostolos misit ad praedicandum, eos dicit recipiendos quos Christus instituit, quia nec alius Patrem nouit nisi Filius, & eum cui voluerit Filius reuelare, nec alijs videtur reuelasse Filius quae ijs quos misit ad praedicandum, utiq; quod illis reuelauit; quid autem reuelauerit, idest, quid Christus reuelauerit (docet idem) non aliunde sciri nisi per Apostolicas Ecclesias, quibus Apostoli praedicauerunt. & mox: & sic veritati deputandum, quod Ecclesia ab Apostolis, Apostoli à Christo, Christus à Deo suscepit: reliquam verò doctrinam de mendacio praediciendam, quae sapiat contra veritatem Ecclesiarum, & Apostolorum, & Christi, & Dei. Ex vi ergo depositi transmissi à Christo ad Apostolos, ab Apostolis ad Ecclesiam, vnoquoq; dicente: *mea doctrina non est mea*, vt tandem quod praedicatur ab Ecclesia, non nupere acceptum sit, sed ab Apostolis ad Christum, à Christo ad Patrem referatur, ostenditur doctrinae orthodoxae signum esse vetustas, & antiquitatis dignitas, non nouiter inuentis, sed accepti, & consignati rationem habentis; contra vero vbi dicitur:

hæc

hæc doctrina mea est, non accepta ab Ecclesia, quæ nec ab Apostolis, qui nec à Christo, qui nec à Deo, ex nouitia caractere deprehensa adulterina esse deprehenditur. Hac via, vt scribit Euseb. lib. 5. hist. Ecclesiast. c. 36. vsi sunt orthodoxi contra Florinum dicentes: *ista dogmata, Presbyteri qui ante nos fuerunt, quique erant ipsorum Apostolorum discipuli, minime tibi tradiderunt. & S. Bernardus aduersus Petrum Abailardum disputans Epist. 189. contra vetustatem sententem, & insolentem vocem eructantem: omnes scis, sed ego non scio, ita in illum inuehitur. Dic tamen, dic quicquid illud est quod tibi videtur, & nulli alteri: an quod filius Dei non vt hominem liberaret, hominem induit? hoc planè nemini, te excepto, videtur, tu videris ubi videris, non enim hoc à sapiente, non à Propheta, non ab Apostolo, non deniq; ab ipso Domino accepisti. Magister gentium accepit à Domino quod tradidit nobis. Magister omnium fatetur doctrinam suam non esse suam: nec enim (ait) à me ipso loquer, tu verò de tuo nobis tradis, & quod à nemine accepisti; qui loquitur mendacium, de suo loquitur. Omnis ergo nouitia doctrina à se ipsa incipiens, nec rationem attendens, nec canalem dirigens ad præterita secula, nouitia est, adulterina est, quia antiquitatis patrocinio destituta est.*

4 Ex hoc principio Gentiles reuincebat Strommateus, quod nouitia introducerent, antiquitate doctrinæ reuelatæ Prophetis illis testimonium non perhibentè. Nam si quæ abstrusa mysteria fingunt à suis Dijs accepisse, non de diuinis scriptis hauserunt, sed à prophætiæ scriptoribus hauserunt, qui multo post Prophetas orti sunt (vt ostendit idem Clemens Alex. lib. 1. euidentibus ostensionibus) vnde in fine libri eiusdem sic egregiè loquentem introducit Sacerdotem Ægyptium. *O Solon Solon, inquit, vos Græci semper estis pueri, nullam penitus in animis per veterem auditionem antiquam habentes opinionem; ex Græcis autem nullus est senex. Idem docent Clemens hortatoria ad gentes fol. 18. (& alij Sancti) fures, & latrones extitisse, si quæ ex reuelatis protulerunt, ex scripturis nostris suffurati. Idem apparet in hæreticis, qui cum certo loco, tempore, determinatis authoribus, nuper egressi fuerint ab Ecclesia, nec originem ad Apostolicos deferant, suam doctrinam non à canali Apostolico deriuasse demonstrant, sed à se ipsis incepisse. Quare perbellè S. Irenæus lib. 4. c. 45. de omnibus hæresibus loquens dicebat, nec cum depositio villam habere cognationem, cum sit Ecclesia antiquitatis doctrinæ Apostolicæ depositorium diues. Sic loquitur Irenæus, omnes nempe hæretici multo posterius medijs Ecclesiæ temporibus insurrexerunt in suam apostasiam; quare sapientissime ex antiquitate Catholici dogmatis Tertull. de præscription. c. 31. illa statuit perpetuè memoriæ*

comendandam præscriptionem, videlicet. *Reuertar ad principalitatem veritati, & posteritatem mendacitati deputandam, ex illius quæ parabolæ patrociniis, quæ bonum semen frumenti seminatum, primò constituit, auenarum autem sterilis sænis adulterium ab inimico diabolo postea superinductum, propriè enim doctrinarum distinctionem figurat, quia & alibi verbum Dei, seminis similitudo est. Itaque ex ipso ordine manifestatur id esse Dominicum, & verum, quod sibi prius traditum, id autem extraneum, & falsum, quod posterius immissum, ea sententia manebit aduersus posteriores quasvis hæreses, quibus nulla conscientia competit ad defendendam sibi veritatè hinc S. Gregor. PP. 20. moral. c. 18. eadem trutina antiquitatis ad appendendas nouas doctrinas vsus est dicens. Omnes hæretici ætati vniuersalis Ecclesiæ comparati, iuniores tempore congruè vocantur, quia ipsi ab ea, non ipsa autem egressa est ab illis, unde & per Ioannè dicitur, à nobis exierunt, & ex nobis non sunt; & S. Athanasius, antiquitus tradita, & per manus accepta doctrina (lib. de decretis Nic. Synodi contra Eusebianos) se muniebat, de illis triumphum reportans; Ecce nos quidem ex PP. ad Patres per manus traditam doctrinam fuisse, hanc sententiam demonstrauimus. Vos verò noui Iudæi, & Caiphe filij, quos tandem nominum vestrorum ostendere poteritis progenitores?*

5 Hoc eodem ariete in Concilijs aduersus hæreticos decretatum est. Concil. Ephesino (ait Lerinenis aduersus hæreses c. vlt. Diuinitus placuit, nihil aliud posteris credendum decernere, nisi quod sacra, sibiq; in Christo consentiens S. S. P. P. tenuisset antiquitas, quiq; vociferantes, & acclamantes, uno ore testificati sunt, has esse omnium voces, hoc omnes querere, hoc omnes censere, ut sicut vniuersi ferè ante Nestorium hæretici contemnentis nouitatem damnari solent; ita ipse quoq; Nestorius auctor nouitatis, & impugnator vultus condempnaretur. Quorum sacrosancta, & celestis gratia munere inspirata consensu, cui displicet, quid aliud sequitur, nisi ut prophanitatem Nestorij adserat non verè esse damnatam?

6 Sed ne causentur Nouatores solum verbum Dei scriptum recipientes, Patres, & Synodos respicientes, ad scripturas recurrimus. Paulus Apokolus, in antiquitate gradum fixit: dum enim nouellam Galatarum perfidiam de seruandis legalibus confutaret: ex antiqua regula fidei pronuntiabat c. 1. *Miror quod sic cito transferimini ad eo qui vos vocauit in gratiam Christi in aliud Euangelium, & veluti monete corrosores, & puncta dno solummodo Ex Chryl. falsabant, circumcissionem, & vanas dierum obseruationes inducebant, & ob id hæretici adiudicati, sicut & omnis (ut accidit in conforibus monetæ Regiæ) Qui sanè fidei vel minimam particulam subuerterit,*

rit,

rit, in totum corrumpit, ab hoc initio semper ad deteriora procedans. Et quasi prouidens nostri temporis Adiaphoristas dogmatizantes non pertinere dogmaticas controuersias ad fundamentum fidei, quæ solos apertur articulos symbolicos continet, cæteros uero esse indifferentes, & arbitrarios; ex hac eadem regula ait Chrysofostomus confutari, dum dicit. *Vbi sunt igitur qui nos ut contentiosos damnant, eo quod cum hæreticis habeamus diffidium: dicitantique nullum esse discrimen inter nos, & ipsas, sed ex principatus ambitu proficisci discordiam? audiant quid dicit Paulus, nimirum illos subuersisse Euangelium, qui paululum quiddam rerum nouarum inuaxerant; Isti tantum hæretici (quales sunt Nouat. Luth. & Caluinitæ) non simpliciter pusillum quiddam innouant, nam qui pusillum qui filium Dei prædicant creaturam? ut etiam (hodie faciunt Neoariani in Transyluania) & quod est omni:um maximum, immutant, ut fecerunt ij, qui Christum in carne phantastica apparuisse dogmatizauerunt, ut Manichæi, & similes; quem procedendi modum exprimere uidentur ij, qui de criminatior, sed ciuilitate errasse uideantur, antiquitatem solum recipere simulat in rebus necessarijs, non in arbitrarijs, ut sub hoc quoque prætextu latent, paradoxa introducentes sub nomine licitæ nouitatis, cum postea deprehendantur obruere etiam in necessarijs uetustatem; quem ibidem Chrysofostomus docet, ut qui uel pusillum innouant, & inoffensibilia dogmata corrumpunt, illic reprehendendi, & illis resistendum, ne maiora patrarî contingat, nam ut in corporibus qui uinorea neglexerunt, febres gignunt, & putrefactiones, ac mortem denique; ita & in animis qui pusilla dissimulant, ad maiora inuicent; & subdit, si ab initio fuisset adhibita conueniens increpatio, nequaquam fuisset nata hac pestis hæresum, haud quaquam tanta tempestas Ecclesias occupasset. Quare generali censura omnem nouitatem aduersantem uetustati, & quascunq; nouitias paraturas, quæ sensim illas labefactare possent, perstringens ait. *Sed licet nos, uel Angelus de Cælo euangelizauerit uobis præterquam eua: gelizatam sit, anathema sit; nõ dicit (ait Chrysof.) si contraria annunciauerit, aut totum euangelium subuerterit, uel si paululum præter euangelium quod accepistis, etiam si quiduis labefactauerit: labefactatur uero antiquitas, si non solum contra illam etiam in paucis lædatur, uel si ubi retinenda est, sub prætextu Adiaphoreitatis excipiat, & hi omnes, suo Angeli, siue nos, pronunciat esse anathema, omnem dignitatem, familiaritatem, & germanitatem complexus est; ac si diceret: *Vae mihi dixeris, inquit, collega tus, & socij Apostoli hæc dicunt, nec mihi paris si diuersa prædicem.***

7 Sed cum hæretici quoque uobis nouitatem obijciant, ut passim faciunt Centuriatores, in pari contentionis gradu, non nisi per antiquitatis

quitatis funem res deducenda est, ut illa habeatur vera religio, cui per omnia antiquitas suffragatur. hoc genus arguendi familiare est Tertulliano 4. contra Marc. c. 4. *Si ego meum dico verum (Euangelium) Marcionis sum: ego Marcionis affirmo adulteratum, Marcion meum, quis determinavit, nisi temporis ratio, ei prescribens auctoritatem, quod antiquius reperitur, & ei praesudicans vitiationem, quod posterius reuincatur, in quantum enim falsum est corruptio veri, in tantum necesse est ut praecedat corruptio falsum; ex antiquitate ergo lis ista dirimenda est.*

8 Id quoque rationibus Theologicis reuincimus. Primò non potest esse hæresis aliqua, ut demonstrat Tertull. de prescript. c. 50. *Nisi vera doctrina praecedat, veritas enim imaginem antecedit, similitudo succedit, quod autem antecedit, antiquius est eo quod succedit, orthodoxa autem doctrina antecedit, ac proinde antiquior est quacunq; nouitate, quæ postea succedit.*

Confirmatur. Non potest dici aliquid nouum, nisi per respectum ad antiquum, vel cum deprehenditur nullum esse in antiquitate vestigium. cum ergo nouitas in antiquitatem insurgit, & nullam eius potest esse vestigium, antiquitatem praecedere nouitatem omnino asserendum est.

Secundò. Emulatio semper est posterior re quam æmularur, sed nouitas æmulatur antiquitatem, ergo nouitas est posterior antiquitate.

Tertiò. Nouitatem inducens intendit eam separare à veritate, cui præponit nouitatem, sed separans semper est posterior eo, à quo aliquid separat, ergo &c. hoc argumento utitur Tertull. primo contra Marcionem c. 32.

Quartò. Emendans sine dubio supponit id quod emendat, nihil enim emendatur, ex eodem ibidem c. 10., nisi prius existat, certum est autem ex schola orthodoxorum, illud esse verum quod prius, illud vero falsum quod posterius, & nouiter immisissum, & certè non aliunde hæreses obortæ, quæ se ab Ecclesia separarunt, nisi nouitate introducta; Refert Niceph. 9. hist. c. 46. *Quod cum Eudoxius, & Acacius hæresim inuenissent, noua res tum laudabantur, paulatimq; incrementa sua capiebant, & (ut subdit) eò demum perfrecta temeritatis peruenerunt, ut homines veteres, & patrias leges contempnerent, & nouas sibi pro se quisq; conderet, ac noua identidem dogmata comminiscerentur. neq; se ab alijs, super alias nouis rebus inueniendis continere poterant.*

9 Etiam ex ipsis Gentilibus Philosophis, antiquitatem sectandam, & nouitatem minimè inducendam constat. In ipsius Deorum hymnis Plato nec aliquid innovandum decreuit, ne cum mutatione eorundem

dem religio innouaretur; & idem aliàs veteres leges mutare perinde est ac Hydriæ capita præcidere.

Locrenses (ex Demosthene oratione contra Timocratem) adeo nouitatum erant inimici, vt interdixerint, ne quis nouam legem decerneret, nisi fune super collum imposita, vt strangulandum se sciret, si aliquid contrarium decerneret vetustati: pro maxima laude sumptum est ab illo veteri Poeta.

Moribus antiquis res stat Romana, virisq; Athenienses (ex Iosepho contra Appionem) nec inuitatum verbum volebant admittere in materia religionis. & antiquitas Politiarum illud decretum sæpe repetiuit, non temerè esse veteres leges mutandas. Polibius quærit de causis cur Carthago toties victa, & tandem deleta sit à Romanis, contra verò Romana respublica tamdiu steterit? respondet, *pro Carthaginensibus diligentius Romanos in id incubuisse vt tuerentur, & defenderent patrias leges.* & Plinius 39. quoties, *Patrum, aiorumq; ætate negotium magis Patribus datum est, vt sacra externa fieri viderent; iudicabant enim prudentissimi viri, omnis diuini, humaniq; iuris aequè dissoluenda religionis esse, quàm si non patria, sed externo ritu sacrificaretur.*

Sunt (dixit quidam) *novitates sicut res novellæ*, quæ sicut gratæ sunt vt videmus in præcoquis fructibus; dum in sua nouitate oblectant, ita postmodum processu temporis dum indurantur, non placent. Raro attingunt quod promittebant, veritatem quam breui adepturos iactabant nouantes, ad longiora tempora referunt, quare tandem spe inueniendi veri destituti, ad alia innouanda se conuerterunt.

Mirum certè est, quod quis antiqua theatra, vetustos ruderes, vetusta numismata admirentur, in pretio sine pretio habeantur, & sola religio ab impijs vetustate conuulcata contemnatur, & nouitas præferatur.

10 Ipsosmet Calvinianos appello, qui (vt dixit quidam è satrapis de eorum castris) nihil magis se formidare dicunt, quàm congressum cum Catholicis si cogerentur ad articulum antiquitatis descendere. Imo vt dixit Cuspinianus (ex Septem castris) ipsemet Turcæ dum credunt, quod post Iesum Propheta destinatus sit Mahometus cui traditus sit liber, cui titulus Alchoranus, satis ineluctabile quoq; contra eos argumentum formatur ex eorum posteritate, & nouitate: Et hoc mirabile, vt aduertit Floremundus lib. 4. de orig. & progressu hæresum c. 6. quod Hungari illi Catholici viuentes sub Imperio Turcico, sub sua religione vivere permitti, & magis illis, quàm Calvinianis arident, cum Turcæ inimici sint nouitatum, & magnificent afflicciones corporis, austeritatem vitæ, ciborum abstinentiam; (quæ omnia repudiarunt Calviniani) & hæc pro articulis religionis haben-

habentur, & existimantur qui ea seruant, tanquam religioni synceræ, & bonæ vitæ; Calvinianos vero velut Nouatores execrantur, & has nouitates appellare solent *Cretiens Gionpech*.

11. Propterea de nouitate pudesacti, ætati Apostolicæ se inferere conantur, sic Arthemion quidam hæresiarcha, qui Christum fuisse parum hominem ab Apostolis fuisse prædicatum, iactabat apud Euseb. 1. Hist. c. 28. & etiamnum Protestantes iactant suam Synagogam, ædum contiguam, sed continuam ætati eidem esse. sic Plefizus in præfatione mysterij iniquitatis, & solummodo fuisse repurgatores, non plantatores nouellæ perfidiz; cum tantum prima euangelij semina iecisse profiteantur, vnde Luther. ep. ad Argentinens. ait, *Christum à nobis primo vulgatum dicere audemus*, & tom. 7. de euers. Hierus. fol. 271. *Euangelium tam abundè à me prædicatum est, ut ne Apostolorum quidem temporibus ad eò insonuerit.*

Stat nihilominus vetusta præscriptio contra omnes hæreses, quæ ex sola nouitate reuincuntur. quare egregiè Petrus Chryfologus serm. 145. *Humana leges intra triginta annos litigiosas omnes inuicimus quæstiones, & Christus circa quingentos annos natiuitatis sue, (tot enim decurrerant, vsq; ad Chryfologi tempora) causas præstanti ortus sui iter patitur sicut, & cæterorum dogmatum status sui, & corporis Ecclesiæ sustinet quæstiones.*

12. Quando autem non moueret religionis stimulus ad continentios homines in Dei seruitute, & auita fide, deberet Politica ab inuouatione subditos retardare: concordiz enim vinculum ipsa est religionis vnitas, & in diuino cultu consensio. Religionis diuersitas animos hominum diuagat, animi autem distrahantur ex opinionibus nouiter receptis, abiectis principijs religionis, & pietatis insita semina. Vnde contentiones inducuntur non solum religionem in diuersa studia scindentes, sed ipsam Politiam turbantes, vt non solum calamitæ acuantur in disputatione, & contentione doctrinarum, sed etiam pro calamitate hæc assumantur, & funestissima bella oriantur, & quoties homines turbulenti mutationem optarunt, vel diuisiones affectarunt, mutationes fuaserunt: mutatio autem plerumq; à diuersitate opinionum, & sectarum introducta est, & immutata religione, conturbata sunt gentes, & inclinata sunt regna.

Certè leges illas inuolare, quibus diuturno tempore respublica floruit, & patrios ritus mutare, nequaquam laudabile habitum est, etiã si melioribus videbatur institutis magis augendam. vnde ex Bodino 4. de Reipub. c. 3. qui leges, quæ ad statum Reipub. pertinent, saluam Reipublicam mutare conatur, perinde facit ac ij, qui ædium altissimarum substructiones, & fundamenta renouare se posse putant saluis ædibus, quæ nisi ruant, plus tamen ipsa concussio domus incommodi, quam

noua

noua materia utilitatis est allatura: eoq; magis cum ciuitas quasi vetus, & caduca domus diutissime stetit in eodem statu. Est enim ab antiquis accepta, & posteritati diu probata ciuitatum cōseruandarum disciplina; scilicet in ea Republica, quæ diutissime floruit eodem statu, quantumcunq; sub utilitatis specie, species appareat insperatæ conuersionis, nihil esse mutandum. Quid non seruandum in dogmatibus, & ritibus stabiliendis, & in nouitatibus opinionum præcidendis? vna sola vox Cikaion immutata (quam Hieronymus cucurbitam transtulit, vbi alij interpretes hæderam) quia erat omnium sensibus inueterata, & tot gentium successionibus decantata, Orientem turbauit, & factus est tantus tumultus in plebe, vt cogeretur Episcopus Iudeorum testimonium flagitare; & coactus est corrigere mendositatem, volens post magnum periculum, non remanere sine plebe, ex Hier. in August. ep. 81. quot quoq; turbauit vox *matripater*, & eiusmodi? & in moralibus, & in rebus Politicis, quæ mutationes non possent nasci ex laxis consultationibus in materia contractuum, testamentorum &c. Sapientissime scripsit Angelicus de regim. Princip. Monarchias cum vera Theologia florere, hæc enim vt hominem ad Deum ordinat, ita & Ciues adinucem conglutinat, vt reddatur vniciq; quod suum est. data autem mutatione ex nouis opinionibus ex licentia quodlibet opinandi, nedum religio, sed & sceptrum detrimentum patietur. materia conseruandæ Reipublicæ & Politicæ docet, malorum initia illicò reprimenda; cum enim populus nouitatibus pascatur, non deerunt postea qui ligna addant, & qui conspergant adipem, vt vix flamma progressu temporis omnem Reipublicæ pulchritudinem depopulans, possit extingui, & populo cum inuentoribus opinionum adglutinato, non continebitur, quin iugum rumpant, & inania meditentur aduersus Dominum, & aduersus Christos eius. Vidit Europa has experientias malo nostro, quæ in Hierarchiis, & Regna inuolarunt. Vnde euidenter apparet, quàm rationabiliter retinenda sit antiquitas, & explodenda sit nouitas.



Quæ cruciauerit Philippus Mornay aduersus notam
Antiquitatis. S. I.



Duerfus hunc characterem hæretici obgauiūt, nolentes hanc esse tesseram veræ doctrinæ; inter hos Philippus Mornay in tract. de Eccl. c. 3. sic arguit. Si locus est ad demonstrandū characterem Antiquitatis, est ille qui adducitur apud Iob c. 8. *Interroga generationem pristinam, & diligenter inuestiga patrum memoriam. Hæsterni quippe sumus, & ignoramus, quoniam sicut umbra dies nostri sunt super terram, ipsi docebunt te, loquentur tibi, & de corde suo proferent eloquia.* & cap. 32. aperte dicitur, *quod ætas prolixior loquitur, & annorum multitudo docet sapientiam.* Sed hæc non obstant (ait Philippus) nam in sequenti versiculo oppositum dicitur, nam illicò subditur, *Non sunt longæui sapientes, nec senes intelligunt iudicium.* item: *Spiritus est in hominibus, & inspiratio omnipotentis dat intelligentiam.*

2 Ecclesia assimilatur naui, quæ quantò diutius intra salum commoratur, eo magis locus aquæ datur per rimulas ingrediendi. Assimilatur domui, & ex vetustate ad lapsum magis tendit, & ruinam. Politiam imitatur, quæ degenerat ex tempore, nisi ad suum principium reuertatur. Corpori humano mysticum Ecclesiæ corpus assimilatur, sed annorum periodus eius symmetriam destruit, & quamuis valetudine perfecta afficiatur, senectute tandem conficitur, nam & ipsa senectus, morbus est, & quod senescit, propè interitum est. tantum ergo abest vt ex antiquitate veritatem dogmatum venari debeamus, quin potius absq; alia confutatione debeamus manus apponere ad seopas, ad mundandum Augiæ stabulum, ad medicum aduocandum vt cataplasmata adhibeat ad curandum. argumentari ergo ex antiquitate non pertinet ad vera signa doctrinæ, & orthodoxæ cognoscenda.

3 Sed quid respondebitur Gentilibus, atq; Paganis? Augustinus super Pl. 64. docet quod Hierusalem capta ab Abel, Babylon à Cain, promissa Messie ab Isaac, & non ab Ismael, & hi primogeniti. Sed quid respondissent Papistæ Iudæis tēpore Christi Domini, si antiquitas est Character orthodoxiæ? Illi dicebāt se esse de prosapia Abrahæ, qui vocatus est pater credentium, genealogiam missorum proferebant, vsque ad primam hominum, pacta allegabant, & fædera, inter ipsos, & Deum confirmata ab ipsa antiquitate; nihilominus cum sub huius antiquitatis prætextu ad eos missus esset Messias, vocauerunt filium fabri, Samaritanum, nouitarum annunciatorem: & potest è coniecturis de

pis deduci iudicium, vt si magistri aduersarij nostri vixissent eo tempore, cum iisdem Hæbreorum vtantur argumentis, ad crucifigendum Christum suffragia exhibuissent.

4 In hanc domum ruinæ expositam introiuit Antichristus (sic iniuriôsè summum Hierarchâ appellam) dum maior pars dormiret in profundo sôno antiquitatis, & admoneretur *vigilate, & orate*, & prudentiores, qui manus admouerunt, sicut, & alios refutauit, nec cognoscere voluit. Rursus quid dicent ad Ecclesias Græcas, Armenas, Æthiopicas ab Apostolis fundatas, & eodem tempore, imò, & primo directæ, quia Ecclesia Christi suum cursum euoluit ab Oriente, vsq; in Occidentem? Si antiquitas est character puritatis doctrinæ, vel ipsæ erunt puræ, vel non. si puræ, Ecclesia Latina comparata ad ipsas erit impurissima; si hæreticæ, vel impuræ, quomodo Ecclesia Latina eas amplectitur? sequitur ergo, antiquitatem non esse tesseram ad probandam veritatem, & puritatem doctrinæ.

5 Quod si dicas, hac via refractarios habendos qui negant antiquitatem.

Instat aduersarius, imò melius antiquitatem amplecti ipsos, quam aduersarios, nam sic ad antiquitatem confugiunt, quatenus interrogandus est antiquus dierum ante omnes Patres, & hæc maximè fundamentalis habenda ratio; quod primum ante omnia verissimum: quando ergo est quæstio de Ecclesia, quæ nam sit pura, ad verbum Dei oportet inspicere, quod est antiqua res, & quærimus presentem à malis curare, & præseruare quæ vetustas, & senectus intulit, illamq; ad pristinum vigorem suæ iuuentutis reducere, itaq; honoranda est antiquitas vt per illam fiat reformatio, non vt per illam corrumpamur, & sub hoc pallio intereamus.

6 Probatur ista regula ex Christo Domino nostro magistro; quæstio inciderat de diuortio, quod ex cordis duritia permiserat Moyses populo suo; pro diuortio faciebat longissimi temporis præscriptio, si tamen hæc aliquid valere poterat aduersus diuinam institutionem. Quid Saluator? *Ab initio non fuit sic*, non talis fuit diuina institutio: subdens, *quod ergo Deus coniunxit, homo non separet*.

7 Tertullianus quoq; etiam sic dicebat. Nihil aduersus veritatem præscribere potest, non tempus, nec autoritas personarum, nec priuilegia, nec Regiones, nec enim corruptela aliqua esse potest, quæ hac via contra veritatem non se erigeret. Christus vq;atus est veritas, non consuetudo, & si Christus omnibus antiquior, veritas pariter omnibus consuetudinibus antiquior est. Certè hæreses non ex nouitate, sed ex veritate conuincuntur; omne quod est contra veritatem, hæresis est, etiam si antiquitate se amicit.

8 Cyprianus 2. ep. ep. 3. ad Pompeium 9. & ad Quirinum dicebat

bat, non oportere respicere ad id quod ante nos actum est; sed quod Christus fecit qui prior omnibus est, nec enim horum consuetudinem sequi debemus, sed Dei veritatem. Item consuetudo sine veritate est vetustas erroris, & Christus dixit, ego sum veritas, non autem: ego sum consuetudo. Vide August. de Bapt. lib. 5. cap. 23. Ignatius quoque epist. ad Philadelph. scripsit. *Omnis mea antiquitas Iesus Christus est, quem non auscultare, manifesta proditio est*; ecce quomodo vetustiores Patres transmittunt nos ad veritatem accipiendam ab eo qui est antiquior; & regula illa iuristarum Can. consuet. d. 11. *Et L. qua ab initio de regulis iuris; qua ab initio non subsistunt, tractu temporis non firmantur*, in hac re locum habet. & si in prescriptionum materia locus non datur contra Reges, & contra Ecclesias, multo minus prescribi potest contra Deum, & contra veritatem, quæ est antiquus Ecclesiæ thesaurus.

9 Totus hic discursus est fecibus Calvinianis prodijt, similiter Luthericolis, nam Calu. 4. instit. c. 15. §. 13. vsq; ad 17. inter c. dicit. *Ne garrians pleraque eorum placita, usu ex moribus recepta fuisse, que scriptis tradita non fuerunt*) Luth. lib. contra Regem Angliæ dicit *Christum adificasse Ecclesiam suam, non super longitudinem temporum, neq; super multitudinem hominum, neq; super oportet sic esse, neq; super usum, & dictum Sanctorum, &c. & iterum, ego adversus dicta P. P. hominum, Angelorum, demonum, pono non antiquum usum, non multitudinem hominum, sed unius æterna Maiestatis æternum verbum, Evangelium, quod ipsimet coguntur probare. Hic sto. hic sedeo, hic insulto Thomistis, Henricistis, & Sophistis.*

10 Achilles Lutheri est, quia cum Christus doceat non esse innitendum doctrinis, & mandatis hominum, colligitur, consuetudinem, cum sit per homines introducta; infirmam; & inualidam esse collectionem ex antiquitate probatam. & adhuc alio canillo insurgit, à quo suffuratus Mornæus. Si ex consuetudine, & antiquitate produciatur firmum argumentum, qua ratione probabimus Turcarum fidem esse erroneam, quæ iam ad millesimum ferè annum durat, ante ortam, quàm Germania ad fidem conuersa est? Iudæos quis non iustificet huius inuicti Thomistæ exemplo, quum tanta eos superent longitudine temporum? & cur gentes per Orbem nouam Christi fidem non dicentur auctore Henrico Angliæ meritò fuisse persecutas, cum idolatria eorū hoc pulcherrimo, & Thomisticissimo argumento recta, & sanæ fides censeretur debuerit, quod tot millibus annorum, tot regionibus populorum, tam constanti ausu firmabatur? Afferamus, subdit, [impiorum hominum errores esse sanam fidem, quod ab initio mundi illorum superarit multitudo, & diuturnitas, & potentia, piorum paucitatem, & ignobilitatem.] hæc ille.

Soluun-

Soluuntur Argumenta Mornay.



AD 1. argumentum, aptus est ille locus Iob 2. ad venandam veritatem ex antiquitate, ex duplici capite, dicente S. Thom. Primo ex experimento quod ex particularibus maximè est efficax ad probandum, & tantò magis, quantò diutius est obseruatum, & infallibiliter est inuentum, ea autem, quæ diuturnitatem temporis requirunt, per antiquorum memoriam maximè probantur, & propterea dicitur. *Interroga generationem pristinam, & diligenter inuestiga Patrum memoriam*, quod (vt ait Angelicus) est considerare *antiquorum scripta, & ea quæ de antiquis per famam feruntur*. consultò misit ad Patres, quia de antiquis multa fabulosè scribuntur, & narrantur, ne ex hoc qui se falli putet ad Patres transmittitur, qui narrare possunt ea quæ viderunt: non possunt hoc facere iuniores, sunt enim quasi heri nati, & ignorant quæ antiqui. Secundò ex similitudine scirpi vel carecti, hoc est iunci, vel similium herbarum, quæ tandem ex subtractione aquæ cum adhuc in flore sint, arescunt. per quod dicit S. Thomas excluditur temporis antiquitas quæ permanet. certè dogmata, ad antiquos meritò referuntur, ad Apostolicos, & Apostolos, qui tandem non solum fuerunt testes de auditu, sed etiam de visu. nouitiunculæ verò Phantasiz, & si veluti scirpea, & iunceæ, & si virides videantur, tamen ex defectu aquæ sapientiz, quæ non perennat, (ad continuitatem canalıs non perueniens) tandem arescunt. Vnde rectè ad hoc propositum Greg. c. 24. lib. 8. Moral. nõ ipsi erudiendi tradimur, sed antiquis. ait enim. *Sepè heretici eosdem nobiscum Patres quos veneramur laudant. sed intellectu deprauato ipsi nos eorum laudibus impugnant, vnde & adhuc subditur: ipsi docebunt te, loquentur tibi, & de corde suo proferent eloquia*. cum tamen heretici, non ex corde, & mente Patrum loquantur, sed in proprias voces erumpant, & nouitates vendant sub prætextu antiquitatis.

Alius locus etiam fuit ad propositum. Nam Eliu expectauit Iob loquentem in nullo ei contradicens, & seniores erant qui loquebantur, & excusauit pristinum silentium ex sua ætate dicens, *iunior sum tempore, vos autem antiquiores*, & ideo noluit interrumpere seniores prolata sua sententia, ne præsumptuosus videretur. Vnde S. Th. lec. 1. ibidem exponens hunc locum, ait, *quod senes sapientius loquuntur propter duo. Primò quia iuuenes ex furore animi frequenter multa, & inordinatè proponunt, senes autem propter grauitatem, & ætatis maturius loquuntur*, & ideo subiungit. *Speradam enim quod*

atq;

etate prolixior loqueretur, scilicet gravior, & efficacius. Secundo quia senes per experientiam longi temporis, multa cognoscere poterunt: unde subiungit, & annorum multitudo, propter experientiam, docuit sapientiam experimento acceptam. quod idem à fortiiori ad nostrum propositum adaptatur in ijs quæ ad reuelatam doctrinam pertinent, quæ tantò efficacior quò à veteribus, qui ab Apostolis, qui & à Christo acceperunt.

Nec valet obiectio Mornzi ex antilogia quam adducit, nam illa verba adducuntur ab Eliu, ad ostendendum se occurrere illis, non ex humana noticia, sed ex inspiratione diuina, propter quod loqui incipiebat, quia (vt ait S.Th.) expertus erat, quod ætas non est sufficiens sapientiz causa, sed magis inspiratio diuina, vnde secundum hoc nosi sunt longæni sapientes quantum ad cognitionem diuinæ veritatis, nec enim naturalibus viribus eam penetrare possunt, sicut etiam neq; senes intelligunt diuinum iudicium quantum ad directionem humanorum actuum. Hæc est intentio Eliu. Sed in doctrina reuelata, ij magis accedunt ad diuinorum cognitionem, quò propinquiores sunt ætati illorum, quibus primitus diuina inspiratio facta est. Vnde obiectio nihil ad rhombum.

2. Ad secundum. Assimilatur Ecclesia nauis, vnde si procellæ ingruant, & per rimas aquæ intrent afflictionum, & huiusmodi, securà est de naufragio, sacram enim anchoram habet, vt nullum patiatu naufragium. Sic torrens ad tempus terribilis dicebat in simili Chrysofomus in Ps. 123. *Aqua absorbuisset nos, & transisset anima nostra aquam insolentabilem: sed vide quantum sit Dei auxiliu quomodo in tot malis non fuerit eos obrui. & ex eodem auxilio Dei est, ne mystica ista nauis ex vetustate putrescat.* Præclare idem Chrysof. de Pentecoste, *Plantaria eius marcescere non possunt, nec amittunt folia arbuta eius, non subiacet necessitati temporis, nec est conditioni obnoxia, vt per estatem coma foliorum tegatur hyeme amittatur. Non tenetur temporum qualitate, sed Spiritus eam Sancti gubernat gratia, & ideo non fenescit, nec contrahitur & multis oppugnantibus non opprimitur.*

Assimilatur domui, sed quæ ædificata est à sapiente, quam nec pluuia, nec venti, & alia huiusmodi ad ruinam impellunt. vnde Chrysofom. hom. 20. in c. 7. Math. *eam Christus sapiens ædificauit super petram, neq; pluuia mendacis doctrinæ corrumpit, neq; diabolicus ventus impellit, neq; violentorum fluminum impetus mouet. Nam etsi humiliatur Ecclesia propter tentationem, samen perire non potest propter fidem Christi.* Item Ecclesia corpus Christi est, sed mysticum, ideo quia non ex contrarijs elementis compositum est, non dissoluitur & corrumpitur, imo vt aduertit Chrysof. t. 1. ad popul. Antioch. hom.

hom. x. contra Gentiles, *nō possent subsistere propter elementa pugnantia, nisi potentia quedam esset ineffabilis, quæ congregaret, & congregata semper hoc vinculo cohereret*. Et hoc simili monstrat Politicum corpus mundi ob pugnas, & conflictationes non posse subsistere si sine providentia, & virtute relinqueret destitutum: & exemplificat de naui quæ submergeretur gubernatore relicto, de casula relicta in campo quæ soluitur, vt & sæpe cadat. Quod adducitur de senectute, id militat de senectute corporali, quæ tandem in mortē tendit: vnde dixit Apost. *Quod autem antiquatur, & senescit, propè interitum est*. Heb. 8. in quem locum S. Th. lec. 3. ait quod propriè nihil antiquatur, nisi quod subiacet temporali, quæ autem subiacent tempori, cessant in tempore. Ecclesie verò periodus non subiacet tempori, sed vsq; ad consumationem seculi durabit, & in æternitatem triumphans permanebit. Et sic vana est exhortatio ad emundandam Ecclesiam, ad adhibendum cataplasma, ad reformandum &c. vt fingunt Protestantes, qui se fingunt reparatores Ecclesie.

3 Ad tertium, cum ceperit Ecclesia ab Abel, antiquior fuit Ecclesia ciuitate diaboli, nam vt diximus tract. de Ecclesia controu. 1. puncto 2. cepit Ecclesia ab Adam, & sub Abele expressius fundamenta eius manifestata. Sic Abraham suo tempore eandem continuauit, & Isaac dictus filius promissionis, vnde degeneres semper antiquiorem habent Ecclesiam à qua desciauerunt. Vel dicendum ex Augustino, prius numerari collectores populi infidelis Caim, Ismael, non quia prior peperit hæresis, quàm Ecclesia, aut Ecclesia ipsa prius carnales, & postea spirituales, sed quia in ipsa sorte mortalitatis nostræ ex quo ex Adam nascimur, non prius est spirituale, sed quod carnale & animale 1. de bapt. contra Donat. c. 15.

Reprehenduntur verò Iudæi gloriantes de antiquitate Abraham, quia & si essent filij Abraham secundum carnem, non erant secundum imitationem operum & præcipuè fidei. S. Th. in Ioann. c. 8. ex Augustino, & hoc est quod reprehenditur, non antiquum genus profapæ, sed degeneratio eorum à virtutibus Abraham. sic nihil contra antiquitatis notam.

Nec propterea, quia promissus antiquitus Messias Iudæi calumniati sunt, & occiderunt, antiquitas calumnianda est, sed malitia & ingratiuitudo Iudæorum persecutorum Christum. nec nostri Magistri, sed ipsi ministelli in Christo manus extendissent, quando in corpus Christi, quod est Ecclesia, linguas & manus exacuunt; vt Christum vera dicentem persecuti sunt, non minus Ecclesie veritatem quam accepit à Christo, quod est diabolicæ malitiæ, persecuntur, etiam si non re, voto tamen interficiunt.

4 Quod dam in somno antiquitatis sepulti Pastores obdormirēt,
Et vcais

Et venit inimicus homo & superfeminavit zizania , arguitur ex hoc malitia temporum propter hæreticos praua dogmata disseminantes, quæ non domestici senerunt, sed inimicus diabolus per suos emissarios : & vt fuerunt multi Pastores dormientes, fuerunt & serui vigilantes, qui dixerunt *vis vt colligamus zizania* , & vt socordia in multis reprehenditur, ita solers vigilantia in alijs commendatur. Merito autem auersata est Ecclesia fictos, qui sub specie adhibendæ manus, non ad zizania euellenda animum appulerunt, sed ad dogmata eradicanda vim omnem intenderunt.

5 Ecclesiæ verò illæ, etiam si antiquæ, defecerunt ab antiqua traditione & fide, non inferre possunt, omnes descuiisse. Sic eiusmodi scrupulositatis incitamentis respondit olim Tertull. de præscript. cap. 28. tenent *corruptas ab Apostolo Ecclesias* , & exemplificat de Galatis, & Corinthijs, & sic responderet. *Cum corruptas opponunt, credant emendatas. Sed & illas recognoscant, de quarum fide, & scientia, & conuersatione Apostolus gaudet, & Deo gratias agit: quæ tamen hodie cum illis corruptis vnus institutionis iura commiscet.* nec Sorites aliquid conficit, nam & quondam fuerunt puræ, & cum præuaricata sunt, non communicabat Ecclesia Romana cum illis, nisi quando iisdem institutionibus contesserantur.

Ad instantiam, quæ prætendunt aduersarij se antiquitatem non deserere, habentes purum verbum Dei, quod est antiquum, & æternum, & ipsorum esse præseruare Ecclesias à malis, quæ senectus, & vetustas intulit, & ad primæum iuuentutis florem reuocare; satis friuola hæc euasio est, petendo principium, nam se purum verbum habere, Papistæ quos vocant, (idest Catholici) merito prætendunt, & ex antiquo hoc verbo non potest lis ista componi, nisi ad veras Ecclesiæ notas recurramus, inuenta verò Ecclesia, illico apparebit (ex Tertull.) quæ sint veræ, & canonicæ scripturæ, earundemq; interpretatio.

6 Et ad exemplum quod affert ex Christo, non poterat illa præscriptio (quæ ad permissionem tantum ob duritiem Hebræorum facta erat) præiudicare primææ eius institutioni; proinde ad priorem antiquam formam Christus Dominus eam reuocauit: quare (vt rectè Chrysostronus) & si ex Dei misericordia id permillum fuit Iudæis sublata culpa (propter quod ex S. August. & Aquinate liberi erant à culpa) tamen in lege gratiæ, quæ olim in veteri lege permilla, sublata sunt, (vt patet ex serm. Dominicis in monte) & ob id Eusebius lib. 1. c. x. de demonstrat. Euangelicæ. Christianismum vocat *reuo-cationem*, seu instaurationem legis illius, quæ ante Moysen vigeat, quæ cum antiquior esset, nostrum propositum potius firmat quam destruit.

7 Ad authoritatem Tertulliani, & Cypriani. Illas consuetudines

nes etiam antiquas rejicere videntur, quæ posteriores deprehensæ sunt, ex parte originis, vel vitiatæ, & corruptæ. Vel de particularibus; non vniuersæ Ecclesiæ consuetudinibus locuti sunt, vel dicendum: iam Tertullian. in illo lib. Montanizare cœpisse. nec ratio eius ullam habet energiam, quia & si aliqua consuetudo civilis, vel Politica ab errore procedere possit, non tamen Ecclesiæ, quia Spiritum Sanctum habet authorem, si purè traditio Ecclesiastica sit, vel si Apostolica, conseruatore, vnde Leo Papa dicebat. *Spiritus Sanctus nunc cordibus suorum fidelium præsidet institutis, &c.*

8 Ad auctoritatem Cypriani respondet Augúst. 2. de bapt. contra Donat. c. 9. magis sequendam esse in vnitatem seruanda, quàm in Ecclesiæ consuetudine mutanda. & præterea loquitur de consuetudine, cui ratio, & veritas præfertur, non cum consuetudini veritas suffragatur: sic idem respondet Aug. 3. c. Donat. cap. 5. Consuetudines verò Ecclesiæ id habent, quod ad suam originem reuocantur, ad viros Apostolicos, vel ad ipsos Apostolos, vt fatentur iidem Tertull. & Cyprianus, ille dum dicit de corona militis, consuetudinem ostendens de traditione emanasse, hic dum dicit: *Si ad diuinæ traditionis caput, & originem veniamur, error cessat humanus.* Epistola ad Pompeium.

9 Ad id quod in coronide subiungitur. ad auctoritatem ductâ ex Euangelio. Christum Dominum non damnare hominum mandata, cum Num. 11. & Deut. 27. mandatis hominum parendum esse demonstratur; sed ad eos attinet illa scriptura, qui propter traditiones, & deuterofes hominum diuinam legem pessundabant. & in Euangelio docet suis ministris parendum. Luca. 10. *Qui vos spernit, me spernit.* & Matth. 23. vigente Synagoga etiam pronunciauit. *Super Cathedram Moysi &c.*

10 Ad alium cauillum respondet Rossenf. contra eundem cap. 7. de captiuit. Babylonica. Turcarum fidem quamvis viturna fuerit, carere tamen alijs conditionibus, nam & impietatibus multis resperfa est, etiam homini naturali iniuria. quare nos non ex sola diuturnitate arguimus ad probanda dogmata Ecclesiæ, sed ex diuturnitate copulata cum continuatione doctrinæ ad eos, qui fuerunt ministri sermonis, quem à Domino per reuelationem perceperunt, qua nota vera Ecclesia à falsa distinguitur, & à cæteris sectis, & superstitionibus, quarum origo demonstratur, quando, & vbi cœperint, vera religione non duratione tantum, sed & origine tam sublimi easdem exsuperate.

Eodem prorsus modo idem Rossenfis respondet ad obiectionem de Iudæis, nec enim ipsorum antiquitas eisdem dat testimonium, cum ex noua lege satis eas euicerit Christus, illam iam reprobata, & antiquatam esse.

D

Sic

Sic per eandem doctrinam satisficit ultimo argumento. Idololatriæ enim quantavis consuetudine roborata, satis suis quoque legibus exulauit, & impietates, & immanitates quas illa continebat, eliminata.

Tenebræ verò errorum, quibus ab initio terræ superficies oblecta est, non possunt ex antiquitate, & ex consuetudine accipere fulcimentum aliquod veritatis, nec enim moriua habent aliqua, in quibus delitescant Gentiles, & impij, & ex illuminatione Euangelij, Deus, qui dixit de tenebris lumen splendescere, dissipauit eas, vt qui in tenebris, & in vmbra mortis sedebant, per veram cognitionem religionis illuminarentur, & ad viam salutis adaptarentur. Quod egregiè Tertull. lib. de idolatr. cap. 3. docuit. *Idolum aliquandiu retro non erat; Prusquam huius monstri artifices abulissent, sola templa, & vacua ades erant, sicut in hodiernam quibusdam locis vetustatis vestigia permanens.* & in Apolog. c. 25. *nem & à Numa concepta est curiositas superstitionum, non dum tamen, aut templis diuina res apud Romanos agebatur, vide initium superstitionum, & Idolatriæ, & semper tempus denotari potest, quando cæperunt. vide Cypr. de idololorum vanitate. suam ergo destruit causam aduersarius, quam nec ex proprijs, nec extraneis, nec ab amicis, nec perduellibus yllo modo potuit roborare. Omnino ergo in religione cauenda nouitas est, & nota mutetur religio; nam (vt rectè S. Hieronymus in cap. 5. Epiat.) *Tandem querant hæretici noua veteribus iungere, & eadem reuocantibus immutata, donec & sensus humanus, & sermo deficiant.**

Obiectiones Elucidis pro nouitate aduersus vetustatem.

S. I I.

Bijcit primò in Elucidario, initio. Esto deprehenderentur in suo libro elucidarij inaudita, & noua, non propterea esse aspernanda. Si hoc verum esset, omnes artes, & facultates criminari oporteret, quòd nò prima inuentione contentæ sunt, sed noui semper aliqui attexerint. Ac cufandi primi nauium artifices, quod primò mare nauigabile reddiderunt, qui picturas illustrarunt, & musicæ addiderunt noua instrumenta. Aristoteles accusatur, qui cum ab obscuris primordijs acceptæ Philosophiæ aliqua in dies adiecit. Item Chelastica, quæ secundum Peripateticorum rudimenta edisserit, res sacras, & nunc principatum tenet, inter alias rationes eliminatur. noua sunt, quæ vetustatis pondere nouitatem suffillant,

gillant, plerumq; certè absq; maiorum exemplo facti sunt, & pro exemplo posteris tradita sunt. ergo (subdit) si Marianas dignitates publico spectaculo exhibeo, velut sculpturas ærugine excisas in lucem restituo, non culpandum esse, obijcit.

2 Analogia probat, nam dantur nouæ Lunæ, & Neomeniæ, & recurrentes annorum periodi nouitatis gratiam commendant.

Amplius proles nouiores sollicitant corda parentum.

Uterius, in Synodo Constantinopolit. act. 1. sic dicitur: *Beatus, qui predicat verbum inauditum, id est (vt ipse exponit) nouum, alium quoque locum affert ex 6. Synodo Constantinopolitana act. 7. denuo appareat sacramentum manifestationis nouitatis.*

3 Præterea contra machinam erectam aduersus nouitatem decernit S. Iustinus Martyr, dum à vetustate opinionum, illud accideri putauit. lib. de Monarchia, *vt errorem parvulis tanquam vernaculam quoddam, & verum tradiderit.*

4 Insuper ex errore facta est controuersia, eò nobilior, quò acrioribus habuit propugnatores assentionis suæ, & impugnatores alienæ, cum tamen (subdit) Tertull. lib. de velan. Virginibus scripserit, *D minus noster Christus veritatem se, non consuetudinem nominauerit.*

5 Seneca etiam lib. de vita beata in eos, qui casu quodam ductu prioribus adhærent, scripsit, *non ducem secutos, sed fremisam, & clamorem dissonum.* & paulo post. *Tristissima quoq; via, & celeberrima maximè decipit, nihil ergo præstandum, quam vt pecorum ritu sequamur antecessorium gregem, pergentes non quæ eundem est, sed quæ itur: & inferius: dum unusquisque mauult credere quàm iudicare, nunquam de vita iudicatur, semper creditur.* & mox. *Non bene cum rebus humanis agitur, vt meliora pluribus placeant: & postea. Non alliga me ad vnum aliquem ex Stoicis proceribus, est mihi censendi ius, itaq; aliquem sequar, aliquem iubebo sententiam diuidere.* Non minus maturo ingenio ditauit natura posteros homines, quàm priores. nolebant humani generis Patres, ita posteros despondere, vt nihil supra ipsos quæreremus. & mox idem Poza declamat. *Hæc confiderent, qui adducuntur non iudicio, sed solo nomine, qui quod non putant verum esse, continuo damnant, vt incognitum & inauditum, quæ præscio illo veterum partu natura effata redderetur, aut quasi non numerata hoc seculo consent, quæ olim non patebant, vt de habitatione sub zona torrida.*

6 Illud porro ne damnet, qui obsoletas veritates in medium profert, vel antiquas illustret, vel nouas affert conclusiones. Quale est, dicebat Tertullianus, *Vt diabolo semper operante, & adijciente quotidie ad iniquitatis ingenia, opus Dei, aut cessauerit, aut proficere*

desisterit, cum propterea Paraclotum miserit Deus, ut quoniam humana mediocritas omnia simul capere non poterat, paulatim dirigeretur disciplina ab illo Vicario Domini Spiritu Sancto; adhuc inquit multa habeo loqui vobis, sed non potestis illa bainulare. Vnde quicquid acerbitalis perpessa sunt bonæ literæ, & opiniones, non aliundè, nisi ex quibusdam pavoribus consequuntur.

Certè (ait idem) ex solo tempore nulla firmitas accidit, nam ex regula iuris in 6. quod à principio infirmum fuit, tractu temporis non firmatur.

7 Pugnancia est dicere veritatem configere cum nouitate, illa enim quæ antiqua ferantur, aliquando noua fuerunt, ergo & tunc falsa, & si falsa semel, ea semper à veritate aliena iudicabitur.

Vere dixit idem Seneca ep. 33. *Patet omnibus veritas: qui ante nos fuerunt, non domini, sed duros sunt, multam ex illa futuris relictum est*, Seneca ergo contendit (ait Poza) nullam esse possessionem aut prescriptionem antiquorum supra veritatem vniuersam congeriem.

8 Accedit quod non omnes ad formam Vitruuij ædificant, vel arandi præcepta à Columella, & Varrone: vel à Galeno in cænz obseruatione mutuantur: Plures controuersæ Mathematicæ, Philosophicæ, & arbitrariz, quæ litem non tangunt, in quibus sola antiquitas vicit, & verior pars vna crederetur, quæ paucissima habebat ad commendationem suffragia. quare rectè Nazianz. orat. in SS. lumina, ait: *figmentum temporis ope, ac præsidio fulsum*. idest, quod solo temporis firmamento nitatur. & Clemens Alex. in exhortatoria ad gentes: *affecit eos honore, & fabula tempus*.

9 Certè nihil antiquius veritate, etiam si denuò illa compareat, nam ex Aristot. veritas æterna est, æternitate verò nihil est antiquius; & si (vt dicit 6. Syn. act. 15.) denuò appareat *sacramentum manifestationis nouitatis*. Consonat Arnobius 6. aduersus gentes. *Non quod sequimur nouum est, sed nos sero didicimus, quod nos sequi oportet.* & lib. 6. *apud vos plus valet nullam habens consuetudo rationem, quàm rerum inspecta natura, veritatis examine ponderata.* vnde expediens fuit varijs libris sciscitari veritatem ex August. 1. de Trinit. c. 3.

Laudandus ergo conatus (subdit) in rebus non definitis, & libera vagatio. & prudenter Lactantius 2. diuin. institut. cap. 8. dicit: *Sapientiam sibi adiungunt, qui sine ullo iudicio inuenta maiorum probant, & ad atys peccandum more ducuntur, sed hoc eos fallit, quod maiorum nomine posito non putant feri posse, aut vt ipsi plus sapiant, quia minores vocantur, ibidem: Dedit Deus omnibus pro virili portione sapientia, nec quia nos illi temporibus, sapientia quoq; antecesserunt,*

ferant, qua si omnibus equaliter daretur, occupari ab antecedentibus non potest.

Minutius Felix in Octauio sic pronunciauit: *quid inuidemus si veritas nostri temporis etate maturuit, .i. si maturis intelligentiæ incrementis in Christianæ veritatis corpore sic explicuit. Et Apollinaris Sidonius lib.3. epist.8. Veneror antiquos, non tamen, itas coæuorum meorum, aut merita postponam. Ignari rerum temeraria iudicia suspendant, nec perseuerent satis, aut suspicere præteritos, aut despiciere presentes.*

Pro ijs ergo, quæ dicturus est de Virgine, ex his principijs concludit, *quod si interdum in Elucidario dicturus sim aliquid nouum, & inauditum, non erit certè nouum, sed antiquum, & præcis seculis familiare, idq; licere, dummodo sint maiora Virgine gloria incrementa, nec id est innovare, sed scrutari. quemadmodum Act. 5. Concil. Chalcedonenfis Episcopi plurimi subscripsere. Reuerendiss. Episcopus Dorylai dixit: Saluator dixit, querite, & inueniatis. Qui scrutatur, non innovat: Adde quod plurima noua videntur, & si certissima fidei sint, quia apud antiquos non fuit facta memoria; supponebantur enim vt certissima. Vnde in 7. Synodo Greg. dixit: nec de pane quidem, & aqua dictum est quidquam, sit ne comedendum, bibendum, vel non bibendum, & concludit Elucidista. Hæc omnia pro nouorum tractationum inimicis morosus alloqui placuit.*

Responso ad Argumenta Elucidista.



D Primum Respondetur ex Clem. Alex. lib.1. Stromat. ad comparisonem ætatis Moyfi, & antiquissimæ eius Philosophiæ si seruentur tempora, eam ætatem præcessisse Græcos. vnde subdit, *non solius Philosophiæ, sed etiam omnium ferè artium inuentores fuisse Barbaros. Egyptij Astrologiam ad homines deduxere. item lucernas primi accendere docuerunt, annum in menses duodecim diuiserunt &c.* à quibus subdit idem Clemens: *Pauca adieci ad confirmandam inuentricem; & vitæ utilis naturam, qua fuit apud Barbaros, à quibus in studijs, & rebus exercendis Græci magnam acceperunt utilitatem, idemque (vt subdit inferiorius) à Prophetis Hebræis pariter veritatis sumpserunt, quodam sibi ipsi propria dogmata attribuerunt, alia adulterarunt; alia superuacanea quadam diligentia indocti, tanquam sapientes pronuntiarunt, alia autem etiam inuenerunt.* in omnibus autem artibus, quæ per inuentionem acceptæ sunt, & multis experientijs, vsu, è principijs

cipijs fixis, & inuariabilibus varia deduxerunt. Vnde idem Alexandrinus lib. 6. Stomat. *Arts navigandi, & agricultura referta est usu, qui ex ea redundat, sicut Geometria, & ars adificandi, & quavis disciplina animum disponit, ut verum prospiciat, & fallum arguat, certaſque oſtenſiones inueniat, & proportionem, adeo ut veniatur ſimile in diſſimilibus, inducitque nos ut inueniamus longitudinem ſua latitudine, & ſuperficiem, que caret altitudine, & ſignum, quod nullas habet partes, & a ſenſibilibus nos traducit ad ea, qua percipiuntur intelligentia. Philoſophiam ergo adiuuant diſciplina, & ipſa Philoſophia ad tractandum de Veritate. ecce quomodo artes ex abundantia, & uſu certarum oſtenſionum in perfectionem adductæ ſunt, vnde exemplum rectè appoſitum eſt. Ecce enim *chlamys primum fuit velleſ, deinde carptum fuit, & ſubtegmen, ſtramenaq; factum eſt. & infra, & quomodo non eſt à ratione alienum arte fabrici, & arte adificandarum nauium deteriorẽ exiſtimare Philoſophiam.* & perficitur enim ſimiliter ex adiutorio aliarum diſciplinarum, uſu, & exercitatione, & tempore, vt dicebat Philoſophus. Hæc autem omnia primas conceptiones, & principia, & oſtenſiones præſupponunt ſic & ipſa Theologia Scholaſtica, & primæ conceptiones nullo modo quærantur, ſed ſupponuntur, & illis ſuppoſitis ad propoſitas nouas quæſtiones diſſoluendas procedimus laudabiliter, & hoc eſt, quod idẽ Clemens Strom. dixit: *nam eã, que cum fide conuenit quæſtionem, que ſupra fundamentum fidei magnificã veritatẽ cognitionẽ fruĩt, optimam eſſe ſcimus. ceteras autem vitandas eſſe voluit Apoſtolus, nam ſunt impertinentes, & extraneæ, ſicut & in ſcientijs accidit, vt ibidem exemplificat idem Clem. multiplex genus quæſtionum diſtinguens, de quo non inquirendum. ea verò, quæ tradis (vt videbimus) non ſicut ex huiusmodi, quæ cum principijs ſcientiarum, & Theologiæ omni ex parte conſonant, propterea varius depromitur, & in antiquitatem iniurius, puræ, & meræ nouitatis (naquam intravetula-tem concluſæ) patrõntis.**

3 Analogiã de Luna notã, & Neomenijs, & recurrentibus annorum periodis diſſoluitur; nam nouæ lunationes, & recurrentes periodi, non nouam Lunam, & nouum Zodiacum monſtrant; ſunt enim Luna, & Zodiacus &c. antiquitus ab eo fabricata, qui fecit Lunam in tempora &c. Sed & ex Sole, Luna, & Stellis, eorumque diſpoſitionibus &c. vt dicit Chryſoſt. hom. 7. in Genef. cap. 1. *Temporum, & uarietudinis reſponſum, numerum dierum, anni curriculum docere voluit nos ſæcra Scriptura dicens. Erunt in ſignis, & in temporibus, &c. & ex illis, ſubdit, videt agricola, quando congruit, vt terra ſemine committat &c. & non præcat vitæ huius commoditates temporum ſcientia, dierum numerum, & anni circulus afferunt. Sed non eſt*

novitas harum versionum, &c. ratio, cum antiqua eorundem syderum natura, quæ intra suos terminos manent, nunquam suam mensuram, transgrediantur, sed dispositionem, & ordinem Domini custodiunt suum opus faciendo. Qui sic arguit, ut in Prover. est, Lunam putat esse in puteo sui cerebri. Sed bene, nam & stultus quoque ut Luna, mutatur.

Proles nouiores sollicitare magis dicitur corda parentum in amore, quasi periodi senectutis. & Chrysostomus in Genes. hom. 61. rectè dicit Iacob dilexisse Ioseph super omnes filios, eò quod in senectute genuisset eum; magis amabiles sunt pueri, qui in senectute ipsa generantur, maioremque patrum beneuolentiã assequuntur. sed bene, quod notat idem, nõ solum hæc fuisse causam dilectionis (*docet, inquit, Scritura, quod post Iacob alius, & alius natus sit, unde postremus fuit magis dilectus, ut potè per senectutis filius existens) sed aliam causam, quæ amabilem reddebat.* Tamen si in senectute nati tanquam nouiores diliguntur, præfertur antiquior in hæreditate, & sic qui sint heredes doctrinæ Apostolorum, ex caractere antiquitatis cognoscimus.

Ad id quod adducitur ex Synodo Constantinopolitana, admittitur illa allegatione, respondetur primò, dici verbum inauditum ex magnitudine mysterij œconomiz Saluatoris, vnde in Esaiã etiam scriptum est, Domine, quis credidit auditui nostro, vbi S. Th. dicit, *Ostendit Esaias altitudinem mysterij, quia nec auditui facile creditur de his, quæ de Christo à te audiuimus.* Abacuch. 2. *Domine audiui auditum suum, & simui, nec facile videtur, & brachium Domini Filius Dei, Dei virtus, cui reuelatum est.* vnde alterata est eius expositio ad nouitatem probandam, sed & admittitur illa sua allegatione, & explicatione, nouitas refertur ad effectum nouum ad Incarnationem, quæ in 6. mundi ætate facta est; propterea dictum est Hieremiz 31. *nouum fecit Dominus super terram.* & Euangelium nouum, dictum est, quia conditum est testamentum nouum, sed nouitas incarnationis ex antiqua pmissione derivata est, & nouum testamentum, in antiquo, & yeteris prænuñciatum est, vnde Apost. Rom. 1. dicit, *Euangelij Dei ante prænuñcium de filio suo, qui factus est ex de femine David &c.* vbi S. Thom. lect. 1. dicit, *Commendatur Euangelium ex antiquitate, quod fuit necessarium contra Paganos, qui Euangelio darræbant, quasi post longa tempora subito suis prædicationibus exorta, & ad hoc exhibendum dicit, quod ante &c. quia licet ex tempore certo prædicari incœperit, ante tamen prænuñciatum fuit diuinitus.* quod si Poza aduertisset, non ad pœ nouitatem sine distinctione exulisset.

3. Ad illud, quod ex autoritate Iustini Martyris affectur, si attendatur phrasus vernaculæ dictionis, etiam, ut dicebat Cic. in Brut. aliquid crimen domesticum dici solet, ac vernaculum, & talis erat idola-

Iolatria, quæ in domesticis familijs à vetustate opinionum duxit originem, sub Thare enim, ex Epiph. cæperunt fieri statua ex luto, & arte figulari, adu. hæref. lib. I. cap. I. per eiusdem industriam, qui in turris ædificatione genitus est, inde scaturigines errorum processerunt, & tandem decantare hæreses Philosophorum, inter se in errore conuenientes, & eadem via procedentem scientiam idololatria, ac impietatis contexentes, (ait idem in fine eiusdem discursus) sed antiquior fuit pietas, & per annos bis mille ducentos sexaginta duos, vsque ad Noë continuata est series diuini cultus, & paulo post initium capitis dicit. *nondum erat diuersa opinio, non gens aliqua discors, non nomen hæresis, neque idololatria.* Demonstrato ergo initio erroris, veritatem antiquiorem fuisse deprehenditur.

4 Ad id, quod quoq; subditur ab Elucidista, validiorem ex antiquitate factam controuersiam, & quò acriores habuit aliqua secta impugnatores alienos habuit, & defensores suæ, non antiquitas in causa fuit, sed ab antiqua, & vera religione secessio, & error antiquus dictus est respectu sequentium temporum, at nouus fuit respectu eius cultus, quem est æmulatus, semper autem præcedit veritas æmulationem, vnde meritò Epiph. I. aduersus hæreses hæc. 8. dicebat. *Sic etiam in hoc præiudicato tempore, ubi una religio Israelis, & scriptura secundum legem dilapsa est ad alias gentes, Assyrii, inquam, ex quibus Samaritæ inhabitatores euasunt, contigit etiam opinionem scindi, & deinceps processit error, & disseminata est dissensio ab uno pio Deo ad multas aduersionas opiniones, prout cuique visum fuit, & se in Scriptura exercitatum esse putauit, & docuit quisque iuxta propriam voluntatem.* certè veritas præcedit diuisionem, & vetustas nouitatem, quæ à pia antiquitate, & cultu separatur. sed cur malè feriatu Poza, non legit eundem Iustin. q. 74. sic enim dicit, quod *namque ante errorem veritas obtinuerit, diuina testantur littera, quæ ipsum Adam, & per multos deinceps post illum, intendunt non simulari, sed Deo, iure diuino facienda seruasse.* Sed si non sit Iustinus auctor earum qq. legatur in Orat. ad Antonin. Pium, ubi eisdem pietatis cultores antiquos Christianos vocat, lege Cyrill. 4. cont. Iulian.

Quod Tertullianum citauerit, idem ante se præstitit Morxus (vt vidimus in solution. argumentorum eius) viperæ quoque venenum à bubone mutuatur, à Tertulliano mutuatus est eandem auctoritatem. Libofus ab Agra, qui in Concilio Carthagenensî, cum cæteris collegis, & S. Cypriano in materia Anabaptismi hæreticorum (apud Aug. lib. 6. cap. 77. de baptisinate hæreticorum) sic dicebat. in Euangelio Christus Dominus dicebat, *ego sum*, inquit, *veritas*, non dicit, ego sum consuetudo, itaq; *veritate manifestata cedit consuetudo veritati, vt & si in præteritum quis in Ecclesia hæreticus non baptizabatur,*

nonc

ante Baptizare incipiat, sed quid August. respondet audiamus. Nihil conatus est orthodoxe quomodo sit veritas manifestata, cui debere dicitur consuetudinem cedere veritati, plus tamen adiunxit nos aduersus istos, qui se ab unitate diuiserunt, quod illam consuetudinem fuisse confitentur, quàm quod eam veritati, quam non ostendit, cedere oportere arbitratur; illa, est enim consuetudo, qua si sacrilegos ad Altare Christi sine baptismi purgatione commutabat, & nullum bonorum in unitate polluebat, quisquæ se ab eadem unitate, in qua nullorum malorum contagione pollui poterant frustra separauerunt, manifestum sacrilegium Schismatis commiserunt. Si autem per illam consuetudinem omnes polluti perierunt; de qua cauerna isti sine originali veritate, & cum calumnia calliditate procedant? Si verò verba fuerat consuetudo, quia hic accipiebantur heretici, relinquunt furibrem, fateantur errorem, veniant ad Catholicam, non ut retineantur Sacramento baptismatis, sed ut curentur à plaga concisionis. Ex quo discursu, admissa Maiori, consuetudinem debere cedere veritati, non utrunque sed ut manifestata, Minor aduersarij negabatur à S. Augustino, & manifestationem veritatis, etiam rationabilem consuetudinæ intendit in Catholica Ecclesia fuisse, neutrum in Donatistis apparuisse, vbi ut rationabilem consuetudinem, nec ad veritatis originem, potuerunt suum schisma reducere.

Sed & secundum hanc aliam formam apud eundem Augustinum, cap. 35. Catus à Sicca arguebat in hunc modum. Qui contempta veritate presumpsit consuetudinem sequi, aut circa fratres inuidus est, & malignus, quibus veritas reuelatur, aut circa Deum ingratus est, cuius inspiratione Ecclesia eius instruitur. Sed quid respondebat Augustinus? Iste se conuinceret eos, qui diuersa sentiebant, & hoc tenebant, quod etiam totus orbis postea Christiano Concilio confirmatus obtinuit, ita consuetudinem sequi, ut contempnerent veritatem; hæc verba formidare deberemus; cum ex illa consuetudine, & à veritate propagata, & veritate roborata reperiat, nihil in hac sententia pertimescimus, & tamè si illi circa Fratres inuidi erant, & maligni, aut circa Deum ingrati, ecce qualibus comunicant, ecce quales diuersa sententias sicut Cyprian. predixit, à iure cõmunionis non amouebant, & c.

Ex Augustino etiam 4. contra Donat. c. 5. responso similis habetur ad authoritatem Cypriani, qui dicebat. Proinde inquit, qui ratione vincuntur, consuetudinem nobis obijciunt, quasi consuetudo maior sit veritate, aut secundum id sit in spiritualibus sequendum, quod in melius fuerit à Spiritu S. reuelatum, hæc erat obiectio Cypriani. Respondet Aug. Hoc planè verum est, quia ratio, & veritas consuetudini præponenda est, sed cum consuetudini veritas suffragatur, nihil oportet firmius retineri.

Itaq; in formare respondetur: consuetudini anteponenda est veritas; cum consuetudo per illam oportet robari accipere, & de se infirma est, & ea veritas contradicit. Sed quod anteponenda est veritas, cum consuetudo vellet se erigere contra veritatem, & a veritate non originaretur. Tertio si recta esse consuetudo non deprehenderetur, & a veritate non ut sic (quam utraq; consententium pars allegaret) sed ut manifestata, confirmanda exponeretur, tunc veritas prevalere debet consuetudini: sed in pari alterationis gradu, consententibus partibus apud vnamquamq; reperiri veritatem, consuetudo quæ de traditione emanavit, firmum pro veritate præstat argumentum: & similiter veritate manifestata per decreta Conciliorum &c. consuetudo quæ hinc inde distrahitur ad patrocinandum alterutri parti, satis roboratur. Sic dissolventur argumenta Poaz.

Ad auctoritatem Senecæ, responderetur loqui de illis, qui nulla questione examinata, proprio iudicio destituti, ex philantia sibi eligunt, quod sequendum iudicant: magnum certe hoc vitium est in humanis scientijs non querere per veras querendi regulas, non examinare, quæ examinanda sunt, & ut probata, & concessa accipere, quæ probanda essent. Perbelle dicebat Clem. Alex. 7. Stromat. *Cum habemus à natura multis, quæ nos incitant, & dant occasionem ad ea, quæ dicuntur examinanda: debemus etiam veritatis in omnibus sequentiam.* Quocirca etiam merito condemnantur non assentientes illis, quibus oportet parere, non distantes sed quod repugnant, & indecorum, & præter naturam, ac falsum, à veris, & consentaneis, & decoris, & eo, quod est secundum naturam, quibus quidem videndum est, ut quo incitem, & sunt occasio agnoscenda eius, quæ verè est veritatis. Gregis ergo inanis est hic pretextus, volentibus enim licet his invidere meritis. Sed ut prædictum quod; extremum aliud est, quod dum reprehendunt alios sequentes aliequam iudiciam, se ipsos pro veris inventorum iudicant, & quasi pro demonstrationibus sua vendunt, quæ nec probabilitatem attingere valent. Et de his loquitur idè Clemens, dicens: *Quæ appetuntur Doxosophi, hoc est opinione sapientes, qui se veritatem invenisse existimant, nullam habentes veram (domèstratorem) se ipsos decipiunt se acquisivisse existimantes (quorum non est parva multitudo) & quæstiones declinantiû propter consulationem, & adhibent vitantibus propter contradictionem. Qui autem eorum, qui accedunt decipiunt, sunt valde callidi, & astuti, qui etiam si forte assequantur se nihil scire, præcabilibus argumentis obscurant veritatem. Alia autem, ut opinor, natura præcabilium argumentorû, alii verorum. Et quod necesse sit nomen hæc sumpta dici, ut veritati opponatur, & ab ea distinguitur cognoscimus, à qua cum quedam ad hominum perniciem auulserint sophistæ, humanis à se inventis, et*

diffidencas artibus, gloriantur se præfisse. Distributa Scholæ potius quam Ecclesie. Examine, & ponderet opposita dicta Clementis, & magis eliget non sua inuenta pro indubitanis obrudere, hoc enim Christus Dominus Academicorum voluit. Distributa instruat, sed Ecclesiam, cui magis falces submitimus, antiquitatem sectantes quam deplacitis, & à nobis inueniis dogmatibus gloriantes.

Nullus dandus est, qui antiquas veritates in medicina affert, vel antiquas illustrat, & cum Beseleele ad edificationem tabernaculi col laborat, ut dicebat S. Vincentius Lerinensis. c. 27. & 29. ad prædando, & exculpando gemmas, non noua proferendo, sed non. Non debet cessare Dei opus, & ingenia catholicorum proficere debent ad clarificationem, & explicationem veterum dogmatum, & ut diuina cultura ab initio iactato antiquo Euangelij semine proficiat in dies ex nouis laboribus, nempe antiquitate dogmatis, & orthodoxe sententia. Ibi vero, qui noua producunt aduersus catholica, vel publicè recepta dogmata, prophana vaniloquia introducunt, quæ multum officiant pietati. Sed vltra dicit Apostolus non proficiunt, insipientia enim eorum manifesta est omnibus. 2. Tim. 2. tales fuerunt inter eos. Montanista quos secutus est Tertullius inducentes nouas prophetias, & noua dogmata, & doctrinam eam famiantes, nempe uarieta reuelata Montano à Basacleto, quam Apostolus, ad quod suadendum Tertullius uerba citata induxit, quæ nullo modo catholicus Doctor debet assumere ad nouitatum patrocinium, timidos uocando orthodoxos cum in illas insurgunt, & non leuem iniuriam bonis literis, & opinionibus (ut ait) ex sua timiditate intulisse.

Regula juris, quæ allegatur pro se ab Elucidista, ueritatem continet, quia quod ab initio nullum est, non firmatur solo tractu temporis; non est modus inducendæ obligationis, si nec separanda, ut dicit ibidem Gloss. regul. 18. sed non allegatur ad præmissum, nam quod indicitur, ut nouum aduersatur ei, quod ex antiqua præscriptione firmatum est, & tractus temporis non potest inducere firmitatem eius quod ex sola nouitate sumpsit exordium, & multa ex antiqua traditione suscepta, ex longitudine temporis robustiora eximata sunt, vnde, S. Hieron. in epist. S. Iacobi dicebat de illa: paulinum procedente tempore obdormit auctoritatem.

7 Nec est pugnantia dicere, ueritatem confingere dum nouitas, quia illa nimirum, quæ antiqua fuerunt, aliquando noua fuerunt; nam & si quantum ad manifestationem noui experirent manifestari res ipsæ, antiquitatem præferrebant, quæ in tempore reuelatæ sunt, & respectu deductionum, quæ postea factæ sunt, antiquiores fuerunt, priora enim, & antiquiora sunt principia conclusionibus.

Verè dixit Seneca, non esse priores Antiquos dominos ueritatis, be-

nè tñ sunt ductores gregum, vt per eas semitas antiquas incedant, & multum resistum est posteris, si consecraria euulgent, quæ antiqui tradiderant, illisque sint consona.

8 Omnia illa exempla, quæ adducuntur de Architectura, Medicina, Mathematica, & si in nonnullis, quantum ad aliquos modos, à prioribus deuiare videantur posteriores, non tamen à cõmunibus præceptis, & regulis deuiant, & in arbitrarijs meliores habentur, qui antiquas præceptiones sequuntur, vnde semper antiquitas vicit, cui tempus grande testimonium perhibet.

9 Quod si nihil antiquius veritate (vt fatetur opponens) iam definat nouitas incessere vëtustatem, & si quod sequimur, nouum non est (vt profert ex Arnobio) fateatur ex antiquitate germina pullulare ex antiquis radicibus, & cõsuetudo nulli inmixta rationi, examine indiget, & discussione, vt per rationem, vel reuelationem (quæ priora sunt) regulentur.

Dictum Lactantij verificatur de sectatoribus errorum, qui moti ex sola maiorum sequela sine delectu, & iudicio fabulosas sectas amplectuntur. Nec restringuntur ingenia posterorum, quasi occupentur ab antecedentibus; semper enim relinquitur locus posteris, illustrandi, & explicandi; quæ à veteribus primo prolata sunt, maxime in dogmatibus fidei, & incrementa suscipiunt maioris intelligentiæ, quæ tam ad explicationem, inhaerendo principijs traditis, non præter, vel contra illa sentiendo, vnde præsentis, & posteriores tunc despiciuntur, cum contra præteritos, vel non conformiter ad illos aliquod nouum proferunt, quæ à Minutio, & Apollinari Sidonio afferuntur, & per hæc dissoluuntur.

10. Ipse tandem opponens, si noua, & inaudita, quæ eructare proficetur, ex antiquitatis visceribus protulisset, nulla consutatione indigisset; nec illi suffragatur, quod (vt inquit) hæc scrutatus sit, & quæ scrutatur non innouat; nam ita scrutatus est, vt defecerit scrutans scrutatio, multa recepta axiomata quatiendo (vt inferius apparebit) & noua, quæ protulit non tantum sunt, quia multa prolata, de quibus apud veteres mentio facta non est, sed etiam, quia quæ positiuè antiquitas tradidit, voluit inuouare. Vnde & qui contra hæc scripserunt, non inimici nouarum tractationum, sed fidei vëtustatis defensores merito commendantur.



*Proponuntur Argumenta Sberlogi, quibus Antiquitas
vellicatur. S. III.*



SED & Sberlogus in anteloquio 4. in Captica
sect. 13. num. 102. ex Patrum penu, nouitatem
non esse repudiandam pronunciauit, quando ipfis
ob obiectā nouitatem exoriente Christiana Reli-
gione, sic causam suam tuebantur, & hoc gene-
re armorum saepe conati sunt Gentiles confun-
dere, afferentes dedecere viros, Maiorum czre-
monias post habere recenti sectę, & suspectam esse fidem antiquitate
non firmatam.

2 Afferit secundò Lactantium 2. diu. instit. cap. 7. dicentem,
*Ha sunt Religiones quas sibi à maioribus suis traditas pertinacissi-
me tueri, atq; defendere persueuerant, nec considerant quales sint, sed
ex hoc probatas, atque veras esse confidunt, quod eas veteres tradi-
derunt: tantaq; est auctoritas vetustatis, ut inquirere in eam, scelus
esse ducatur. Maioribus nostris etiam nulla ratione reddita, ratio-
nis esse credere, sic illi fortissimo muro tecti. Sed insurgit Firmianus,
docet ecce te ratio non esse veras religiones deorum. quid facies? Ma-
iores ne potius, an rationem sequeris? si rationem manuis, discedere te
necesse est ex institutis, & auctoritate maiorum, quoniam id solum
est rectum, quod ratio prescribit. Sin autem pietas maiores sequi
suadet, fateris igitur, & stultos fuisse, qui excogitatis. contra ratio-
nem Religionibus seruiuerunt, & te ineptum, qui id colas, quod fal-
sum est, conuinceris.* ex qua authoritate deducit Sberlogus. Itaque
ut antiquitatis iusta estimatio habenda sit, vnum id ante reliqua obser-
uandum, num vetustas rationis ducatum sequatur, quem si spernat, re-
linquenda est; talia & nos iuniorum dogmata approbamus, quę ratio-
ne præstent, quę firmitior, & constantior veritas sit.

Pergit Lact. cap. 8. *ut quia illi nos temporibus antecesserunt, sa-
pientia quoq; antecesserunt, quę est omnibus equaliter datur, occu-
pari ab antecedentibus non potest: quare cum sapere, hoc est verita-
tem querere, omnibus fit innatum, sapientiã sibi adimunt, qui sine
ullo iudicio inuenta Maiorum probant, & ab alijs pecudum more
ducuntur: sed hoc eos fallit, quod maiorum nomine posito, non putant
fieri posse, aut ipsi plus sapiant, quia minores vocantur, aut illi de-
spuerint, quia maiores nominentur.*

3 Tertull. ad eosdem Ethnicos in Apol. cap. 4. scribebat. *Non no-
& vos quotidie experimentis illuminantibus tenebras antiquitatis,
telam,*

eipijs fixis, & inuariabilibus varia deduxerunt. Vnde idem Alexan-
 drinus lib. 6. Stromat. *Arts nauigandi, & agricultura referta est usu,*
qui ex ea redundat, sicut Geometria, & ars edificandi, & quauis
disciplina animum disponit, ut verum prospiciat, & falsum arguat,
certasque ostensiones inueniat, & proportionet, ad eod. ut venetur simi-
le in dissimilibus, inducitque nos ut inueniamus longitudinem sine
latitudine, & superficiem, qua caret altitudine, & signum, quod
nullas habet partes, & à sensibilibus nos traducit ad ea, qua percipi-
untur intelligentia. Philosophiam ergo adiuuant disciplina, &
ipsa Philosophia ad tractandum de Veritate. ecce quomodo artes ex
abundantia, & usu certarum ostensionum in perfectionem adductæ
sunt, vnde exemplum rectè appositum est. Ecce enim chlamys primum
fuit vellus, deinde carptum fuit, & subtegmen, stramenq; factum
est. & infra, & quomodo non est à ratione alienum arte fabrili, &
arte edificandarum nauium deteriore existimare Philosophiam, &
 perficitur enim similiter ex adiutorio aliarum disciplinarum, vsu, &
 exercitatione, & tempore, vt dicebat Philosophus. Hæc autem om-
 nia primas conceptiones, & principia, & ostensiones præsupponunt
 sic & ipsa Theologia Scholastica, & primæ conceptiones nullo modo
 quærentur, sed supponuntur, & illis suppositis ad propositas nouas
 quæstiones dissoluendas procedimus laudabiliter, & hoc est, quod
 idè Clemens Strom. dixit: *nam eâ, que cum fide committit quæstionem,*
qua supra fundamentum fidei magnificâ veritatæ cognitionè struit,
optimam esse scimus. ceteras autem vitandas esse voluit Apostolus,
 nam sunt impertinentes, & extraneæ, sicut & in scientijs accidit, vt
 ibidem exemplificat idem Clem. multiplex genus quæstionum distin-
 guens, de quo non inquirendum. ea verò, quæ tradit (vt videbimus)
 non sicut ex huiusmodi, quæ cum principijs scientiarum, & Theolo-
 giæ omni ex parte consonant, propterea variis depromitur, & in an-
 tiquitatem iniurijs, puræ, & meræ nouitatis (nanquam intravetusta-
 tem conclusæ) patronus.

2 Analogiâ de Luna noua, & Neomenijs, & recurrentibus anno-
 rum periodis dissoluitur; nam nouæ lunationes, & recurrentes perio-
 di, non nouam Lunam, & nouum Zodiacum monstrant; sunt enim
 Luna, & Zodiacus &c. antiquitus ab eo fabricati, qui fecit Lunam in
 tempora &c. Sed & ex Sole, Luna, & Stellis, eorumque dispositioni-
 bus &c. vt dicit Chrysost. hom. 7. in Genes. cap. 1. *Temporum, &*
visissitudinis versuum, numerum dierum, anni curriculum docere
voluit nos sacra Scriptura dicens. Erunt in signa, & in tempora, &c.
& ex illis, subdit, videt agricola, quando congruit, ut terra semina
committat &c. & non paucas vitæ huius commoditates temporum
scientia, dierum numerus, & anni circulus afferunt. Sed non est

novitas harum rerum, & ratio, cum antiqua eorundem siderum natura, quæ intra suos terminos manent, nunquam suam mensuram, transgrediantur, sed dispositionem, & ordinem Domini custodiunt suum opus faciendo. Qui sic arguit, ut in Prouer. est, Lunam putare esse in puteo sui cerebri. Sed bene, nam & stultus quoque ut Luna, mutatur.

Proles nouiores sollicitore magis dicitur corda parentum in amore, quasi periodi senectutis. & Chrysostomus in Genes. hom. 61. rectè dicit Iacob dilexisse Ioseph super omnes filios, eo quod in senectute genuisset eum; magis amabiles sunt pueri, qui in senectute ipsa generantur, maioremque patrum beneuolentiâ assequuntur. sed bene, quod notat idem, nõ solum hâc fuisse causam dilectionis (*docet, inquit, Scriptura, quod post Iacob alius, & alius natus sit, unde postremus fuit magis dilectus, ut ipse uera senectutis filius existens) sed aliam causam, quæ amabilem reddebat. Tamen si in senectute nati tanquam nouiores diliguntur, præferunt antiquior in hereditate, & sic qui sunt heredes doctrinæ Apostolorum, ex caractere antiquitatis cognoscimus.*

Ad id quod adducitur ex Synodo Constantinopolitana, admissa illa allegatione, respondetur primò, dici verbum inauditum ex magnitudine mysterij œconomix Saluatoris, vnde in Esaiâ etiam, *seripsum est, Dominus, quis credidit, auditui nostro, ubi S. Th. dicit, Offendit Esaiâs altitudinem mysterij, quia nec auditui facile creditur de his, quæ de Christo à te audimus. Abacuch. 2. Domine auditui auditum tuum, & timui, nec facile videtur, & brachium Domini Filius Dei, Dei uirtus, cui reuelatum est. vnde alterata est eius propositio ad nouitatem probandam, sed & admissa illa sua allegatione, & explicatione, nouitas refertur ad effectum nouum ad Incarnationem, quæ in 6. mundi ætate facta est; propterea dictum est Hieremix 31. *nouum fecit Dominus super terram: & Euangelium nouum dictum est, quia conditum est testamentum nouum, sed nouitas incarnationis ex antiqua pmissione derivata est, & nouum testamentum, in antiquo, & yctere prædicatum est, vnde Apost. Rom. 1. dicit, Euangelij Dei ante promissum de filio suo, qui factus est ei de semine David &c. ubi S. Thom. lect. 1. dicit, Commendatur Euangelium ex antiquitate, quod fuit necessarium contra Paganos, qui Euangelio detrahebant, quasi post longa tempora subito sine prædicatione exorta, & ad hoc exhibendum dicit, quod ante &c. quia licet ex tempore certo prædicari incœperit, ante tamen prædicatum fuit diuinitus. quod si Poza aduertisset, non ad hoc nouitatem sine distinctione exulisset.**

3. Ad illud, quod ex autoritate Iustini Martyris afferitur, si attendatur phrasîs vernaculæ dictionis, etiam, ut dicebat Cic. in Brut. ali. quid crimen domesticum dici solet, ac vernaculum, & talis erat ido-

lola-

Idolatria, quæ in domesticis familijs à vetustate opinionum duxit originem, sub Thare enim, ex Epiph. cæperunt *feri statua ex luto, & arte figulari*, adu. hæref. lib. I. cap. I. *per eiusdem industriam, qui in turris ædificatione genitus est*, inde scaturigines errorum processerunt, & tandem decantatæ hærefes Philosophorum, *inter se in errore conuenientes, & eadem via procedentem scientiam idololatriæ, ac impietatis contexentes*, (ait idem in fine eiusdem discursus) sed antiquior fuit pietas, & per annos bis mille ducentos sexaginta duos, vsque ad Noè continuata est series diuini cultus, & paulo post initium capitis dicit. *nondum erat diuersa opinio, non gens aliqua discors, non nomen hæresis, neque idololatriæ*. Demonstrato ergo initio erroris, veritatem antiquiorem fuisse deprehenditur.

4 Ad id, quod quoq; subditur ab Elucidista, validiorem ex antiquitate factam controuersiam, & quod acriores habuit aliqua secta impugnatores alienos habuit, & defensores suæ, non antiquitas in causa fuit, sed ab antiqua, & vera religione secessio, & error antiquus dictus est respectu sequentium temporum, at nouus fuit respectu eius cultus, quem est æmulatus, lemper autem præcedit veritas æmulationem, vnde merito Epiph. I. aduersus hærefes hæf. 8. dicebat. *Sic etiam in hoc præiudicato tempore, ubi una religio Israelis, & scriptura secundum legem dilapsa est ad alias gentes, Assyrior, inquam, ex quibus Samaritanæ inhabitatores euaserunt, contigit etiam opinionem scindi, & deinceps processit error, & disseminata est dissensio ab vno pio Deo ad multas adullerinas opiniones, prout cuique visum fuit, & se in Scriptura exercitatum esse putauit, & docuit quisque iuxta propriam voluntatem*. certè veritas præcedit diuisionem, & vetustas nouitatem, quæ à pia antiquitate, & cultu separatur. sed cur malè feriatu Poza, non legit eundem Iustin. q. 74. sic enim dicit, quod *namque ante errorem veritas obtinuerit, diuina testantur litteræ, quæ ipsum Adam, & per multos deinceps post ikum, intendunt non simulari, sed Deo, iure diuino facienda seruasse*. Sed si non sic Iustianus auctor earum qq. legatur in Orat. ad Antonin. Pium, vbi eisdem pietatis cultores antiquos Christianos vocat, lege Cyill. 4. cont. Iulian.

Quod Tertullianum citauerit, idem ante se præstitit Mornæus (vt vidimus in solution. argumentorum eius) vipera quoque venenum à bubone mutuatur, à Tertulliano mutuatus est eandem auctoritatem. Libofus ab Agra, qui in Concilio Carthaginensi, cum cæteris collegis, & S. Cypriano in materia Anabaptismi hæreticorum (apud Aug. lib. 6. cap. 77. de baptisinate hæreticorum) sic dicebat. in Euangelio Christus Dominus dicebat, *ego sum*, inquit, *veritas*, non dicit, *ego sum consuetudo*, itaq; *veritate manifestata cedat consuetudo veritati, vt & si in prætorium quis in Ecclesia hæreticus non baptizabat,*

ante baptizare incipiat, sed quid Augustinus respondet audiamus. Nihil conatus est orthodoxè quomodo sit veritas manifestata, cui debere dicebat consuetudinem cedere veritati, plus tamen adiuvat nos aduersus istos, qui se ab unitate diuiserunt, quod illam consuetudinem fuisse confiteatur, quam quod eam veritati, quam non ostendit, cedere oportere arbitratur; illa est enim consuetudo, qua si sacrilegos ad Altare Christi sine baptismi purgatione commutabat, & nullam bonorum in unitate polluebat, quicumque se ab eadem unitate, in qua nullorum malorum contagione pollui poterant frustra separauerunt, manifestum sacrilegium Schismatis commiserunt. Si autem per illam consuetudinem omnes polluti perierunt; de qua caeuerna isti sine originali veritate, & cum calumnicæ calliditate procedant? Si verò recta fuerat consuetudo, quia hic accipiebantur heretici, relinquunt furibrem, futeantur errorem, veniant ad Catholicam, non ut retineantur Sacramento baptismatis, sed ut curentur à plaga concisionis. Ex quo discursu, admissa Maiori, consuetudinem debere cedere veritati, non utcumque sed ut manifestatæ, Minor aduersarij negabatur à S. Augustino, & manifestationem veritatis, etiam rationabilem consuetudinè intendit in Catholica Ecclesia fuisse, neutrum in Donatistis apparuisse, vbi ut rationabilem consuetudinem, nec ad veritatis originem, poterunt suum schisma reducere.

Sed & secundum hanc aliam formam apud eundem Augustinum, cap. 35. Castus à Sicca arguebat in hunc modum. Qui contempta veritate presumpsit consuetudinem sequi; aut circa fratres inuidus est, & malignus, quibus veritas reuelatur, aut circa Deum ingratus est, cuius inspiratione Ecclesia eius instruitur. Sed quid respondebat Augustinus? Iste si convinceret eos, qui diuersa sentiebant, & hoc tenebant, quod etiam totus orbis postea Christiano Concilio confirmatus obtinuit, ita consuetudinem sequi, ut contempnerent veritatem; hæc verba formidare deberemus; cum ex illa consuetudine, & à veritate propagata, & veritate roborata reperitur, nihil in hac sententia pertimescimus, & tamò si illi circa Fratres inuidi erant, & maligni, aut circa Deum ingrati, ecce qualibus comunicant, ecce quales diuersa sentientes sicut Cyprianus prædixit, à iure cõmunionis non amouebant, &c.

Ex Augustino etiam 4. contra Donat. c. 5. responsio similis habetur ad authoritatem Cypriani, qui dicebat. Proinde inquit, qui ratione vincuntur, consuetudinem non his obijciunt, quasi consuetudo maior sit veritate, aut secundum id sit in spiritualibus sequendam, quod in malis fuerit à Spiritu S. reuelatum, hæc erat obiectio Cypriani. Respondet Aug. Hoc planè verum est, quia ratio, & veritas consuetudini preponenda est, sed cum consuetudini veritas suffragatur, nihil oportet firmiter retineri.

E

Ita-

Itaq; in forma respondetur; consuetudini anteponenda est veritas; cum consuetudo per illam oportet robur accipere, & de se infirma est, & ex veritate contradicit. Secundo anteponenda est veritas, cum consuetudo velles se erigere contra veritatem, & à veritate non originaretur. Tertio si recta esse consuetudo non deprehenderetur, & à veritate non vel sic (quam utraq; consentientium pars allegaret) sed ut manifestata, confirmanda exposcitur, tunc veritas prevalere debet consuetudini: sed in pari alterationis gradu, consentientibus partibus apud vnamquamq; reperiri veritatem, consuetudo quæ de traditione emanavit, firmum pro veritate præstat argumentum: & similiter veritate, manifestata, per decreta Conciliorum &c. consuetudo, quæ hinc inde dirahitur ad patrocinandum alterutri parti, satis reboratur. Sic dissolvuntur argumenta Poæ.

Ad auctoritatem Senecæ, responderur loqui de illis, qui nulla quæstione examinata, proprio iudicio destituti, ex philantia sibi elingunt, quod sequendum iudicant: magnum certe hoc vitium est in humanis scientiis non querere per veras quærendi regulas, non examinare, quæ examinanda sunt, & ut probata, & concessa accipere, quæ probanda essent. Perbellè dicebat Clem. Alex. 7. Stromat. *Cum habemus à natura mille, quæ nos incitant, & dant occasionem ad ea quæ dicuntur examinanda: debemus etiam veritatis invenire rem sequentiam. Quocirca etiam merito condemnatur non assentientes illis, quibus oportet parere, non discernentes sed quod repugnat, & indecorum, & præter naturam, ac falsum, à vero, & consentaneo, & decoro, & eo, quod est secundum naturam, quibus quidem vitandum est, ut qui assentit, & suis occasio agnoscenda eius, quæ verè est veritatis: Græcis ergo inanis est hic prætextus, volentibus enim licet invidere veritati. Sed vitandum quoq; extremum aliud est, quod dum reprehendunt alios sequentes a seipsum iudicium, se ipsos pro veris iudicioribus habent, & quasi pro demonstrationibus sua vendunt, quæ nec probabiliter utringere valent. Et de his loquitur idè Clemens dignus, *Qui appetuntur Doxosophi, hoc est opinione sapientes, qui se veritatem invenisse existimant, nullam habentes veram (id est) frasianam; se ipsos decipiunt se acquisivisse existimantes (quorum non est parva multitudo) & quæstiones declinantiu propter confutationes, & doctrinam vitantium propter contradictionem. Quibus autem id eorum, qui accedunt decipiunt, sunt valde callidi, & astuti, qui etiam se factis assequantur se nihil forte, probabilibus argumentis obscurant veritatem. Alia autem, ut opinor, natura probabilium argumentorum, alia verorum. Et quod necesse sit nomen hæresum hæc dicit, ut veritati opponatur, & ab ea distinguatur cognoscimus, à qua cum quædam ad hominum perniciem auulserint sophistæ, humanis à se inventis, seu**

nè tñ sunt ductores gregum, vt per eas semitas antiquas incedant, & mulcum relisum est posteris, si consecraria euulgent, quæ antiqui tradiderant, illisque sint consona.

8 Omnia illa exempla, quæ adducuntur de Architectura, Medicina, Mathematica, & si in nonnullis, quantum ad aliquos modos, à prioribus deuiare videantur posteriores, non tamen à cõmunibus præceptis, & regulis deuiant, & in arbitrarijs meliores habentur, qui antiquas præceptiones sequuntur, vnde semper antiquitas vicit, cui tempus grande testimonium perhibet.

9 Quod si nihil antiquius veritate (vt fatetur opponens) iam desinat nouitas incessere vetustatem, & si quod sequimur, nouum non est (vt profert ex Arnobio) fateatur ex antiquitate germina pullulare ex antiquis radicibus, & cõsuetudo nulli innixa rationi, examine indiget, & discussione, vt per rationem, vel reuelationem (quæ priora sunt) reguleatur.

Dictum Lactantij verificatur de sectatoribus errorum, qui moti ex sola maiorum sequela sine delectu, & iudicio fabulosas sectas amplectuntur. Nec restringuntur ingenia posteriorum, quasi occupentur ab antecedentibus; semper enim relinquitur locus posteris, illustrandi, & explicandi, quæ à veteribus primo prolata sunt, maximè in dogmatibus fidei, & incrementa suscipiunt maioris intelligentiæ, quæ tam ad explicationem, inhzendo principijs traditis, non præter, vel contra illa sentiendo, vnde præsentis, & posteriores tunc despiciuntur, cum contra præteritos, vel non conformiter ad illos aliquod nouum proferunt, quæ à Minutio, & Apollinari Sidonio asseruntur, & per hæc dissoluntur.

10. Ipse tandem opponens, si noua, & inaudita, quæ eruclare profitetur, ex antiquitatis visceribus protulisset, nulla confutatione indigniffet; nec illi suffragatur, quod (vt inquit) hæc scrutatus sit, & qui scrutatur non innouat; nam ita scrutatus est, vt defecerit scrutans scrutinio, multa recepta axiomata quatiendo (vt inferius apparebit) & noua, quæ protulit non tantum sunt, quia multa prolata, de quibus apud veteres mentio facta non est, sed etiam, quia quæ positiuè antiquitas tradidit, voluit innouare. Vnde & qui contra hæc scripserunt, non inimici nouarum tractationum, sed fidi vetustatis defensores merito commendantur.

*Proponuntur Argumenta Sberlogi, quibus Antiquitas
vellicatur. S. III.*



ED & Sherlogus in anteloquio 4. in Cantica-
lect. 13. num. 102. ex Patrum penu, nouitatem,
non esse repudiandam pronunciauit, quando iphs
ob obiectā nouitatem exoriente Christiana Reli-
gione, sic causam suam tuebantur, & hoc gene-
re armorum saepe conati sunt Gentiles confun-
dere, afferentes dedecere viros, Maiorum cze-
monias post habere recenti sectę, & suspectam esse fidem antiquitate,
non firmatam.

2 Affert secundò Lactantium 2. diu. instit. cap. 7. dicentem,
*Ha sunt Religiones quas sibi à maioribus suis traditas pertinacissi-
me tueri, atq; defendere persueuerant, nec considerant quales sint, sed
ex hoc probatas, atque veras esse confidunt, quod eas veteres tradi-
derunt: tantaq; est auctoritas vetustatis, ut inquirere in eam, scilicet
esse ducatur. Maioribus nostris etiam nulla ratione reddita, ratio-
nis esse credere, sic illi fortissimo muro tecti. Sed insurgit Firmianus,
docet ecce te ratio non esse veras religiones deorum. quid facies? Ma-
iores ne potius, an rationem sequeris? si rationem manis, discedere te
necessa est ex institutis, & auctoritate maiorum, quoniam id solum
est rectum, quod ratio prescribit. Sin autem pietas maiores sequi
suadet, fateris igitur, & stultor fuisse, qui excogitatis contra ratio-
nem Religionibus seruiuerunt, & te ineptum, qui id colas, quod fal-
sum est, conuinceris.* ex qua auctoritate deducit Sherlogus. Itaque
vt antiquitatis iusta estimatio habenda sit, vnum id ante reliqua obser-
uandum, num vetustas rationis ducatum sequatur, quem si spernat, re-
linquenda est; talia & nos iuniorum dogmata approbamus, quę ratio-
ne praesent, quę firmitior, & constantior veritas sit.

Pergit Lact. cap. 8. *vt quia illi nos temporibus antecesserunt, sa-
pientia quoq; antecesserunt, quę etsi omnibus equaliter datur, occu-
pari ab antecedentibus non potest: quare cum sapere, hoc est verita-
tem querere, omnibus sit innatum, sapientia sibi adimunt, qui sine
ullo iudicio inuenta Maiorum probant, & ab alijs pecudum more
ducuntur sed hoc eos fallit, quod maiorum nomine posito, non putant
sibi posse, aut ipsi plus sapiant, quia minores vocantur, aut illi de-
spiciunt, quia maiores nominentur.*

3 Tertull. ad eosdem Eθνicos in Apol. cap. 4. scribebat. *Non nos
& vos quotidie experimentis illuminantibus tenebras antiquitatis,*

totam

totam illam veterem, & squallentem sylvam legum, novis principalium rescriptorum, & edictorum securibus truncatis, & caeditis: quorum adhuc vos repurgandæ leges latent, quas neque ignorum numerus, neque conditorum dignitas commendat.

4 Prudentius 2. contra Symmachum,

Quid mirabitur itus solitos Romane Senator

Obiectas, cum vita patrum, populique, frequenter

Instabili placiti sententia flexa novarite?

Nunc etiam quoties solitis decedere prodest.

Præteritisque habitus cultu dammare recenti.

5 Arnobius eodem loco cit. à Sherlogo, & anteloq. 3. sect. 4. num. 147. in 5. contra gentes citatur, *Nova res est quam gerimus; quandoque & ipsa vetus fiet: vetus, quia vos agitis, sed temporibus quibus capis, nova fiet, ac repentina. Religionis autem auctoritas non est tempore abimanda, sed numina: nec colere qua die, sed quid tæperit cõmentis intueri. Antea quadringentos annos Religio vestra non fuit, & dii vestri non fuerunt ante mille annorum duo. Pergit Sherlogus, & in parentheticum se convertit, & in reparatorem, & reformatorem desinit. Vainam quemadmodum stomachatur adversus notas doctrinas. (qui tamen zelus quando iuxta scientiam progreditur, catholice firmitatis nervus est) sic exardescerent contra novos mores: Heu si converteretur oculus Patrum instaura, qualis ille disciplinæ rigor, & qualis iste tepor? ad hæc nemo exclamat, nullus tragædias excitat non sunt tumultus, nisi cum sedum; si forte quispiam veniens in spiritu, & virtute Elizæ, cupiat prisca seculorum suscitare iterum, & majorum emulari præstantiam: hæc ex syllogismis divertens, ad suggestum ascendens Sberlogus efformat.*

Item ex eodem Arnobio lib. 1. arguitur ex Anteloq. 3. sect. 4. num. 147. *Nam si notare sententiam culpa vilia est, vel crimen, & à veteribus institutum in alias res novas, voluntatesque migrare criminatio ista & vos spectat, qui toties vitam, consuetudinesque mutastis, atque ad alios ritus priorum condemnatione transistis: numquid enim quinque in classes hæresis populam distributum, vestri quædam res habuerant? Mores? numquid Magistratus per populum creatis? cum præteritis bella, signum monstrares ex arce tum in matrimonium contraxistis; toga sternitis. Ladulos. & maritorum genus aduocatis: multaque ibidem recensent, id quibus acerrime vetustatis defensores, à prisca moribus decellerant: & iterum. *Nova res est, quam gerimus, & nova vetus fiet & c.**

Etiam Tertullianam Arnobius imitari videtur, qui c. 6. Apolog. et dicebat, *Nunc Belgæ vestri legum, & patrum in stabilitate præ-*

teflores. & cultores respondeant velim de suo honore, & obsequio ex p̄
 maiori consulta, si à nullo descuerunt, si in nullo exorbitauerunt, si
 non necessaria, & aptissima queq; disciplina oblitterarunt. omnia mu-
 tata fuisse sequētibus demonstrat: *habitu, victu & instructu, sensu, ipso
 deniq; sermons proavis renunciatis: laudatis semper antiquitatē. &
 noui de die viuuntis per quod ostenditis, dū à bonis maiorum institu-
 tis disceditis, eos vos retinere, & custodire, qua non debuistis; cumq;
 debuistis, non custoditis.* Hæc ille, Subdit Sherlogus, iuste inuehebat
 contra Romanos. qui cum vetera omnia oblitterassent, christianæ re-
 ligionis exordia propter instituti infantiam acrius sectabantur. Idem
 Sherlogus antel. 4. sect. 4 in fine.

6 Pergit adhuc idem librare argumentum Sherlogus ant. 4. secti
 13. nu. 108. *Non piger ait librare idem argumentum, ut quod natura
 ipsa duse intellexerint Etrusci, percipiamus.*

Horatii Poeta 2. epist. 1. ad Augustum.

Si meliora dies, ut vina, poemata reddit;

Scire velim pretium, chartis quotus arroget annus.

Scriptor ab hinc annos centum qui decidit, inter

Perfectos, veteresq; referri debet, an inter viles, atq; nouos.

Hæc dicebat Poeta, volens ostendere ingenia, non quasi vinum
 ex sola veritate probanda, & iterum.

Si veteres ita miratur, laudatque Poetas,

Vt nihil anteferat, nihil illis comparet; errat:

Si quadam nimis antiquè, si pleraque durè

Dicere credat eos, ignauè multa fatetur;

Et sapit, & mecum facit, & Ioue iudicat æquo.

Hac loquendi huius Poetae formulæ usus est Hieronymus Apolog.
 contra Ruf.

*Pericalosum opus certè, & obreclatorum latratibus patens, qui
 me afferunt; in 70. Interpretam supillationes, noua pro veteribus
 cadere, ita ingenium quasi vinum probantur.*

Seneca in maioribus patrocinandis multus est, ut patet Ep. 33. &
 antiquos non dominos nostros, sed duces appellabat. & ep. 64. *Multa
 egerunt, sed non peregerunt.* ep. 74. *Non præripuisse quæ dici poter-
 rant, sed aperuisse* legendi Tullius de Oratore, initio, Hippocracæ
 epist. ad Democritum. Tacit. libri 1. cap. 8.

7 Quod si obijciatur antiquitas, quod in magno pretio semper ex-
 iteris, Respondet Sherlogus, & instat.

• Primito, plura esse, quæ in priscorum cogitationem non venerint,
 quæ à iustioribus astringi poterant, posseque nonnumquam ab his spe-
 ciosiora, non illis aduersantia, sed supplemtia, quæ illi non tractarunt,

vt locum reliquerint sequentibus laboribus, & industria.

Secundo, venerandam antiquitatem, sed cum delectu, & cum discrimine, nam senectus quidem venerabilis, non diuturna, neq; annorum numero computata, vt ponderat Bernardus epist. 253. vel vt dicit Cass. 2. de discret. cap. 13. *Diuitiæ senum non sunt canitiæ capi- tis, sed industria iuuentutis, ac præteritorum laborum stipendijs metienda*. ac proinde non spectandum antiquitatis nomen absolute, sed eum circumstantijs: sic & nouitatem non folitariè dispiciendam, sed cum circumstantijs, vt illam colamus, hanc detestemur, tunc enim nouicia dogmata erigere, vel deprimere poterimus.

Tertio, antiquos Patres recipiendos, vt doctiores simpliciter non in oibus, sed in plerisq; & simpliciter veteres excedere iuniores; sed rursus in aliquibus deceptos, & à subsequentijs emendatos, eos latuisse multa, q̄ à subsequentijs inuēta, nonnulla sunt, in quibus veteres laborarunt, aucta tñ sunt ab adolescentibus: inde fit non esse necesse iunioribus antiquos aliquos allegare, sat est, ait, ne vniuerso choro Doctorum, & Sanctorum aduersetur in fidei, & morum doctrina. & non mirandum si vni, vel alteri ex Patribus resistemus aliquando. imo & maiori factioni contradicamus, nam de corporeitate Angelorum, communis antiquorum fuit existimatio, paucioribus in diuersum abeuntibus, & præualuit paucorum sententia. Quod idem dicendū de Scholasticis, ac de Patribus dictum est, vt piaculum sit ipsos contemnerem, aut quempiam de grauissimis, si tamen ratione, & veritate impellamur, plures quoque deserere honestum arbitremur] hæc ille. Sed ex dictis superius eadem positio refutatur. Superest, vt oppositiones eius dissoluamus.

Soluantur Argumenta Sberlogi.



D primum h. causam suam ægrè Gentiles non potuisse defendere ex obiecta sibi nouitate, & mirum est à catholico Doctore non esse confutatam, putando aliquid pro suo proposito valere relatum. Semper antiquior est religio superstitione, & verus cultus falso, & ementico, & vnitas religionis multitudine religionum, sicut Dei vnitas ab æterno existens, Deorum multitudine, qui postea sunt adiuuenti; vnde Clemens Alex. Hortatoria ad Gent. *Deus quidem certe sicut verus est, ratio omnium qua sunt principium &c. Vnde nam ò Plato veritatem conijcis? unde nam abundè suppeditata rationum sapia pietatem, & verum Dei cultum vaticinaris? His inquit sunt sapientiora barbarorum genera. Noui tuos magistros, leges autem*

qua-

ignemq; vera sunt, & de Deo Optimo suppeditata tibi sunt ab Hebraeis, qui non vanis erroribus, nec hominum opera aurea, aenea & lapidea hominū, qui mortui sunt adorāt simulacra, inani cōsilio adorantur ab hominibus, sed sanctas vlnas tollūt ad cālū, manē à cubili sēper corpus aquis mundantes &c, & immortalem, qui semper regnas cōlit. Fuit autem Plato, vt dicunt multi apud August. temporibus Hieremix, lib. 8. de Ciuit. cap. 10. licet August. supputata ratione temporum asserat, non potuisse videre Hieremiam Prophetam tantò ante defunctum, nec potuisse legere scripturas propheticas, quz multò post translate sunt in Græcam linguam; *nisi fortè, ait August. quia Plato fuit acerimi studij, sicut Egyptianas, ita & Hebraicas per interpretem didicit, & pro hoc affert indicium, multa, quz in Genesi habentur, ex lib. Genesis deprompta, vt penè (ait August.) assensiar, librorum illorum expertem non fuisse.* Cum ergo ante ortam idololatriam prius decucurrerit vera Dei cognitio, & cultus, semperque ex August. inundantibus superstitionibus custodita fuerit plantatio Ciuitatis Dei in Patriarcharum successione, antiquior omni superstitione, & falso cultu, vera Religio tēporis accessione præillis demonstratur, vnde hoc eodem argumento Clémentis in hortatoria ad Gentes, *Athenodorus filius Sandonis, cum vellet Serapidis ostendere antiquitatem, nescio quomodo eò lapsus est, vt eum arguerit, ei factam fuisse statua, quasi statuarū erectio nouitatē cultus aperte monstraret.*

2 Ad autoritatem Lactantij, non habentur Gentiles vt vetusti, qui vetustissimos Dei cultus non secuti sunt; propterea parum curabat de vetustate Gentilitia, quz non deferebat census suos ad veros Dei cultores, quos cum illi non reciperent, ad rationem naturalem confugiebat, quo reuincerentur, & hoc magis à priori est, quam veticitare, num vetustas rationis ductum sequatur; nam si simpliciter id offeratur, rationem esse vetustatis, vel nouitatis examen, dabitur materia etiam vetustatem antiquissimam infirmandi, & rationi velle subijcere num rationi cōsonet, essetq; antiquitatis notā de Ecclesia tollere, & per hzc patet ad aliam autoritatem Lactantij.

3 Ad Tertullianum Responderetur, quod vastam illam antiquitatē legum reprehendit, quz antiquitatis titulo se amiciebat, nec ab antiquiori lege, Mosayca, vel lege naturali, & Dei æterna regendas, nec ijs regulandas se submittebat.

4 Prudentius quoque inuehitur contra Symmachum, quòd antiquos illos ritus Romani præferebant recentibus, & ab illis antiquatis nouo cultu posse discedere, nam nec simpliciter antiqui erant illimet veteres, respectiue ad nouos, vtriq; tamen recentes in ordine ad priores ritus, & cultus Patriarcharum, & Prophetarum, à quibus desciscebant.

5 Arnobius, non ex antiquitate, vel consuetudine simpliciter, sed ex consuetudine, & antiquitate destituta patrocinio Antecessorum, superstitioni, & erroribus obnoxia, fila argumentationis intexit. Ceterum antiquitas dogmatum ex puritate doctrinæ rationi consona, & tempore progrediente, & nunquam interrupta successione firmissimè est in Ecclesijs etiam irradicata, vnde retinenda est, ex Basil. de Spiritu sancto cap. 29,

6 Ad dictum Horatij, non sunt probanda semper ingenia ex vetustate, vt nec poemata, nam hæc cum in dies proficiant, & in dies incrementum capiant, aliquod nitidius proferri potest, non semper acutius, & antiquius, vnde cariora existimant poemata Homeri, Hesiodi, Orphi, &c. Ceterum sacra pœsis Scripturarum, & Diuina reuelatio, à Deo Sapientissimo ortum habet, vnde Clemens Alex. loquens de Verbo Dei in exhort. ad Gent. initio ait, quod cecinit nouæ harmoniæ æternum modum, qui à Deo accepit denominationem canticum, nouum per institutionem nouæ legis, quæ etiam in antiqua continebatur in figuris &c. vnde infideles, Iudæi, Hæretici, quia legem nouam abiiciunt, meritò castigandos à Deo pronunciat. Idem lib. 7. Strom. aduersus quos sua commentaria scripsit, vt conuerterentur. *Sin autem, dicebat, tanquam surdi serpentes, quod nouè quidem dicitur (est autem antiquissimum) non exaudiunt canticum, à Deo certè castigantur.* nouè quidem reuelata est lex Euangelij, sed est antiquissima, cum conineret reuelanda in tempore in vetustis scripturis: nouè etiam ex vtrisque scripturis, traditionibus, & Patribus deducuntur, quæ antiquissima sunt, & proinde vetustate præstant, & vetustissima veterum comedit, & bibit bonus orthodoxus. Ad editionem Hieronym. non nouam cudit Hieron. translationem, sed nouam ex vetere quantum ad explicationem.

Ad authoritatè ex Seneca, non possunt esse Domini antiqui Gentiles rerum, quæ tractantur in Philosophicis, vnde philosophantium industriam inculcat, per priorum fortuum inductionem, propterea ad rationem, quæ illis antiquior, recurrendum est, de qua dicitur, *signatum est super nos lumen vultus tui Domine*; ita ad reuelata intelligenda, quæ nobis per Prophetas, & Apostolos, & Apostolicos tradita sunt, recurrendum: & hic est ordo, vt post Apostolos, audiamus Apostolicos. Nam vt perbellè idem Clem. lib. 7. *Quomodo in bello non est deserendus ordo què dedit Imperator militibus nec deserendus est ordo què dedit nobis Verbum, què accepimus Principè cognitionis, & vitæ, & postquàm ad Verbum recurrendum, & eius reuelationem secundum ordinem præfixum ab illo, manuduxit homines.* Iubdit. *Si in hæc illis quis fuit, propterea quod aliqua repentina se obulerit, visio, efficiendum est, vt sint prompta visa, quæ sunt ex ra-*

stomoz, sive autem more, qui prius inualuit vitiosus fuerit, ut ait Scriptura, is qui est ex vulgo, curandum est ut mox conquietat in eo quod est perfectum, & omni ex parte absolutum, & ut contra, ut dicat, exercenda est anima. Si autem pugnantia quorum aliqua dogmata videtur asserere, ea sunt subducenda, & eundem est ad eos, nempe Apostolicos, qui quiescunt dogmata efficiunt, & Diuinis Scripturis eos incantant, qui sunt rudes, & imperiti, & strepitum peritimescunt, per testamentorum consequentiam [& Patrum doctrinam] eis veritatem explanantes. Itaque hic est ordo, illius qui primum potuit in Ecclesia Apostolorum, deinde Prophetas, id est Ecclesiasticorum dogmatum tractatores, demum Pastores, & Doctores, ut quæ non capiunt imbecilles, ad rationem confugiamus, manducando per similitudinem, & persuasibilibus motibus ad cognitionem, qui videntur rationibus apparentibus conuinci, debent induci ad quiescendum, & quod est perfectum, & omni parte absolutum, qualis est doctrinæ reuelatio; qui vero falsa dogmata eruere ex reuelatis subducendi sunt, & eruditionem eorum tradendi, qui veritatem sciunt explicare, & ad præcipientium tale periculum inducendi dogmata pugnantia, sequens dat documentum, ad nostrum propositum; nimirum, ut quæ videntur probabiliter à quibusdam dici confutemus. Vnde dicit: sed ut videtur, magis declinamus ad ea, quæ sunt opinabilia etiam si sint contraria, quàm ad veritatem; est enim austeræ, grauisq; & seueræ, atq; cum sint tres animæ affectiones, ignorantia, opinio, scientia; quibus ignorantia quidem versantur sunt Gentes, qui autem in scientia vera Ecclesia, quæ in opinione, sectantur hæreses, vel nouas doctrinas.

7 Ex qua doctrina, illa tria Sherlogi consecraria, & instantiæ refulantur. Primum soluitur, nam cum dicit à posterioribus multa dici, quæ in cognitionem veterum non venerunt; si nouè dicuntur quæ implicite dicta sunt in antiquis, non reuimus; item si consonantia non aduersantia, & si quiescunt dogmata, nõ perturbantia Ecclesiasticæ hierarchiæ, Ethicæ, & ipsius Politicæ. Sed quia proclines (docuit Strordmateus) non esse ad opinabilia, etiam si sint contraria, quàm ad veritatem; hoc opus, hic labor, ut quæ opinabilia vendigantur, non sint reuera contraria, quæ postmodum in discussione, examine, praxi, vsu contraria deprehenduntur: vnde quidam ex hoc hæreses induxerunt, quidam noua, & inaudita paradoxa, etiam si de Ecclesiæ gremio sint. Sed sunt socordes (dicit idem) qui cum liceat ex ipsis Diuinis Scripturis, Traditione, & Patribus, conuenientes adducere demonstrationes, ad omnino non faciunt, sed quod eorum voluptatibus suffragatur eligunt. Gloriæ autem tenentur desiderio, quia ea, quæ ex sua natura conueniunt sermonibus diuinitus inspiratis tradita ab Apostolis, & Apostolicis nõ secuntur.

Quòd verò subdit secundò cum delectu accipiendâ antiquitatem, & circumstantijs vestitam, aduertendum certè idem est, sed non propterea hoc abutendum est, & in consequentiam trahendum, in quamque materia, & in existimata probabilitate; nam inter eos viros, qui tanti erant in Ecclesiastica cognitione, quid restabat dicendum à Iherone, & Prodicò, & similibus, qui non sunt ingressi recta via. Neque enim, vt dicit idem Clemens, eos, qui præcesserunt, potuerunt superare sapientia, vt aliquid inuenirent vs, quâ ab illis verè dicta sunt [Et in consequentia meditati sunt] imò hæreses, sicut & nonnulli domestici Ecclesiæ volentes superare sapientia antiquos Patres, & Doctores, vel aliquos, vel maiorem partem, ab illis etiam discesserunt, & ne turpi nota afficerentur, arbitraria vocabant, à quibus discedebant; Sed bene, ait, actum esset, si scire potuissent ea, quæ prius sunt tradita.

Quantum ad id, quod tertio instat, admittimus in aliquibus deceptos aliquos Doctores, & à subsequentibus Patribus emendatos; communi tamen Patrum choro deferendum, nec cuiq; propterea Patrum choro posse resistere liceat: & cauendum valdè est, ne hæc clavi irumpere velimus ostium, sinistrè impetendo Patrum doctrinam, hoc patet in Græcis ex p. 3. Concil. Florent. cap. 5. qui verò Occidentium Patrum autoritate premebantur, id dixerunt; non esse mirum, scilicet, si in aliquo Sancti tanquam homines errassent: & ideo Occidentales etiam Doctores in hoc articulo de processione Spiritus Sancti errasse, mentitosque, veluti in re indifferenti, putantes contradicere vni, vel alteri Patri, cum tamen in dogmate contrairerent, falsam suppositionem assumentes, allegando eum canonè, licet in arbitrarijs vni, vel alteri Patrum contra sentire cum iunioribus, cum non semper in arbitrarijs, sed in grauioribus, nedum in vnum, vel alterum, sed contra plures, pauciores posse sentire edoceat Sherlogus, exemplo eo se muniens, videlicet, posse contra plures Patres tenentes Angelos esse corporeos, pauciores sentire; idque oculariter demonstratur esse falsissimum; nam Arcopag. de Eccles. Hierarch. c. 2. & c. 4. intelligibiles, & spirituales asserit esse substantias. Euseb. de dem. Euang. lib. 3. c. 5. & 4. c. 1. materia expertes, & puros spiritus asserit. Nissen. Orat. 4. de Oratione Dominica, incorpoream eorum naturam dicit. idem dicit Chrysof. hom. 22. in Genes. Theodoretus in Epitom. Diuin. decret. cap. de Angelis, de cur. Græc. affect. lib. 3. de Dijs, & Angelis; Maximus Monach. cent. 3. de charitate cap. 26. vacantes corpore dixit Damas. 2. de fide c. 3. Cassiod. ad Ps. 103. Greg. in Iob. lib. 2. c. 2. alij legendi apud Coccijum tom. 2. lib. 4. de Angelis. Qui vero oppositum tenuerunt, vel locuti sunt ad mentem Platonis, vel, vt loquitur Claudianus Mamertus de statu animæ li. 3. Angeli dici possunt incorporei

corporei in ea sui parte qua ipsis visibilis Deus, corporei in ea parte qua hominibus sunt ipsi visibiles. Nihil ergo proficit Sermo cum aggeribus auctoritatum agglomeratis ad antiquitatem infirmendam. Quare & relicto illo in sua nouitate, ad antiquitatis arcem fugiamus.

8 Explicato ergo charactere antiquitatis, ad eam hortamur amplectendam ex Ezechiele cap. 16. *& soror tua Sodoma, & filie eius reuertentur ad antiquitatem suam, idest ex Hugone nostro Cardinali, & Hieron. (cum natura sua reddita Gentilis prius, & impia anima intelligit creatorem) & Samaria, & filia eius reuertentur ad antiquitatem suam.* Samaria, ex iisdem, recipit antiquam Beatitudinem, cum v.g. hæreticorum errore contempto, iuncta doctrinæ, & fidei Christianæ; cumque illæ reuersæ fuerint, & Hierusalem visio pacis, quæ interpretatur Ecclesia, reuertetur in pristinum statum. *Et tu [Hierusalem] & filia tua reuertimini ad antiquitatem vestram, cū malus Christianus ad penitentiam compungitur. Vel ad antiquitatem reuertuntur ad pristinam libertatem spirituales, nempe Ecclesia, in qua ab olim in Adamo, Non omnes conscripti sumus ciues, imo hæretici, & veri filij. & unicuique Nonanti id quoque dici potest: reuertere ad antiquitatem tuam.*



C A P V T I I.

Vbi Secundus Character Orthođoxiæ, nempe Vniuersitas, demonstratur.



Ommuniter à Sanctis cum Vniuersitate temporis, q̄ est nota antiquitatis, adiuncta est vniuersitas locorum, atque personarum, vt ea Doctrina Orthođoxa iudicetur, quæ non solum ex Veritate, sed & locorum, & gentium in eadem antiquitate conspirantium, accipit firmitatem. ad hanc vniuersitatem confugit Iren. lib. 1. c. 2. *Ecclesia hanc fidem in vniuersam mundam disseminatã diligenter custodit, quasi vnã domum inhabitans, & similiter credit q̄s, vsquequaq; quasi vnũ possidens or; nã est in mundo loquela dissimiles sunt, sed tamen virtus traditionis est vnã: & neq; qua in Germania sunt fundata Ecclesia aliter credunt, neq; hæ, qua in Celtis, neq; que in Oriente, neq; qua in Libya, neq; hæ, qua in medio mûdi sunt constituta]* Hoc medio vsũ sunt Catholici ex Niceph. lib. 4. cap. 3. ad defendendam Filij Dei consubstantialitatem. Omnes ubiq; Ecclesia assense sunt, vt Hispanie, Britannie, Gallie, Italia, totius Dalmatie, Mysie, Macedonia, & cuncta Græcia, & omnes Africa, Sardinia, Cypro, Orientis deniq; Ecclesia, exceptis paucis, quæ sectæ sunt Ariana. Idem argumentum prosecutus est S. Basil. lib. de Spiritu S. c. 29. qui ad probandam glorificationem Spiritus Sancti cum Patre, & Filio, non solum ex Oriente, sed etiam Occidente, omnes Nationes, Ciuitates, & Consuetudines, omni hominum methoria vetustiores, & viros Ecclesiæ columnas, & omni scientia, ac virtute Spiritus Venerandos Duces, & authores huius nominis exhibebat. Hieronymus Epistola ad Marcum Presbyterum Celdensem, Orbem ferè integrum præponit paucis particulis Ariana lue infectis: quod argumentandi genus à Gregorio Nazianz. prius didicerat, qui in inuestiua prima contra Iul. dicebat. *Religionem orthođoxam vndeunque circumfusam impetere; perinde idem esse, ac vniuersum imperium quaterere.* Nunc autem dicebat salutifera doctrina longè, lateq; diffusa, ac circa nos maximè vigente religionem christianam inuertere,

ac labefacturo conari, nihil aliud fuerit, quam Romanum Imperium conuellere, omnibusq; Reipublica partibus periclitari.

Sanctus Augustinus perpetuus fuit in arguendo contra Donatistas, & Pelagianos ex Vniuersitatis loco: idem dicebat lib. i. c. Iul. c. 2. *Quod prouoces ad Orientis antistites, quia & ipsi utiq; Xpiani sūt, & utriusq; orbis terrarum fides una est, quia & fides Christiana est, & te certē Occidentalis Ecclesia generauit, Occidentalis regenerauit Ecclesia; vide caulalem; ideo vnionem in fide omnium gentium commendari, quia non quæcunq; sed quia fides Christiana est.* Contra Donatistas dicebat. *Catholica idcirco dicitur Ecclesia, quia vniuersaliter perfecta est, & in nullo claudicat, & per totum orbem diffusa est.* 3. de Genes. ad litteram imperf. c. i. & iterum. *Totum possides quod à viro suo accepit in dotem. Lego tabulas matrimoniales eius. Recitabo. Oportebat Christum pati, & resurgere à mortuis, & prædicare in nomine eius penitentiam, & remissionem peccatorum per omnes gentes, omnes gentes totus mundus est, Ecclesia talis possides, quod à viro suo accepit in dotem.* Quæcunq; Congregatio cuiuslibet hæreticis in angulis sedet concubina est; non matrona. Et ep. 161. ad Honoratum Donatistam. *Sicut de Ecclesia prophetatum est per orbem terrarum diffusam videmus, arbitramur nos non debere dubitare de tā euidentissima completionē sanctæ prophetiæ quam Dominus in Euangelio confirmauit, & Apostoli, per quos eadem Ecclesia dilatata est, sicut, & de illa prædictum erat, nam & in capite sacrosancti Psalterij scriptum est de filio Dei: postula à me, & dabo tibi gentes hereditatem tuam, & possessionem tuam terminos terræ. Et ipse Dominus Iesus Christus dicit, Euangelium in omnibus gentibus futurum, & Apostolus Paulus antequam sermo Dei in Africam peruenisset, in ipso capite Epistola, quam scribit ad Romanos, per quem accepimus, inquit, gratiam, & apostobatum ad obediendum fidei in omnibus gentibus pro nomine eius. Deinde ipse ab Hierusalē in circuitu per totam Asiam usq; in Ilyricum Euangelium prædicauit. Ecclesias constituit, atq; fundauit, non ipse, sed gratia Dei curreo, sicut ipse restituitur. Quid autem euidentius apparere potest, quàm cum in eius Epistolis nomina etiam Regnorum, vel Ciuitatum inuenimus? ad Romanos, ad Corinthios, ad Galatas, ad Ephesios, ad Philipenses, ad Thesalonicensēs, ad Colossenses: scribit etiam Ioannes ad septem Ecclesias, quas commemorat in illis partibus institutas, in quibus etiam conuersas Ecclesias septenario numero intelligimus commendari Ephesum, Smyrnā, Sardos, Philadelphiam, Laodiciam, Pergamum, Thiatyrā, quibus omnibus Ecclesijs nos hodie communicari manifestum est, vos istis Ecclesijs non communicare: hæc idē S. contra Donatistas. Diligentes fuerunt, vel ipsi aduersarij nostri Centuria-*

tores in 6. Centur. c. 2. vbi de Ecclesijs dispersis per totum orbem loquuntur, & alibi in alijs centurijs tit. de propagat. Eccles.

Ergo vbi istarum Ecclesiarum orbis, vel maiori parte testimonium sumitur, siue ad probanda dogmata, siue actus, vel ceremonias, inuictissimum, ac firmissimum argumentum præstatur, ne dum ad probandam quæ sit vera Ecclesia, quam etiam ad eius doctrinæ veritatem, nec enim sine veritate consistere potest Ecclesia.

3 Hinc ex iisdem Centuriatoribus cum de Politia Ecclesiæ in capitulo de confociatione Ecclesiarum tractant, ponderant graue argumentum duci, quando omnes Prouinciæ in Africa, aut Asia, vel Europa, vel omnes, vel plurimæ partium diuersarum Orbis conueniunt simul, & confociantur *non quodam aiunt alio iure, quam ut vera, & sincera doctrina conseruaretur, & disciplina Ecclesiastica aduersus hæreticos, & improbos exerceretur.* Cen. 4. c. 7. fol. 522. vocabatur autem ex vniuersitate prouinciarum sensus collectus, *studium, & harmonia pacis.* Euseb. lib. 1. & 2. de vita Constantini. Alexander apud Socratem lib. 1. c. 6. scribens ad vniuersas Ecclesias tanti faciebat vniuersalem illum consensum, vt illum vocaret *vinculum concordia, & pacis.* & Basilius *vnam acq̄rendi auxilij viam* dicebat Ep. 48. ad Athanas. & iterum in Epist. 7. eleganter dicebat. *Dominus noster Iesus Christus, qui omnem Ecclesiam Dei suam ipsius corpus nominari voluit; ut unumquemq; nostrum alterius esse membrum declarauit, dedit quoq; nobis, ut erga omnes iux. membrorum consensum amice simus nobis affecti: quapropter et se habitationibus sumus ab altero, quam longissimè separati, ratione tamen coniunctionis huius, propinquissimi inuicem.*] Hoc modo, vt etiam iisdem fatentur, in diuersis locis ex conspirati doctrina diuersorum, & distinctorum locorum hæretici opprimebantur. iisdem Cæt. pag. 527. *Spiritus enim Sancti consubstantialitatem cum Patre, & Filio contra Anomonianos, & alios hereticos tuebantur, Athanasius in Aegypto apud Cappadocem. & Ecclesia per Pontum, Basilius, & Gregorius in Syria, Apollinarius Laodicens.* Sozo. lib. 6. c. 22. alijsq; id demonstrant exemplis. Ergo vt ex varijs Prouincijs, & locis eiusdè doctrinæ vuitate permanete, hæreticis acriter resistebatur, magna vis accrescit; vt eodem modo nouella hæresi insurgente procedamus, & eam fidè, vt orthodoxam habeamus, quam per totum orbem Sancta consistetur Ecclesia. Et Lerinensis c. 41. eodem argumento vsum apparet, quando aduersus Hæreticos Concil. Ephesinū, Vniuersitatis loco vsum fuisse demonstrat, nimirum ex Petro Alexandrino, Theophilo, Cyrillo Alexandrinam Cathedram regentibus, ex Cappadocia vtendè testimonijs Nazianzeni, fratris Basilij dignissimi: nec ex sola Græcia, vel Oriente, sed etiam ex Occidente Felicis Papæ, & Martyris, & Iulij Romanorum Pontificum lectz

Et sunt Epistolæ, & à meridie, ait, adhibitus est Sanctissimus Cyprianus Episcopus Chyrtaginensis, & à Septentrione Ambrosius Mediolanensis Episcopus.

4 Sed nedum in Concilijs ad Vniuersitatis notam recurrebāt Patres, sed multoties ex consociatione illa mutua, & testimonio diuersarū Ecclesiarum Orbis, siue in Concilio Prouinciāli, vel Nationali ostensa, siue extra, procedebatur ad hæresum confutationem, etiam si hæreticæ ad synodos generales appellarent; vnde cum Auxantius synodum postularet, merito ab Ambrosio repulsam passus est; vnde dicebat Sanctus Episcopus ad Valentinum. *Si ad synodum prouocat Auxantius, ut de fide dispuset, licet non sit necesse propter unum tot Episcopos fatigari, quia etiamsi Angelus de Cælo esset, paci Ecclesiarum non deberet præferri.* Et cum Pelagiani murmuraret frustra è proprijs sedibus orbis Episcoporum sententias inquiri ad dogmata probanda, dicebant non minus stultum quam impium dogma esse susceptum, & simplicibus Episcopis sine Congregatione synodi in suis locis sedentibus ad hoc confirmandū subscriptionem esse extoriam; cum potius eorum prophanas vocum nouitates Ecclesia Christi, & Occidentalis, & Orientalis horruerit] 4. contra 2. Epistolæ Pelag. c. 8. fat erat ergo Augustino recursum habere ad Vniuersitatem pro exurgentium hæresum depressione; & prætextum exigendi generales synodos, non nisi dilatorios cauillos esse, ne vel vnquam causa terminari posset, vel in longum definitio protraheretur; vnde dicebat idem Augustinus. *An vero Congregatione synodi opus erat, ut aperta perniciosè damnaretur, quæ nulla hæresis aliquando nisi synodi congregatione damnata sit? cum potius rarissimè inueniatur propter quas damnandas necessitas talis existerit, multæque sint incomparabiliter plures, quæ ubi extiterunt, illic improbari, damnariq; meruerunt, atq; inde per ceteras terras deuitanda interuolati potuerunt.*

5 Sed aliorum exterorum etiam testimonia proferamus præter Centuriatores adductos. Audiatur vnus Philippus Nicolai in libro edito de Regno Christi, vbi ortus, propagatio Ecclesiarum, & amplitudo Christianitatis describitur. ex Vniuersitate multa dogmata probari profert, nā pag. 22. dicit in Christianæ fidei capitibus illis, de quibus hodiè in ætate Augustinianæ cōfessionis Ecclesias, & Caluianos disceptatur. *Hoc teneant Christiani lectores non modo Græcorum Ecclesias, verum, & Rhutenos, & Georgianos, & Armenios, & Indos, & Aethyopos, qui Christo sua nomina dederunt, veram, & realem Corporis, & Sanguinis Dñi nostri statuerent, vbiq; Eucharistia celebratur, & Christiani cæuis epistolæ illud cælestis percepturi cōueniunt. Ideoq; & apologia confessionis nostræ allegato Bulgarij loco ad Græcorum Ecclesiarum consensum prouocato, improbatæ Cinglianorum opinio;*

no.] Sed id non præstant in alijs dogmatibus ab ipsis controuersis, qui cū uideant ab Vniuersitate Prouinciarū, cōstanti cōfessione tenent orthodoxa dogmata, intrepidè colla submittere debent Vniuersitati in catholicis dogmatibus, potius quā Protestantium (ut inductione posset demonstrari, si in liberum campum expatiari possemus pressa breuitate cōstricti) & ex hac quoq; Vniuersitatis nota assignata recipere eadē contringuntur. Sed respondere conatur Protestans pag. 90. dicendo. *Distinguendum esse inter Christi media, quibus Regnum suum colligitur, & propagatur, præscripta, & ordinata à Deo, nec non inter corruptelas, & errores accidentarios, qui ab hominibus commiscentur: textus Sacra Scripturae decalogus, & Oratio Dominica, & Sacramenta Baptismi, Censuræ, Dominica (adde cæcerorū) aut media, quorum dispensatione plantantur, & augetur Ecclesia. His tamen (ibidem & pag. 91.) errores præmisceri docent, & Pontifices potentes à calice Babilonis ser didarum abominationum, & à calce usque ad verticem ceteri conuadent, & pag. 42. & si per fata cælestia, ut textum Euangelii, decalogum, Symbolum Apostolorum fideles infideliū, uenen per ipsos superstitionum, & paradoxorū Papalium ueritas extruduntur, populoq; persuadentur ceteris sua xxvnia satis cælestibus admisceri, & Bileam Israelitarum cum Moabitibus fornicari docet.] Sed suo gladio se confodiunt, nam si ex testimonio Vniuersitatis accepimus Scripturam, symbolum, &c. cur ea dogmata, quæ suo palato non congruunt habent, ut accidentarios errores? cum (ex iisdem) ex tota vniuersitate non delinamur argumentum, cum non totam terram occupent? Ipse Nicolaus audiatur pag. 93. sic dicens. *Item ut uera primi capituli contrabamus, p̄ locuras non parum de certitudine Christiana Religionis confirmabuntur. Si recordatione eorum, quæ hactenus allata sunt, diligenter persiderunt, quom̄ tonus fuerit Regni, & Ecclesie Christi initium, quamq; miraculosa propagatio eius insecutus, & quam hac nunc amplitudine, omnium Imperiorum amplitudinem, omnes fines, & omnes terminos transcendant. Si ex amplitudine Regni Christi, quod est Catholica Ecclesia, ostenditur nota uera Ecclesie, non pertinebit ad errores accidentarios, quod ad substantiam articulorum, & dogmatum pertinet, & omnia sunt substantialia, nulla adiphora, quæ sub fidem cadunt. In tota Asia, Africa, America nullam concentriculum Protestantium intusur, nec in Europe maiori tractu, quæ ex quatuor mundi partibus longè minima est, uel unum aliquod tempus inspicitur. Solum in lateribus Aquilonis latitat religio, uel facta Protestantū, & Anglicanarū Ecclesia, nisi in Anglia radices fixit; soli enim affectum uocari sic cephalic. & quæuis alia secta cum amplitudine, & dilatatione Ecclesie Romanae, inuenitur minor; & quod minus est, & ponderant Augustinus ad**

de Civit. cap. & circumstrepentibus diuersis sectis Catholicam Religionem, mirum est quam calido iniquitate exagitatos, & considerari diligentius & intelligi claris, & instantius praestari.

6 Illud quoque admirandum, quod in dies Catholica fides in Americanis regionibus dilataretur, & crederet, & dilatabat Ecclesiae territoria, & ostium Euangelij aperitur Gentibus, quae nihil de Chrillē audierunt. Sed ut videtur Centuriones fatentur contra in Epist. dedicatoria, *Cum iam mundus ad occasum, ruinamq; inclinet, ac vox Euangelij videatur in Septentrionales regiones proficisci, & velut in exitum peli, &c.* nec vltimum testimonium ab Apostolis, & superintendendibus totius Orbis Praeiacentibus sibi vindicare possunt, nec ab aliorum Symonistarum sectis accipere testimonium, cum non sic conueniens testimonium illorum; Nam si Protestantes, per se essent secum conspirare Calvinistas, Gallia, ut in plurimum Lutheranos nouitates exuffaret. In ipsamet Germania secundum quorum Civitatum liberarum, sunt confessiones ipsorum, vnde argumento Vniuersitatis destituta passim iacent sectae, patrocinio eiusdem Vniuersitatis carētes, ut nō possit illo modo probari puritas doctrinae ipsorum; sicut ob eam Vniuersitatem Ecclesia Catholica habens, luce Solis clariorem hanc notam, quod per omnes gentes diffusa, non alibi oportet querere, ubi sit Ecclesia, cum in Solo posuerit tabernaculum suū, & nullibi veritas dogmatum reperiri possit, nisi in Civitate Dei nobis, & in monte sancto eius.



C A P V T III.

In ipsa Vniuersitate PP. & DD. consensio
conspirans, eandem doctrinā attestatur.



Veni iam solatium PP. ubi praedictum
genitorum, si filios senserint patricidas?
(clamabat Chrysothomus tom. 5. Hom.
de Absalon) aut quando externa tula-
sum, si domestica nobis obfistunt? Be-
stiae, & mutae pecudes pietatis iura cō-
seruant, & quibus natura denegas ra-
tionem, non tamen denegas pietatem.
Innocentem perimere nefas est, patrem
occidere, scelus, Prophetam iugulare, fa-
cinus inauditum, & ante hoc tempus mortalibus cunctis ignotum] & e-
idem: perdidit Absolon sceleratissimum, perdidit sensum, amisit con-
fessionem infectatus patrem, fugat innocentem, insequitur genitorem, po-
testatem accipit, Regnum inuadit, non ut eum Patre spoliaret, Re-
gni iniret, sed ut totum Regnum sanguine patris possideret] Et quid
praetendit Elucidista nisi lingua, & calamo patres Ecclesiae in multis
infectari; quid mirum si videatur eos voto interficere, quando, & om-
nium parentem Christum Dominum ausus est exenterare, liene, vesti-
ca fellis, sua sententia detractis, ac si his conuulsis natura humana inte-
gra posset consistere?

2 Ergo ne ad vindictam non debebat canis assurgere, qui pro Pa-
tribus iniuriam vicisceretur, eamque audaciam vindicaret, ut ex defen-
sione naturae, & pietatis ab iniuria defenderentur, & velut inauditum
scelus patricidarum profligaretur.

Narrat Plutharchus dialogo de comparatione terrestrium animan-
tium, quod cum Pyrrus Rex interficeret, in canem interfecti hominis
cadauer custodientem incurrit: agnouit eundem impastum triduo
permanfisse, nec à corpore occiso diuelli potuisse, humani cadauer ius-
sit cane secum adducto: paucis post diebus inter milites, qui Regem
seruabant, eumque comitabantur, adfuit, & canis, qui cum Domini
occisores praetereuntes intuitus esset, latratu praenitito, in illos insilijt.
ea res Regi Pyrrho, & satellitio non leuem homicidij suspicionem
aggenerauit; quare illis comprehensus, & facinus confessis vltimi sup-
pli-

plurij pœna illata est. *Canes* dicebat Hieronymus 3. contra Ruffin. *Latrant pro Dominis suis, & tu non vis me latrare pro Christo?* At Gregorio Nazianzeno Heron eo titulo celebratus, videlicet. *Dog mesticos mulcet, externos latrando in seclis.* Rectè Prædicatoribus obijceretur si insurgentibus furibus, & eiusmodi patricidis, & fofforibus murorum Ecclesie, tacerent: *Canes muti non valentes latrare;* cum ad detegendas eiusmodi personas in Ecclesia sint collocati, & ut dicitur in decreto dist. 43. & capitulo *Sit Rector*, indiscretum silentiis, *incurrunt improbi Rectores, humanam amittere gratiam formidantes; loqui libere recta permissescunt, & iustam veritatis vocem nequaquam iâ gregis custodiæ pastoris studio, sed mercenariorum vitæ deseruiunt, quia deueniente Lupo, fugiunt, dum se sub silentio abscondunt, hinc namq; eos per Prophetas Dominus increpat dicens: canes muti non valentes latrare]* Interim hostis adoritur gregem, rapit oues, & venit ut perdat, & mactet, audent enim etiam, & in Pastores insurgere.

3 Rectorum ergo, & Magistrorum hoc præcipuum munus est in hostes eiusmodi adlatrare, & irruentes in parentes dilaniare, atque discerpere: unde S. Cyprianus Ep. 10. dicebat. *Sed cum quorundam immoderata, & abrupta præsumptio temeritate sua plebis uniuersæ tranquillitatem turbare conetur, tacere ultra non oportet, ne ad periculum plebis pariter, & nostrum, taciturnitas nimia procedat.*

Et rursus Gregorius eodem capite sic rector dist. 43. sic dicit. *Hinc rursus queritur: non ascendistis ex aduerso, neq; opposuistis murum pro domo Israel, &c. Ex aduerso quippe ascendere, & pro defensione gregis voce libera huius mundi potestatibus, de iustitiæ amore resistere; Pastorem enim rectè timuisse, quid est aliud, quam tacendo terga præbuisse? quia nimirum dum pro grege se obicit, murum pro domo Israel se opponit. & ibidem Gloss. dicit, quod tacens, & timens fugere dicitur. item Hom. 83. d. c. error & c. 5. consentire videtur erranti, qui ad quæ corrigi debent non occurrat. Legatur c. plane 23. vbi Gloss. de Rectoribus præcipuè inculcat, quod debent habere in ore suo redargutiones, unde ista illi necessaria sunt, ut malis non societur ex sua consensione taciturnitatis, ut mala non faciant, non faciant, sed redarguant.*

Hinc merito S. Cælestinus Papa Ep. 1. quosdã Gallicanos Pastores, & Rectores arguebat, quia Massilienses non redarguebant, qui in Patres præcipue Augustinum insurgebant. *Timeo ne conuincere sis hoc tacere, timeo ne magis ipsi loquantur, qui permittunt illos saliter loqui, in talibus casibus non caret suspitione taciturnitas, quia occurreret veritas, si falsitas displiceret.* Et multo potius Cyp. Ep. ad Demetrianum. *Tacere ultra non oportet, ne iam non verecundie, sed diffiden-*

sia esse incipiat, quod tacemus, & dum criminaciones falsas conuenimus refutare, videamur crimen agnoscere, nec aduersarios retundere ualeamus, propterea nulla mora interponenda, ut citius huic malo occurratur; dicente Basil. oraz. de odio, & inuidia. Cum multi silentio nostro ad maledictorum corroboracionem abutantur, nos existimant ad tolerantiam nos silere, sed quod satis non sint eos deducere ad ueritatem, eam ob causam adhortor uestram dilectionem, ne ea probare, quae ex una parte manant, ac si uera essent, suscipiatis. Quoniam si scandalum patipitur passibile tacentibus, & conuenientibus Patribas, putabunt enim ex hoc ueritatem a partibus eorum stare, ut dicebat Nazianz. Vnde Arnobius ad praecidendum hoc malum, ne ex taciturnitate doctrina Christianorum uicta putaretur, obiiicientibus, & non respondentibus Pastoribus, hoc motiuo ad respondendum se inflammat. Ne (dicebat libro contra Gentiles) aut illi sibi uideantur populariter uerba, dum depromant magnum aliquid dicere, aut si non talibus continerentur, ut a istibus, obtinuisse causam putent suo uicio uictam, non assertorum destitutam silentio.

Ergo aduersus consensionem Patrum acies dirigentes, hanc quoque aduersus illos S. Vincentii Lerinensis lib. contra Proph. nouit. c. 4. dirigenda praescriptio. Consensionem Patrum sequemur, si in ipsa uetustate omnium, uel certe pene omnium Sacerdotum pariter, & Magistrorum definitiones, sententiasque sceleremur. Si ergo antiquitas, uel Uniuersitas argumenta non suppeditaret, ad concordem Beatissimorum Patrum sensum, atque consensum confugere oporteret.

4 Sed quibus conditionibus, & legibus hanc consensionem accipere debeamus, ex eodem Vincentio ediscere oportet c. 39. Quibus, ait, hac lege credendum. ut quicquid, uel omnes, uel plures uno, eademque sensu, manifeste frequenter, perseueranter, uelut quodam consensu te sibi Magistrorum Consilio accipiendo, tenendo, tradendo firmauerunt, id pro indubitato certo, ratioque habeatur. Ratio huius est, nam hic sensus cordis Ecclesiae imaginem exprimit, in quo primò Ecclesiae fides sita est, & exinde ad scripta, & interpretationes derinatur, unde sicut B. Virgo uerba Pastorum, quae dicebantur de Christo, conferebat cum corde suo; ita ad animatam fidem Ecclesia reuoluens, quaecumque uerba, & doctrinae, quae proferuntur, ad hunc sensum refert, ut si non consonent repudiet; si autem cum eisdem affinia sunt, admittat; unde S. Augustinus 3. de peccat. meritis, & remiss. cum nouitas Pelagij reuindenda esset, ad concordem Patrum sententiam recurrit dicens. Haec non ideo commemorauimus, quasi disputatorum quorumlibet sententias tanquam canonicam auctoritatem nitamur; sed ut appareat ab initio usque ad praesens tempus, quo ista nouitas orta est, hanc de originali peccato apud Ecclesiam factam tanta constantia custoditam. Amata

mata erat fides Ecclesie ipsius sensus, qui in concordia Patrum sensu elucebat.

Accedit concordiam Patrum, qui aliis in alijs materijs fortissime dimicant, & in contrarias sententias scindi solent, non nisi virtutem illius attestari, qui facit concordiam in sublimibus, qui loco, & tempore distanti, tam in eodem dogmate, & sensu conspirant. id quod elegantissime Magnus Gregorius observavit lib. 29. Moral. c. 15. assimilatos docens Doctores, & Patres Stellis Pleiadibus, qui diuersis temporibus, & scribis apparentes, tandem in dogmate coniunguntur, quæ inquit, *solius diuina virtutis est, & diuisis temporibus missos in fidei prædicatione conuincere, ex dissimilibus virtutibus prædictor, fulgore intentioris, & doctrine unire.*

5. Modus autem quemodo consentiant attendendus est, ut quicquid accipiendo, tenendo, tradendo, firmando, posterius edocuerit, proindebitate accipiendum sit, siue id in actu signato, siue in actu exercicio appareat: accipiendo cum nouimus, non quæ ipsi ex suo Marte, sed quæ acceptum est, ab ijs edoceri. Vnde Basil. *Fidem autem nostram, neque recentiorum, neque ab alijs conscriptam acceptamus, neque ipsi mentis nostræ factus alijs obtrudere audeamus, ne humana potentia pietatis uerba, sed ea, quæ à SS. Patribus edocti sumus, & rogantibus nos a stantiis. particula tenendo, renouatam, & catholicam patrum dogmatum figuram, unde Clerus Constantinopolitanus ad synodum Ephes. scribebat. *Immo ab inculte aetate in orthodoxia educati, orthodoxæ quoque dogmate probe spoliato, toti in hac sumus, et SS. Patrum traditionem inuincibilem seruamus.* Amplius tradendo, & firmando, alia particula est dogmatis, quod de traditione descendat. Vnde quæcumque, vel obiter, & in transeursu, & postfunctione scripta reperitur à Patribus, non potest sumi efficax argumentum: similiter, quæ contentiosè, & non dogmaticè profertur. Plura dicebat Hieronymus in Apol. contra Iouin. sunt genera dicendi. *Et aliud est Gymnasticos scribere, aliud dogmaticos; aliud est querere, aliud definire; & multa exempla eiusmodi tradit. Iterum videndum, an sint dicta ex proprio sensu, vel aliorum; unde S. Athanas. libello de decretis Nic. fidei in aliquibus Origenem vindicabat, quod disputandi gratia scripsit ea, non quasi ipsius hæretici uerba, aut quasi ipse ita sentiat; sed eorum, qui contentiosius cum eo disputarunt, accipienda sunt: post illa ergo, quæ certandi gratia, quasi in palestra, aduersus hæreticos adixerat, statim ista, quæ propria ipsius, subiungit.**

6. Catholice ergo Ecclesie triumphus, constans Patrum consensus in publico dogmate, hoc uelut unanimes consensus Scripturæ sunt, depositæ, traditiones obfirmatæ, Conciliares definitiones et obfirmatæ, nuntiatæ, et pleræque, cui tanta moles Ecclesie uelut hæreditariæ patetæ in-

nititur; ut illa sublata, (quod maximè hæretici cupiunt) totum orthodoxæ ædificium corruat, necesse est. Quare absolute pronunciare, ut nonnulli fecerunt, infirmum esse locum ductum ex consensione Patrum, vel Patribus esse modernos sapientiores, est materiam ridendi hæreticis ministrare, quod maximè cauere debet Orthodoxus. Vndè Iacobus Laurentius prædicans Nerdenis in censura admonitionis Sædeanæ impressa Amsterodami 1620. c. 5. de Hypochrissi Cath. pag. 12. l. 3. ubi retulisset Sandei encomia de PP. dicendo; *quid nos etiam si non cecutiamus ad illos Orbis Soles? quid nos homuli ad illos Deos proximos? Nos parvuli, & nani ad Gigantes? quid locusta ad Lucas boues?* Sic illud, quòd & si fingant nostrorum aliqui in Patres reuerentiam, non essent, inquit, alij, qui *Pigmeos Gigantum humeris impositos plusquam Gigantes ipsos videre, & ut dicebat Salmeron ad Rom. disp. 51. §. 3. qui iuniores eò perspicaciores esse Doctores, ut Arist. dixerit, per incrementa temporum perfectiores esse artes, & disciplinas.* Vndè nasutus Nouans exclamat postea; *Vbi nunc Sædea tua illa antiquis PP. tributa laus, & de vobis, & vestris DD. prædicata humilitas? d' laudatorem constantem! modo illi cum insigni laude Soles, vos ne lucerna quidem, & parum minus quàm cæci, vos homuli, illi Deo proximi, & quasi prorsus diuisi Vos pueruli, & nani, illi Gigantes, vos locusta, illi boues, iam vero vos videtis plusquàm illi Gigantes, veteribus multis estis acutiores, & perspicaciores antiquis illis, magnisq; PP. & DD. merito annumerandi. Nempe laudatis immodicè si impotentibus vestris cupiditatibus, heterododascaliis videntur fauere, vituperatis immodicè si stultis deliriis, ac venenatis vestris dogmatibus salutare manu medicam videantur velle adhibere. Quando vobis placent PP. esse cognoscitis viros magnos, grauissimos, doctissimos, Sanctissimos fuisse superlatiue prædicatis, si displicent, nulli sunt, & postea simulatione, à subdola reuerentia ad contemptum eorum profilitis.*

7 Sed calumniam Nouatoris retundimus, tunc enim ad Patrum consensionem, ut ad firmissimam anchoram confugimus, quando eorditer tradendo; firmando, ut diximus Ecclesiæ consensum exprimunt, tunc enim ex eodem Lerinesi c. 4. hos Patres in Ecclesia Dei diuinitus. *per tempora, & loca dispensator quisquis in sensu catholici dogmatis vnum aliquid sentientis contempserit, non hominem contemnit, sed Deum à quorum veridica unitate (vide consensionem) ne quis discrepet, impensus obstat ut idem Apostolus.*

8 Vndè cum Patres particularia proferunt, & suum particularem sensum expriment, etiam si laberentur in illo, nullum afferunt communi sensui Ecclesiæ præiudicium. Hier. Ep. ad Pammach. & Ctesiphontem. Rursus etiam si plures asserant, quod ad dogmata fidei non per-

pertinent, nō præstant firmam argumentum, vide Augustinū 1. contra Iul. c. 2. Amplius, cum non de grauibus rebus; sed de diuinæ legiſtæ queſtiunculis differunt, non tanta eſt authoritas, vt non liceat Orthodoxis contra ſentire. Aug. Ep. 111. & de pecc. orig. cōtra Iul. cap. 13. Hieron. Apol. aduerſ. Ruſſ. Lerin. c. 39. vel cum de re non neceſſaria, etiamſi ex multorū ſententia diſcurratur, vel ex opinione vulgari proceditur, vt de multis exemplificat S. Th. in Opulc. de ſex art. vt an. ſtella, quæ apparuit magis, repræſentare figuram crucis, uel an Adam ſepultus ſit in Caluario 3. p. q. 47. a. 10. quod ſi multi veterum id affirmarint, ea ſententia vocatur *favorabilis; malicens auris populi, non tamen vera*. Ceterum cum, in ſirma, & clara ſententia exprimento ſenſum Eccleſiæ conueniunt, vel in materia dogmatica, & illi aſſini, ſiue in actu exercito, ſiue ſignato; nullus orthodoxus audebit refragari. Data enim ſemel hac licentia, mox locus dabitur Conciliorum decreta inſirmandi; nam ſenſum Eccleſiæ ad Patres, Patrum ad Apoſtolos refundunt orthodoxi; vnde in fine Conciliorum acclamatur: *hec eſt fides Patrum; hac fides Apoſtolorum*. Sint inſinici noſtri de hac Patrum conſenſione Iudices; nam cum Caluinistæ contra Trinitarios diſceptarent in Concil. Petrocouienſi, Patres in medium proferēbant, & ſtringētes eos, vt dogmata reciperēt, quæ in materia Trinitatis PP. edocebant, vtpatet ex conſiſtu 2. & in diſput. Albæ Iul. act. 8. & contra Tricheitas, vexillum erexere. Eodem modo inſurrexerunt Anglo-caluinistæ (ex Vuigiſto contra Cartoreuitum) contra Puritanos, iudicia Patrum reſpuentes, Miniſtelli Geneuēſes cum Caluino in examine impietatis Valentini gentiliſ, ex conſenſione Patrum teſtimonia eorundem vrgebant. Diligenter ergo pro cuiuſmodi conſenſu Patrum, conſenſionē eorundem magnificere debemus, quam paſſim ſocci pēdunt, & extenuant; ſe enim dicebat S. Hil. lib. de ſynodis contra Arian. Patrum conſenſioni nihil deferentes: *Ne damnemus Patres, ne animemus hæreticos; ne dum hæreſim expellimus, hæreſim nutriamus*.

9 Sed quoniam ex theſi procedebat Nerdenſis Prædicans ad ſigilandum orthodoxos quosdam; quod in materia conceptionis Mariae defendentes piam ſententiam, quaſi Patrum chorum abijcerent, (diligenter ſi definiſſetur hæc queſtio) perpenderetur prius quid à Patrum calamo profectum ſit pro hac, vel illa ſententia definienda; mox quomodo pro hac illa ſententia aſſertum ſit pro alterutra parte, ponderando, an tradendo, firmando, certō, perſeueranter: & vbi ex conciliari diſcuſſione, collatione, vel Pontificis conſultatione conſtituerit; ſecundum regulas Lerinenſis, ad eſſe conſenſionem Patrum certā, perſeuerantem; & huiuſmodi; ad definitionem procedi poſſet. nunquā tamen ponetur in eſſe: quod ſi pro hac; vel illa ſententia ſtet Patrum

H

cho-

chorus, & firma consensus stare, contrarium ab Ecclesia definitur. Nec enim aliunde ad definitiones processit Ecclesia, nisi ex Scripturis, Traditione, Patrum unanimi consensu, quo titulo Lerinenſis Ephesiſinam ſynodum commendauit, quod *decem Patrum consensu, velus sacro numero decalogi, vñientia, illos habendo, ut Patres, Magistros testes, Iudices, satiffimè de regulis fidei pronunciauit*. Sed Elucidata in 4. lib. tract. 4. §. *quare nuper*, magis plurium seniorum Prouinciæ sēſui credi voluit, quam quæ ex octo, vel decem Patrum numero orti confusuit. An hæc est ephesiſini Concilij imitatio? hoc potius. Patrum authoritatem est infirmare, quam velle recipere, sed iam plenius id confutauimus tom. 3. pag. 237. de præſcriptione.

C A P V T I V.

Quartus Character orthodoxæ doctrinæ, si fuerit Apostolicæ Sedis calculo comprobata.



Ab initio nascentis Ecclesiæ uulla vnquæ doctrina pro orthodoxa haberi potuit, nisi Apostolico Pifactoris calculo signata prædiſſet. S. Paulus tantæ gratiæ dono præditus est, ut quamuis non ab hominibus, neque per homines, sed per Iesum Christum acceperit Euāgelium, & ab ipso Apostolus fuerit factus, & Diuina Sapiencia instructus; nihilominus ad magisterium Petri venit non obiter, & per-transennam, sed per plures dies apud eum, velut in schola mansit. *Veni*, dicebat, *Hierosolymam videre Petrum, & mansi apud eum diebus quindeſim, & ut dixit S. Maximus per mylicum hebdoadis, & octoadis numerum veteris testamenti simul, & noui didicit Sacramentum*. Idemque post annum 14. ascendit iterum Hierosolymam (ut ponderauit Hier. Ep. ad Aug. quæ incipit. *Simul tres Epistolas*) & contulit Euāgelium cum

eum Petro, & qui cum eo erant, & videbantur columna esse: ascendi (ait) secundum revelationem, & exposui eis Euangelium, quod predico in gentibus ostendens non habuisse securitatem Evangelij predicandi, nisi Petri, & qui cum eo erant sententia roboratus fuisset, statimque sequitur: seorsum autem his, qui videbantur aliquid esse, ne forte in vacuum currerem, aut ecurrissem. Ante Hieronymum idem ponderavit Tertull. 4. contra Marcion. c. 2. siquidem (ait) propterea Hierosolimam ascendit ad cognoscendos Apostolos, & consultantior, ne forte in vacuum ecurrisset, id est, ne non secundum illas credidisset, & non secundum illos euangelizaret. Denique ut cum auctoribus contulit, & conuenit de fidei regula, dexteras misceret, & exinde officia predicandi distinxerunt, ut illi in Iudeos, Paulus in Iudeos, & Nationes. Igitur, concludit Tertul. Si ipse illuminator Lucę auctoritate antecessorū, & fidei, & pdicationi optauit; quanto magis eā Euangelio Lucae exposuisti, q̄ Euangelio Magistri eius fuit necessaria. hoc eodem argumento vltus est Theodoretus Epistola ad Leonem Papam. Si Paulus Predicator veritatis. Spiritus S. Buccina ad Petrum accurrit, ut qui Antiochia de uiuendo secundum legem Moysi disceptabant, quaestione expeditam, & solutam ab eo ferrent; multa magis nos, qui pusilli sumus ad solium Apostolicum accurrimus, ut a vobis medicinam vulneribus nostris feramus. Nec solum Lucae, sed & Marci Euangelium eguit (quoad nos) Piscatoris calculo, verę doctrinę obsignatio: dicente Hieronymo lib. de viris illust. c. 8. Marcus Discipulus, & interpret Petri, iuxta quod Petrum audierat referentem, rogatur Roma a Fratribus, breue scripsit Euangelium, quod cum Petro legisset, approbavit, & Ecclesię legendum sua auctoritate tradidit: Eius obsignationis necessitate Maximus tetigisse videtur, dum dicebat: tanta dignitas; & sapientia vtrū non ab alio mysterij Cęlestis arcana requirere, nisi ab eo potissimum, quem non potuit caro, & sanguis insinuare, sed cui Dominus ipse sua decreta dignatus est aperire: Beatus et Simon Baryona; quia caro, & sanguis non reuelauit tibi, sed Pater meus, qui in Cęlis est. Hunc enim præ ceteris mortalibus de toto Orbe conditor Orbis elegit, cui cathedram magistrę principaliter possidendam tenere perpetuo privilegij iure concessit, ut quisquis diuinam aliquod, aut profanum nosse desiderat, ad huius præceptionis oraculum, doctrinamque recurrat, nec illi humiliter afferre, quod soluendum est, erubescat, & si ipse, quod quęritur non ignorat.

2 Potest autem accidere, quod in doctrina Theologica doctor sit ille, cuius opera pbantur, quam sit probatoris doctrinę; sed in probatione non metimur res ex ingenio, sed auctoritate, & potestate; duplex namque; si potest discussio alicuius doctrinę ex Turrecrem. lib. 2. de

Eccles. cap. 107. vno modo inquisitione, alio modo authoritatiue; Inquisitione si fiat ex aliquo habitu, vel ingenio, authoritatiue ex potestate, vt ita doctrina aliqua examinetur, vt non liceat alicui oppositum tenere; seu quod in idem recidit, per modum disputationis, & per modum determinationis; per modum disputationis, perquirendo, quis sit intellectus alicuius doctrinae, vel scripturae; per modum determinationis, vt talis doctrina recipiatur consona fidei, vel vt habeatur in regula fidei, vel probetur in genere tanquam sana doctrina, & vt conducat ad fidei defensionem. Primo modo potest esse excessus in Doctores, qui probatur, & recipitur in Ecclesia; at secundo modo, omnis doctor, qui probationem accipit, & recognoscit in doctrina firmitatem, & robur, & falces submitit probatori. sic Athanasij Symbolum, vel Epistola Leonis ad Flavianum, vsque ad minimum iota, vel Doctores illi recepti à Gelasio in cap. 5. Rom. Eccles. vt Doctores recipiantur, & Magistri probabiles in Ecclesia, in plurimum inoffenso pede decurrentes.

3 Viguit autem hæc praxis in Ecclesia, cum enim non ad temporis talis facultas Petro, & successoribus communicata sit probandi doctrinas, semper oportet recursum habere ad Petrum quencunque, qui desiderat suæ doctrinae probationem: vnde eleganter Basil. ad Sabiniū Diaconū de Papa scribebat, re vera dignū est excellentissima voce, quæ te Beatum prædicauit, quod pietati tua donatum à Domino est, scilicet, vt quod adulterinum est à puro, & legitimo discernas, ac fidem Patrum, sine subtractione vlla prædices.

S. Augustinus ingeniorum flos lib. 2. contra duas Epistolas Pelagianorum. *Hæc ergo, quæ in istis, vt dixi, duabus Epistolis eorum, ista disputatione respondet, ad tuam patissimum dirigo sanctitatem, non tam discenda, quæ examinauda; vbi si forte aliquid displiceat, emendanda constitui.*

S. Hieronymus ad Damasum, & refertur 24. q. 1. *Hæc est fides Beatissimi Papa, quam in Catholica Ecclesia didicimus, quamque semper tenuimus; in qua si minus perit, aut parum cautè aliquid positum est, emendari cupimus à te, qui Petri sedem tenes, & fidem. Si autem hæc nostra confessio, Apostolatus tui iudicio comprobatur, qui canq; me culpæ aduersit, se imperitum, aut maleuolum, vel etiam non catholicum, non me hæreticum improbat.*

Rufinus eadem sermè verba vsurpat, in expositione Symboli apud Hieronymum. *Si quid parum cautè positum est, emendari cupimus à te, qui Petri fidem tenes, & sedem.*

Bonifacius Martyr ad Steph. Pap. apud Naucler. generat. 26. vt Familiaritatem, & unitatem Sanctæ Sedis Apostolicæ à vestra Clementia habere merear, & in discipulatu pietatis vestra, Sedi

postolica assistendo, seruus vester fidelis, & deuotus permanere possum; si minus peritè aliquid, aut iniustum à me factum, vel dictum reperitur, iudicio R. E. prompta voluntate, & humilitate emendatum me spondeo.

Anselmus Cantuariensis opusculum quoddam Urbano II. dicatum offert, vt eius prudentia examinetur, vnde sic dicit. *Quapropter si cui nulli dignius possim, ita nulli libentius presentem Epistolam, quàm vestrae desino sapientiae; quatenus si quid in ea corrigendum est, vestra censura castigetur, & quod regula, veritatis auctoritate roboretur.*

S. Ber. in quæst. de Conceptione B. Virginis epist. ad Canon. Lugdunenses, quicquid expresserat, & senserat, iudicio Roman. Ecclesiae subiecit, dicens. *Qua autem dixi, absq; præiudicio sanè dicta sunt, sanius sapientis, Rom. præsertim Ecclesiae auctoritati, atq; exanimè totum hoc, scilicet, & cætera, quæ eiusmodi sunt vniuersa referuo, ipsius, si quid aliter sapio, paratus iudicio emendare.*

Petrus Damianus opusc. 5. de actibus Mediolanen. s. penitentiæ Clericorum. *Nos siquid errauimus, ad Petri Adagistenium corrigendè libenter accedimus, & retractationis opprobrium non veremur; hoc est enim, illa officina fabrilis, cui admirum is, qui fabri discipulus filius, præsidet: ad cuius regulam omnis merito moneta reducitur, ad cuius rectitudinis lineam, quisquid vsquam deprauatum fuerit, reformatur.*

S. Thomas Aquinas in Ep. Cathenæ anteq. ad Urbanū IV. sic dicit. *Suscipiat V. S. presens opus vestra discutendum, corrigendumq; iudicio, vestra sollicitudinis, obediencie mee fructum; vt dum id vobis emanauit præceptum, & vobis referretur finale iudicium; ad locum vnde exiit flumina, reuertantur.*

Ipsi etiam hæretici ne damnari iustè eorum scripta viderentur, probationem expetebant Romani Põtificis. præstitit id Celestius Pelagianus, qui Romani Pontificis approbationem expetebat apud Aug. lib. 2. contra Pel. & Celest. c. 22. vbi enim Symbolum Apostolorum in libello, quem Romæ edidit explicasset, subdit. *Si quæ vero præter fidè quæstiones nata sunt (de quibus esset inter pleròq; contentio) erant quæstiones de gratia, quas putabat ad fidem non pertinere non ideo quia si auctor alicuius dogmatis definita hoc auctoritate statui (vide vtriciem ne ipse auctor deprehenderetur, & errans non criminaliter, sed ciuilitè extimaretur) Sed ea, quæ de Prophetarum, & Apostolorum fonte suscepi, vestri Apostolatus offerimus probanda esse iudicio, vt si forte, vt hominibus quibusdam ignorantie error obreperis, vestra scientia corrigatur. Existimabat ergo Pontifici probanda opuscula, referuari, licet ex vafricie adiuncta, vt si corrigendus esset, error non*

hæretis extimaretur, & errans, non hæreticus iudicaretur.

Antiquior Pelagiano Origenes ex Euseb. 6. Hist. c. 28. & 29. venerationem fidei suæ exponeret temporibus Philippi Imperatoris, secundo accessit ad Fabianum Pontificem, & fidei professionem à se conscriptam, illius Supremi Antistitis censuræ subiecit; Dionysio Alexandrino Episcopo potissimum perurgente.

Ad moderniora exempla profilio. Lutherus in appellat. i. ad Leonem X. *Adhuc fateor solummodo me disputasse, & omnia sub pedibus S. D. N. Leonis X. subiecisse, ut occidas, unifices, iustifices, reprobet, approbet, sicut placuerit, & vocem eius vocem Christi in ipso præstidit agnoscam.* Similiter dixit in Comitibus Augustanis 1518. & in resolutionibus aliarum propositionum 1519. & in resolutionibus de indulgent. concl. 69. vbi Papæ auctoritati se submittit, & contrarium pro non dicto haberi vult.

56 Ergo inimici nostri sunt iudices, qui sua scripta pro non scriptis haberi volunt, si auctoritas Romani Pontificis non interueniat probantis, quæ probanda sunt, & reprobantis, quæ damnationem mereantur; vnde concluditur cum Nicolao Papa dist. 19. *Si Romanorum Pontificum de cetero cæterorum opuscula tractatorum approbantur, vel reprobantur, ita quod verò Sedes Apostolica approbavit, hoc tenetur acceptum, & quod illa reprobavit, inefficax habeatur;* vbi Gloss. argumentum, quod approbat, vel reprobat, & nos approbare, vel reprobare debemus 24. q. 1. *hac est fides* 35. q. 9. veniam. vide Turresemant. loc. cit.

¶ Sciendum tamen est, quod solus hæreticus lucifuga throni Apostolici, timens reprobationem, fingit se optare approbationem, quam orthodoxus sincere exquirat ad lucem pergens, ne arguantur opera eius. Viderit Elucidista, qui bis reiectus ab Apostolico Throno, suas opellas iniuste fuisse reiectas conquestus est, vt postea diceretur, quid tibi quia hæc doctrinæ nullum adscribit authorem nisi se ipsam, quam non hauerit nouum titulum Elucidarij affigere, cui nefas non visum est ipsa Christi, & Mariæ corpora exeterare, contendens suum opus esse sublime, vbiq; erigens frontem, multam auadaciam præferens, de nominatæ tituli, & fidei, quam sibi ex nouella intelligentia debere reponit. Sed inanis conatus est nolle obsignatione vera doctrine agnoscere ab anulo Piscatoris, & illa obsignatione destituta, authenticas velle proclamare: *Inuidit credo hic Patri Deus, vt in tempora Poëtae* (vt cum Hil. lib. 6: de Trinic. discursu) suis scriptis, & prædicationibus referuaret. *Sit sanè fides alia, si alia est auct. Regni Cælorum sunt hæc fides alia, si Ecclesia alia est futura, aduersus quam porta inferi non præualebunt: sit fides alia, si erit alia Apostolatus ligata, & soluta per se in terris ligans in Cælo, ut que soluta: & sit fides alia, si pro-*

ba.

hæc Piscatoris, scriptis quæ approbat, non præstat auctoritatē, uel prædammationem, & emendationem librorum non detrahit illis (quæ putat humana sapientia tribuere) auctoritatem. Nunc uero quia illibata est, & orthodoxa fides, quæ ab initio decurrit, ut nullum opus sit orthodoxum, nisi calculo Pontificis Romani probetur; euidenter sequitur eam doctrinam, orthodoxiam spirare, quæ Petri successoris approbatur iudicio; illam uerò etherodoxam, quæ uel probationem spernit, uel damnationi, uel reprobationi contradicit, uel titulo præscriptam doctrinā adhuc defendere conatur, & ut dicitur [cantar mal y portiar.]

C A P I T U L U M V.

Quintus Character. Decretis Conciliorum probata doctrina, notam exhibet eiusdem doctrinæ irrefragabilem.



Rthodoxiz signum deserunt Patres, & Doctores Ecclesiæ, cum eorum Opuscula, tacito, uel expresso consensu recipiuntur in Concilijs, atque probantur. Approbatio nihil aliud importat, nisi iudicium quo aliquod opus tanquā minimè deuians, uel dissonans à regula reperitur, & magis approbatio re firmatur, cum iisdem à se probatis operibus, in sua facultate quis utitur. Hoc modo reperimus probatos Doctores receptos in Ecclesiâ; primo modo, cum eorum opuscula, ut minimè dissonantia à fide comendantur, & recipienda mandantur. Sic in cap. 5. Rom. Eccl. in Concil. Rom. sub Gelasio, qui sunt probati in doctrina Doctores decernitur, sicut è cōuario illa opuscula, ut pleudygrapha, uel apochrypha recēsentur, quæ exulsantur, & cum illis eorandem authores: perbellè enim ex cap. fraternitatis scribebat Gregorius Anastasio Antiocheno, cum Calixtus, atque Pelagius in Ephesina Synodo sunt damnati; quomodo po-

terunt illa capitula recipi, quorum damnantur auctores? Sicut ergo hoc signum est doctrinæ orthodoxæ ipsorum, scilicet, damnatio, atque proscriptio; ita è contra, signum orthodoxæ doctrinæ est opusculorum commendatio, atque probatio, quæ in œcumenicis etiam Concilijs fieri solet. Secundo modo fit probatio cum ipsdem approbatis autoribus, ipsorum testimonia citantur, vel ipsdem Patres vtuntur. Id in Concil. Nicen. præstiterunt Episcopi, dicente S. Athanasio ep. ad Afros. *Episcopi non sibi met ipsos adiuuantes verba, sed habentes ea à Patribus testimonia conscripserunt*, in Concil. Ephesino (ex Capreolo Episcopo epist. ad Synodum Ephelinam) assertum est sententij Patrum, *decurrentem veritatem ab initio tenendam, & demonstrandam*, vnde Patres id confessi, ad defensionem se accingentes in epist. ad Nestor. dixerunt, *sequentes omnium SS. Patrum confessiones, & profitemur &c.* In Chalcedonensi ac. 4. dicitur, *Sequentes SS. Patres edocemur, & act. 5. de suis definitionibus loquens dicitur. Hæc est fides Patrum, &c.*

In 6. Synodo generali dicitur: *Omnino negasse est non solum secundum sensum sequi SS. Patrum dogmata, sed & eisdem vocibus vti cum illis, nihilque penitus innovari.* contra vero est cacodoxiæ signum, superfluas voces vsurpare, *superfluas autem vocum nouitates, & eorum inueteros proci ab Ecclesiasticis septis abijcimus;* & in eodem Concil. est epist. Leonis Papæ ad Constantinum Augustum, vbi Papa præter priora Concil. 6. Concilium probat, & pari veneratione dignum habet, & addit, *& qui in eo conuenerunt Christi Ecclesiæ Sacerdotes inter Sanctos Ecclesiæ Patres, atq; Doctores adscribendos æquè censemus.* Sunt autem approbati Patres viui, qui in Conciliaribus definitionibus interfuerunt, à quibus fide non sunt separati Patres iam pridem mortui, in fidei eadem confessione viuentes, quibus tanquam testibus, magistris, consiliarijs, iudicibus (vt loquitur Lerinenfis cap. vltimo) dicta Concilia vsa sunt: nec aliter recepissent, nisi vidissent eos rectè ambulasse ad veritatem Euangelij. Proinde nihil aliud fuit de regulis fidei pronuciare, quam probata prius regula doctrinæ Sanctorum, concordem esse per omnia Ecclesiastico sensui, & traditioni, orthodoxam esse Patrum doctrinam ostendere, quæ vt regula vtebantur, ad firmanda dogmata; & hæreses eliminandas;

2. In diuerso ergo genere causæ Orthodoxi Patres, & Concilia sibi mutuo testimonium perhibent; Patres, vt manuductes, & ad antiquitatem, &c. inuestigandam; & determinandum hanc ab antiqua esse custoditam fidem; vt inspectis eorum monumentis, tunc possint procedere ad definiendum, Ecclesiæ verò, vt authoritatiuam præbens approbationem, cum aperiuntur multa, quæ cum Conciliarijs vel Ecclesiasticæ doctrinæ concordant; In ceteris autem rebus præiudicibus,

non-

pondum decisum, & valde probabiliter assertis (ut factum est in Conc. Viennensi) in materia de virtutibus infusis, &c. approbatio illud pondus adijcit, ut ex ea Doctores non improbables, sed ut probabiles magistri habeantur, & securè populus Dei tales magistros possit auscultare, præcipitur. Cumque eos agnoscat Ecclesia, tamquam diuinitus illustratos, ex interpretationis dono, eos habet tamquam à Deo secundum temporum successiones destinatos, ad interpretandam, & elucidandam sacram doctrinam; proinde mandare potest in tali rerum genere non repudiandos tales Doctores, tamquam à Deo destinatos ad docendum Ecclesiam suam, sed secundum eorum doctrinam loquendum, tamquam veræ doctrinæ magis consonam eorum habèdo sententiam, ut factum est in dicto Concilio Viennensi, vel ubi tamquam veridicam, & catholicam hanc, vel illam doctrinam esse retinendam assertitur; ex qua probatione factum est, ut ij Doctores, qui ante Conciliares has sanctiones, & probationes locuti sunt, maiorem deinde auctoritatem adepti fuerant; nec enim ab ipsismet auctoritatem sibi attribuunt, sed quam habent à Concilijs, & Papa recognoscunt, quæ aliter, & aliter eos recipit, modo ut testes traditionis, & sensum Ecclesiæ referentes, modo ut propria loquentes, & ex probabilibus.

5. Non videntur autem probari in Synodis quoad omnia ipsa Patrum dicta, alio enim calculo recipiuntur, cum res dogmaticæ tractentur, alia cum sua appenduntur, & propria: unde consilio in v. & vj. Synodo generalibus, ex firmo calculo vetipiantur, quæ pro fide rectè à Patribus statuta sunt, & in condemnationem hæreticorum expressè sunt, idem assertitur à Papa Martino in Concilio Lateranensi constitutione v. Venerabiles PPi, acceptante, cum itaque quæ ab eis pro orthodoxa fide exposita sunt in destructionem omnium hæresium accipiuntur, cetera respectu probantur, ubi opinionibus locus datur: ceteris tamen patribus maior datur auctoritas ipsi, qui magnam sibi opinionem in Ecclesia pepererunt.

4. Quod de probatione librorum hæc usque dictum est in orthodoxis signum fieri ab Ecclesiæ idem dicendum in detestationem erroris, & malæ, & perverse doctrinæ argumentum fieri ab Ecclesiæ, in primis Romano Pontificis, vel Concilii Generali cum subordinatione ad primæ censoris virgulam: sic fecit Nicænum præscribendo libros Arii, & Nicæph. lib. 18. et 19. Ephesum in eliminandis libris Nestorij, Chalcedi, in proscriptione scripturarum Eusebii, Mopsuestani, Theodoret. & in v. Synodo act. 1. librorum Anthonij, & in vj. Synodo Generali liber Sophronij est discussus. Verum est (ut notavit Baron.) ad ostendendam quam habent Romani Pontifices auctoritatem, nullo congregato Concilio ad celerius obviandum falsis doctrinis, ætherodoxos multos libros patris fuisse eliminatos, quod confirmatur ex Nicæph. 17.

hist. cap. 9. factum tempore Agapiti ex libello Constantinopolitane Synodi sub Menna Patriarcha. Plausibilior tamen, & sollemnior habetur est librorum proscriptio, atque damnatio, quæ in Concilijs Generalibus Oecumenicis, & legitime congregatis, atque Throno Apostolico facta est, ut totius Ecclesiæ congregatione, quasi ex Ecclesiâ, rursus Orbis exillimatione, quas representant habeantur proscripti, & cietati, qui in consensu totius orbis damnationem meruerunt acciperent.

5 Sed novis paradoxis onustus Apologista, ne videretur terreri de hac librorum proscriptioe, insurrare ausus est, non cogere concilia, sed abist definitio Papæ, nec morari eos libros antequam definitio Papæ emanet, viliam damnationem: et rase eiusmodi Concilia libere pronuncias, & de tali prohibitione non esse curandum, & exemplificat de Antiochano, Mediolanensi, Ephesio 2. sub Leone Isaurico, & alio sub Anapropym, Item Chastaginesc erravit cum Cypriano in materia Anabaptismi, hæreticorum, item Concilia, quæ Honorio anathema infixerunt, Francofordiense, quod damnavit Nicænum 3. alias VII.

6 Sed mirandū est adeo fuisse luscum Elucidissimam, ut non discerneret de Concilijs, & Conciliabulis Antioch. Mediolanens. Ephes. 2. & Chastaginesis, illa, etiam non fuit legitima. Damnatio facta in Honorium, supposititia reputatur, sed & illud adducit pro consecratione aliud esse ea errare posse in facto, aliud in iure. Si deciperentur Concilia generalia in facto, an hoc, vel illa propositio sit iusta, vel non iusta, ab hac, vel illa persona, alius error nullum præiudicium adferret Ecclesiæ, ceterum non levis esset præiudicium aliquam propositioem damnare, quæ nullam meretur damnationem: hac autem proscriptio merito fieri potest à Concilijs cum subordinatione ad prædictam, & principalem decisionem summi Pastoris, qui & si ultimam adhiberet manum (si liber cum expressa censura, & damnatione, exstabilis non esset) facta, consultum Ecclesiæ saluti, vel in Concilijs in honore damnatione, vel in Congregationibus examinari libros, & proscribi non expedita damnabilium, propositioem expressa de finibus. In facto Concilio Francofordiensi, non iuris, sed facti negotio fuit ex Bellarmino, inde Conc. cap. 8. & Concursiones non distrahunt, sed Est idista prima iusticia: nam facti questione, confusio, non dicitur questione, ad Ecclesiæ nota est soluta, quam eius præiudicium meretur.

7 Illud lepdatum, quod pro tuenda proscriptioe librorum suorum, facta S. Iuliani se tuere vult, muniturando à Benedicto II. summi librum fuisse hæretico, in similitudine proinde super hoc facto audientia, merito potest esse, vniuersis proscriptis, liber, deinde quarum subde-

noti. Et si rebellibus Diocoro, Eucychoti, Domini vultentiam pol-
gentibus, non furis denegare debemus distinguere, quod regulariter
se, ab eo quod per indulgentiam, vobis sum aliquam à Papa, secun-
dum quod nonerit expedire. Nec suffragantur eidem exemplum Iu-
liani; nam rectè Baronius anno 688. excessum in eo aduertit, quan-
tū alias sanctitate insignis esset, nec ut pat' erat, summum Pontificem
in eo facto veneratus est, ut conigit Cypriano, humanum quid passus
cum Stephanus insinulauit, quos nec Rodericus Tolosan' Attus
Nes eius partes tenere debuit, ut nec Apologiam ab illo sua argumen-
ta mutuari.

8 Coronidis loco annotare oportet in quocumque Concilio si fiat
exprobatio alicuius doctrinæ, & aduersus eam noua formula edicta
à quocumque Sanctissimo viro, etiam ab Episcopis multis subscripta,
& signata aduersus nouam istam doctrinam, non habere vilo modo ro-
bur, si Pontifex assensum non præbeat, & ab assensu Pontificem retar-
det florentissimus Romana Ecclesiæ Clerus, seu Collegium Cardina-
lum. Id accidit in terminatiōe Gallicæ Gilberti Pictauiensis Episcopi
Pictauiensis, cuius capitula, finita Synodo Rhemonensi, lecta, & discussa,
à Sancto Bernardo per contrariam confessionem confutata, & sua ca-
pitula catholica, valde per salutem antiquam subscripta sunt à multis
Gallicanis Episcopis: quo facto Cardinales in Eugenium Papam com-
moti, quod Bernardus cum dictis Episcopis non essent definitiuz sen-
tentia, vltimam manum apponere, inconsulta Apostolica sede, cum
nihil absque illa firmum, & solidum possit consistere. Ad se autem
vocato Bernardo, Eugenius relictis illis capitulis inquit: humillime
se, & illos Episcopos excusari, non quod modum finalis iudicii capitula,
& Symbolum nouum vtilitate, sed simpliciter in illis quid sentiret
exposuisse. Unde factum est, non præcipua Ecclesiæ membra dis-
cederent, nec Bernardus, & Episcopi illi ali quod præiudicium reponer-
ant, & omnis sollicitudinis occasus præclusus est.

Sed demum cum ipso Papa eadem capitula ventilata sint in Con-
cilio & de assensu totius Ecclesiæ, que conuenerat, capitula dicta dem-
onstratis, præcipiens ne quis auerteret illam librum legere, vel describere,
nisi eum prius Romana correxisset Ecclesia. De quo facto idem Ber-
nardus in Cant. serm. 80. dicitur de Gilberto, quod sanctissimis Episcopis
per litteras ac quiescentiam vix, quam videri reprehensibilem in-
uenit propriore dandam, et quod mandauit episcopi, qui post illi præ-
dictum factum à Papa in Concilio confiterentur, & locitate valentem
contentiosius persistenter sequi Episcopos, in qua ipse non stabit, &
erroris potius quam correctionis. Ad quod nunquam habere valuerunt.

9 Vides ergo quantum uis Bernardus miraculose sanctitate, doctri-
na, & miti et bono dogmate illas non sibi usurpasse in uis con-

dandi symbolum non nisi aduersus Porretani errores, sed simplicem confessionem edidisse, non determinationem apposuisse, nec enim tale priuilegium vilius à Petro accepit, nec Angelus, nec homo, vt etiã si Angelus diceret aliter præter quam receptum est, anathematizandã pronuntiet. Apostolus. Nulli enim Sancto, vel Angelo dictum est: *Cõfirma fr. atres tuos*, sed soli Petro, & successoribus in Concilio, & extra, tale priuilegium doctrinas probandi datum est, vt ex hac obfignatione, quæ orthodoxa, ætherodoxa doctrina sit, sciamus, vt etiã si orthodoxa in se haberetur, non haberet rationem definitiue sententiæ quousq; Petri voce per definitiuam sententiam approbaretur.

C A P V V V I.

Sextus Character. Si miraculis, vel diuinis charismatibus, & attestationibus communita doctrina sit, veritati magnam præbet argumentum.



Agens ille Gregorius optimi Prædicatoris, æque Doctoris conditionem describens, hæc protulit cap. 3. lib. 2. Reg. in ea verba, & addidit Dominus, vt appares in silo. Cum itaque ex sacro eloquio optimus Prædicator ostenditur apparere iterum Dominus perhibetur, quia nimirum cognitio diuini consilij, quæ absconditur reprobis, puritatis merito reuelatur electis, si enim, & hominum a consilijs nisi familiaribus non credantur, Omnipotens Deus secreta sue dispositionis existimandus est suis patefacere inimicis: prius ergo iusti Doctoris vita prædicatur, deinde addidisse, vt apperere Dominus dicitur, quia perfectus diuine lucis offensus reprobos, & factor fugit, quæ se electis, & mundis cordibus aperit: unde, & per semetipsam lux loquendo nos illuminat dicens: Beati mundo corde, quoniam ipsi Deum videbunt: igitur vt apparet. Dominus addidit, quia mundum Prædicatore sui oculum vidit, sed cum addidit, vt

appareret in Silo, in eodem loco illum apparuisse alia vice designatum, quoniam revelatus fuerat Dominus Samueli in Silo, cum ei secretum consilij sui de repulsione reproborum. Predicatoris aperuit, &c. Ecce quomodo iusti Doctoris vita, & cordis munditia nouas illustrationes, & enucleationes veritatis meretur. Explicans autem moraliter quomodo addit Deus nouas illustrationes intelligentiæ suæ, dicit; tunc id accideret, cum vel ter ore animam iusti ex contemplatione concutit, vel cordi territa dulcedinem pietatis infundit. Declarat id Sâctus pulchro exemplo Moysis, cui Deus modo per ignem, modo per nubem apparuit: in igne terror iudicij, & diuinæ iustitiæ denotatur, in nube blandimentum protectionis suæ; vnde ab electorum mentibus in igne terroris inspicitur, in nube dulcedo exhibetur, quare documentum dat, quod verbum Dei cognoscendum est antequam ad apparitionem Domini pertingere mereamur, ne ex indiscreta visione ignis, & nubis in erroris submersionem incidamus. & exemplificat mox. *Origenes quippe dum apparitionem Dominum sine verbo Domini videre voluit visionem nubis inordinatè conspexit, quia ignis apparitionem horruit; nam dum abnegata, vel minuta iustitia Dei superfluâ eius clementiam prædicaret, offeruit, quod non solum omnibus damnatis hominibus parceret, sed etiam de æterna pœna reprobos Angelos quâdoque liberaret. Nouatus autem ignis afficere visionem amplius mouit, qui dum seueram omnipotentis Dei iustitiam, implacabilem diceret, spe veniæ consequenda, & penitentiæ omne remedium peccatoribus abstulit. nec Nouato igitur, nec illi alij Dominus apparuit, quia uterque eorum iuxta quod per veritatem sacri eloquij carnitiam omnipotentem Dominum non conspexit. Tunc ergo iuxta verbum appareret, cum ea offensione sermone venisset, quam sacra Scriptura factis non reprobat. Vnde: & apud subiungitur: & venit sermo eius vniuerso Israeli, hæreticorum quippe sermo non venit, Nouatus enim sermo fuit, quia iustus Deus si in lapsis fidelibus nequaquam pariter Origenis sermo fuit, quia misericors Dominus nullam creaturam rationalem perire per æternam damnationem sinit, sed quia conuersi ad Dominum peccatores nequaquam perierunt, & semel lapsi Angeli, & in peccato suo mortui peccatores, nunquam saluantur: hæreticorum profecto sermo non venit. Sermo igitur Samuelis venit in vniuerso Israeli, quia catholici viri prædicatio completur, quæ in veritate sacri eloquij rectè cognoscitur. Et notandum, quia eius sermo venisse dicitur, cui visionem suam Dominus addidisse perhibetur, quia nimirum eius prædicatio vera est, cui sic diuinæ iustitiæ terror offenditur, ut benignitas eius abundans gratia, non caletur, vel ut mentem videntis, sic conspecta veritas terreat, ut etiam offensa benignitas mentem territam in desperationem cadere non permittat, ut*

sic

ſc de benignitate præſumunt, quærens ad prævaricationis aſum non prorunt.

2. Ex qua doctrina habentur hæc axiomata ſpecialiter, *Deum revelare ſecreta ſua habentibus oculis mundos*: item inſundendo peculiaria ſentimenta de diuinorum attributorum cognitione, vt de iuſtitia, & miſericordia, & hæc quæ mentibus inſinuantur eſſe conformia ijs, quæ à ſcriptura, & rectæ fide non deuiant; demonſtratur, & tunc viri catholici prædicatio ſuum complementum habet, cum in ſacro eloquio ſcripto, & tradito tota fundari cognoſcitur. Grande ergo ſignum Orthodoxiæ, Diuinorum ſecretorum reuelatio, & rectè ſentienti de diuina bonitate, & iuſtitia, illuſtratio, & hæc reuelationes, & illuſtrationes cum ſcriptura, & recta fide coherere. cetera, catholicæ Orthodoxiæ ſignum eſt habere tot obſcuratum, poſſimè de Dei attributis ſentire, & ſi quæ ſentit, à recta fide, deuiare cognoſcitur.

3. Solent et præcipales Eccleſiæ Doctores peculiaries habere illuminationes in intelligencia ſcripturarum; vnde cum hi exponunt, & loquuntur, non de ob facili eorum expoſitione eſt repellenda doctrinæ, qui Prophetarum noſtreme ſolent denocari; vnde Gregorius lib. 4. in 3. Reg. cap. 10. *Qui verò ſumus Prophetæ, niſi magni Prædicatores & Doctores Præphetæ nunquam miniſterium eſt occultæ reuelare, & ſua re prædicare. Doctores enim S. Eccleſiæ, demouoculter ſcripturarum ſenſus ad communem ſcientiam trahunt, ſecreta quæ neſciunt oportant, & dum attonis gaudia prædicant, futura conſtant.*

4. Ad hæc inhabitant in ſpiritus fauorem in Prædicatore; & Magiſtro orthodoxo deprehendimus, com radiat ſplendore conſerſationis eius. Reg. 10. lib. 4. *Caſſi virtutè induitur, & ſeruitu, caput deſerua ſubditur ducet, æt videri ab eis poſſit, diſcuti, & indicari non poſſit: talis quidem erat Moſes, quando lucidiſſimo vultu à Monte deſcendit, cuius ſubditur fulgorem videbant, ſed in ſuæ gentem aſpectum non intendo aſſum non poterant: talis erat, qui gloriabatur, dicens. Alus autem reuelata facit gloriam Dei ſpeculantes, in eandem imaginem transformantur tanquam à Domini ſpiritu; color utique orant quos ſpiritus ſanctus replerant; vnde et qui in Hieruſalem eduanerunt admirantes. dicunt. Nonne iſti, qui loquantur Galilei ſiquid inſer negotium quippe, et ſeruant, quod audiebamus, & ſerue non poterant, qui autem nouerant Saul de re, quæ ei accidit admirantes in terram gant, quia eum aliquando in humiliori ordine S. Eccleſiæ baptizauit; & deſpector conuincit, quod dum ſanctus ſpiritus ad ordinem prædicat nonis aſſumit. gratiarum ſuarum ſplendoribus induit, & in eiſdem ſplendoribus mirabiles ostendit. Siue ergo in ſublitori gradu electi; ſunt ex infimo à ſpiritu ſancto illuſtrentur, mirabiles ostenditur Deus faciens mirabilia. hæc et eodem Gregorio: *Mirandi non iſtus S. agn**

Hi Brachylogos si mira, quae agunt, sine virtute perfectentur, non quia non est, quod certiter, quae per eos illo hoc agit, cui aliquid difficile non videtur, & doctrinae sublimitas ex illo agnoscitur; qui sublimes Montes illumigat, & ponit etiam humiles in sublimi, & linguas infantium facit disertas.

5. Est etiam & quaedam particularis gratia quorundam, quando non precedente aliqua inquisitione, vltro solet occurrere inuentic, nisi enim, ait Philo, lib. de profuga, cogitationibus, meditationibus, laboribusque proficis, sed nos manus paratas sibi inuicis sapientiam irrogatam sibi caelestis pluvia, cuius merita haustu exhiberamus, perperuo xamulens est, ebrietas sobria, falsum nationis integritas. Hi: est, ille quem Isaac vocans oracula, si quem non tempore alio contempit, alio populi perit, contempit, enim, perit quasi sine tempore. Non enim, homo nascitur, sed manuputissima ingenio, magisque ante hanc, quam nobrem genitrici eius dicuntur defuisse malitria, & id est consuetudo, humana, & rationalia, non enim, hoc praei genus plusquam rationale, & verè diuinum, si seipso doctum, non enim, commentis euadit, sed furore diuino. Ad ignoras, quod Hibernae ad partem, non habent opus obstetricibus Romanis autem, ut ait Moyses, priusquam viciant obstetrices, artes inquam, & scientia, & ad sola natura epulante adiuantur. Puteo autem, ut sequo, d. se, ipso, doctus definitur. Primo, quod cito inuenitur. Secundo, quod Deus tradidit, siquidem, quod discitur, opus habet longo tempore, quod suo proprio ingenio percipitur, expeditum est, & ex temporale, illud hominibus, hoc Deum praecipitorem habet. Huc Philo. Vbi multa cumulat, & huiusmodi tradita diuina, & infusa sapientia. tradit etiam multa & Augustinus q. 2. ad Simplicianum, quae ad propositum nostrum possent adaptari, ubi quomodo Deus multipliciter inspirat edisserit, & quamuis de inspiratione prophetica ibidem praecipue loquatur, potest inuehigi, & referri inspiratio Omnipotentis pro speciali gratia gratia data, quae vel, est sapientia, vel scientia, vel interpretatio sermonum, & secundum hunc sensum propheta dicebantur Ecclesiastici tractationes, & Doctores.

18. Ex his donis cognosci potest doctrina aliqua fauoribus diuinis cumulata: ut si à Deo infusa cognoscatur. Si speciali scientia, sapientia, & huiusmodi fauoribus sit decoratus Doctor, vel interpret, deferat notam Orthodoxae, ut ex profectu populorum maiores gratia: tributa noscantur Doctoribus, vel maiores attentiones bonorum, & colligitur ex Gregorio in Ezech. hom. 11. dicente: *Quanto audieris in charitate, & que intellecta proficiunt, tanto sanctus praedicatoribus maior gratia spiritus datur, & ponit hanc causalem, praedicatoribus sanctis, id est, proficiunt, ut per eorum ministerium dona-*

gratia multiplicentur; sicut de hoc eadem Ecclesia dictum est, vnde
vires inebriantes multiplicata gemitiva eius: vini Ecclesia prædicatores
sunt, qui terram nostræ cordis infundunt. Sed cum inebriantur vires,
generaciones Ecclesiæ multiplicentur, quia cum uberiorè gratiam
predicatores accipiunt, fidelium numerus augetur. Ergo ex contem-
platione gentiam, profectu Academicarum (vt repleta videatur terra sci-
entia Domini) probas Doctrinæ satis commendabilis ostendunt.

7 Rursus sicut accidit in nutusmatibus, quod sincera deprehen-
duntur, cum publica sunt, & currentia; ita rectè obliquata doctrinæ
consequitur, si cum publica doctrinæ Academicarum Orbis conspirat, id
patet aperte, quia non vnum, vel alterum Doctorem posuit Deus in
Ecclesia, sed (vt dicit Apostolus) Pastores, & Doctores, & toti cor-
pori ipsorum tribuit donum custodiendi fideles per sanam doctrinam,
non per propria placita, sed diuinitus reuelatam doctrinam, vnde
Calu. 4. iussit. cap. 3. sect. 4. id factus etiam est: *Sequantur autem
Pastores, & Doctores, quibus curere non potest Ecclesiæ* positi enim
sunt, vt non taceant, sed sine custodes murorum Ecclesiæ, & fluuantium
corda firment, ne sint veluti parua; &c. & hoc munus eum
ipsa Ecclesia durabit. *donec decesserint omnes*, & sic Apostolus vnde
merito dicit Clem. 6. Strom. *hos esse singulares administratores, qui ad
salua opera ferant ministeria, & ex sine veritatis, & defensionis fidei,*
cum nullus assumatur ad aliquod ministerium, nisi deceptæ gratiæ gra-
tis datæ (vt sit in proposito) in Doctores, qui scientia, sapientia, vel
fide, (quæ ex S. Tho. est superexcellens quædam cognitio, per quæ ex
Augustino, catholica fides gignitur, nutritur, roboratur) pollent: sic autem
quosdam donorum prouiso in ordine ad definitionem controuersiarum
fidei, & hæc est velut dispositio ad definitionem, vnde cum dispositio
sit eiusdem ordinis cum forma, transit hæc illustratio DD. in vltio-
rem ordinem, vt assumitur ad introductionem formæ, & facit diuina
providentia eos vera dicere, vt præseruetur Ecclesia ab errore in
publico dogmate, sequens DD. diuinitus datos, illustratos, directos,
eorum ministerio vtens ad definitionem publici dogmatis &c.

8 Vbi ergo apparet in rebus fidei, vel proximè fidem tangenti-
bus aliquam doctrinam conspirare, ad eundem spiritum pertinet (il-
lius scilicet qui facit concordiam in sublimibus) ista consensio: & notam
suam habet orthodoxia ex speciali hanc Dei directione, & providen-
tia, veritatis doctrinæ. Contra, cum discordant, improbabilitatis, te-
meritatis, &c. iuxta subiectam materiam secum imaginem, vel vitio-
sam notam deferunt. Audiamus Augustinum id egregiè explicantem
in Psalm. 103. ad ea verba: *qui emittis fontes in conuallibus, in cer-
medium montium pertransibunt aquæ. Putemus hoc ita dictum inter
Apostolicum medium, inquit, pertransibunt prædicationes Verbi ve-*

ri.

ritatis, &c. quod medium dicitur, commune est: res communis, unde omnes equaliter viuant, media est: nec attinet ad me, nec te, & audi aquas inter medium montium, quia cōmunis illis fides erat, nec quisq; aquas quasi proprias, & suas habebat; si enim nō sunt in medio, quasi priuatae sunt, non publicē fluunt, & ego habeo meam, & ille habet suam, non est in medio; quod & ego, & ipse habeat, sed & talis non est pacifica prādicatio; at vero, ut inter medium montium fluāt aq̄e, audi vocem montis. Deus inquit pacis deus vobis id ipsum sapere inuicem, & iterum: ut id ipsum sapiatis omnes, & non sint in vobis schismata. Quod sentio sentis, in medio fluit aqua, non habeo quasi primatum tuum. Veritas nec mea fit propria, nec tua, & ut tua fit, & mea [& postea] nulla enim de aquis discordia montium, sed pax cōsensionis, & societas charitatis. Si quis autem vellet aliquid prādicare, iam de suo prādicaret, non de medio, & audi quid de illo dicitur ab ipso, qui emisit fontes in conuallibus. Qui loquitur mendaciā, de suo loquitur, itaq; ne acciperetur aliquis mons, non de medio, sed de suo manans, ait Apostolus: quisquis vobis euangelizauerit, prāterquā quod accepistis, anathema sit, &c. Licet si nos, aut Angelus de Caelo annunciauerit vobis, prāterquam quod accepistis, anathema sit, si veniat Angelus aliter euangelizans; anathematizetur. Vnde hoc? quia de priuato vult fluere, non de medio.

9 Quod de Apostolorum doctrina dixit Apostolus, quod inter medium montium fluit; idem dicendum de Apostolicorum fide, qui ea nō dem ab Apostolis acceptam prādicandam illustrarunt, nunquam sibi appropriando, quod commune est, nec priuatam monetam voluerunt eudere; quā publicē obsignata est, pertinens ad publicam, & orthodoxam fidem, pro qua retinenda, spiritu concordiae retenti sunt, ut esset pacifica prādicatio, ex communi, & eodem sensu prādicantes, &c. & exponens illud: *Super ea volacres cali habitabunt, de medio petrarum dabunt vocem*, ait idem Augustinus [Montes Prophetarum, montes omnes Prādicatores veritatis: quicumque vult esse spiritalis, inhabitet, non in corde suo aberret. & postea infra, habeant authoritatem, SS. requiescant in montibus, in Apostolis, in Prophetis, illic inhabitent tales aues, quia in montibus petras inueniunt, firmamenta quaedam preceptorum. Et iterum, si aues tales sunt, quae super montes illos inhabitent, nō debent sequi altitudinem cordis sui, de quibus dicitur. [Posuerunt in Caelum os suum] ne à ventis tollantur: in montibus requiescunt. & infra, Ecce inde volatilia de medio petrarum dabunt vocem suam, habitant enim in montibus [& iterum] Nihil suauius tali voce alitum. Illae sonant, & petrae resonant: sonant illi, disputant spiritalia; resonant petrae testimonia, respondent Scripturae, ecce inde volatilia de medio petrarum dant vocem suam, habitant enim in

montibus] quæ ergo aus non de petra emittit vocem suam, suspecta vox, non est vnisona cum reliquis, nec petras agnoscit, in quibus, & Christus per eam auditur, & ipse petras rigat de superioribus suis.

Hic ergo character, & nota est ob signationis doctrinæ, esse publicam, & vnisonam, non priuatam, & à communi sensu seiunctam, &c.

Ad hæc. si Scriptores, raptibus, ecstasi, spiritu prophetico illustratur, inhabitantem spiritum arguunt. Vnde Philo tract. quis rerum diuinarum hæres, dicebat *omnibus probis viris Scriptura propheta iam tribuit, nam Propheta nihil ex se loquitur, sed omnia submonente alio; malum autem virum non se esse interpretem numinis. Ergo nemo malus propriè correptus furora diuino dicitur, sed in solum sapientem hoc competit*] Origenes Hom. 6. in Num. *Requiescit Spiritus Dei in ijs, qui mundo sunt corde, & in ijs, qui purificant animas suas à peccatis; unde de 70. viris dicitur, quod requiescit in eis Spiritus, et prophetauerunt.* Idè dicit Basil. proem in exam. *Prophetauerunt purè, & pellucida anima, vel vt specula facta diuina operationis imaginem integram, & inconfusam, nullaq; ex parte turbatam carnis affectionibus, representabant*] Verum ne intelligas de necessitate ad prophetiam, & huiusmodi requiri puritatem animæ, cum plurimi impij prophetico dono donati sunt, vt Helii amicus Iob, qui erat arrogantissimus, & alij; de qua re Aug. 49. in Ion. Chrysof. Hom. 25. in Mat. & multi sunt reprobi, quibus dicitur. *Nescio vos*, etiam si allegant prophetiam. *Domine nonne in nominibus prophetauimus.* & Ioh. de congruitate locuti sunt Philo, Origenes, & Basil. similiter si speciali reuelatione aliquid reuelatum est, ea doctrina habet signum orthodoxiæ. Sic facta est Thaumaturgo reuelatio ad eum è Cælis, emissa fidei confessione, & Hermeti facta est reuelatio de tempore celebrationis diei Paschatis; verum hæc habuerunt vim, non ex vi reuelationis particularis, sed ex consonantia cum publicâ, & orthodoxa doctrinâ, vt diximus in tract. de diuin. reuelat. lib. 4. c. 2.

10 Signis quoq; probatam, ait Nazianz. in fanere Patris doctrinam pietatis; sed id non antecedenter accipiendum est, sed consequenter, quomodo ex miraculo, quod accidit Chalc. done in sepulchro S. Euphemiz. firmata est orthodoxa doctrina catholicorū, quod fusè tractauimus in tract. de discernendis veris à falsis reuelationibus.

11 Similiter cum repète ex infusione diuina sunt aliqui, vel prophetiæ, vl. dono scientiæ præditi, diligenter discernendum est quid regulariter sit, & quid ex diuina dispensatione sit. Dicit autem Gregorius in dial. lib. 1. c. 1. quod sunt quidam, qui ita *Magisterium Spiritus intrinsecus docentur, vt & seis. exterius humans Magisterij disciplina desit. Magistri intimi censura non desit. Quorum tamen libertas vitæ, ab infirmis in exemplum non est trahenda, ne dum se quisq; se-*

mi-

militer S. Th. spiritum impletum presumit, discipulus hominis esse despiciat, et ad agister erroris fiat. Mens autem, quae divino spiritu impletur, habet evidentissima signa sua, virtutes, scilicet, & humilitatem, quae se utraq; perfecte in una mente conveniunt, liquet, quod de praesentia S. Spiritus testimonium ferat. Sic quippe Ioannem Baptistam Magistrum habuisse non legitur, neq; ipsa veritas, quae corporali praesentia Apostolorum docuit, eum corporaliter inter discipulos aggregavit, sed quem intrinsecus docebat, extrinsecus; quasi in sua libertate reliquerat. Sic Moyses in eremo doctus, mandatur ab Angelo didicit, quod per hominem non cognovit. Sed haec ut proximus infirmis veneranda sunt non imitanda. Et cavenda sunt eiusmodi tentationes periculosissimae, ut interiores afflicti respuemus, ut dicebat Augustinus: de doctr. Christiana, hac enim via daretur locus Eusebii, Deodactis, iactantibus missiones inquisibiles, & novae, & inauditas doctrinae; propterea communis, & regularis regula tenenda, in extraordinariis praerogatiis conferenda est doctrina illa cum publica doctrina Ecclesiae, sicut fecit Paulus, conferendo Evangelium cum Apostolis, ne in vanum curreret, vel cucurrisset.

C A P I T U L U M VII.

Septimus Character orthodoxiae illucet, & dum de hostibus, & perduellibus, Gentilibus, Iudaeis, Haereticis triumphat, eiusdem veritas ab inimicis probatur.



Riumpus, quoque de hostibus, Gentilibus, Iudaeis, Haereticis, signum magnum est verae, & orthodoxae doctrinae. Hinc Ecclesia merito assimilata est Arci Noë, quae fluctus omnes superavit ne mergeretur; unde eleganter Alcimus Auitus lib. 4. in Genes. secinit.

Non aliter crebras Ecclesia vera procellas sustinet, & senis vultu dirigitur ab undis.

*Hinc Gentilis agit duro sine fine furoris,
 Hinc Iudæa fremit, rabidoq; hanc impetit ore,
 Hærescon; vesana furens, exinde Cbarybdis,
 Corruit; & grauium sapientia stulta soporum,
 Quæ quamquam inter se vario certamine pugnant,
 Debellanda tamen si quando Ecclesia, gaudent,
 Consensu vnanimi Christi consurgere, contra
 Nauiculam, & vanis mendacia fingere verbis,
 Sed clausam vacuo, pulsant impuni latratu.*

2 Quæcumq; attinet ad Gentilitatis triumphum, mira res consummata per Dominum suæ œconomia, dispersis in Orbem Apostolicis numero paucissimis, non liberalibus disciplinis instructis, non seculari potentia armatis, disseminato Euangelio, arcem superstitionis gentilitatis adorti, charismatibus diuinis imbuti, eam prorsus solò æquarunt, & in cineres, fauillamq; redegerunt, & apertè demonstratum est, quæ esset eius origo, quæ vis, quod fundamentum, quò tenderet, & non nisi fabulosa continere, & sui professores corruptis moribus, licentia viuendi, velut baltheo ob signatos, sub suis Castris militantes admisit, spe diuinorum præmiorum frustratos, presentibus illecebris inescarios, tanquam muta animalia, quò ea ferret voluntas euntes, sine lege, sine Deo. Et patrijs legibus eliminatis, vniuerso Orbi Christum crucifixum prædicarunt, & eius legibus homines informarunt. qua in re ex Chrysofomo in Pf. 44. inter omnes Principes, magis ipsi propriè Principes, Regibus potentiòres, nam, & iussa Principum pro suo tantum tempore lata, & valida intra eorum fines, iussa autem Piscatorum per vniuersum Orbem terræ extensa sunt. Imperator Romanorum Persis non posset ferre leges, nec Persarum Rex posset ferre leges Romanis; hi autem Palæstini, & Persis, & Romanis, & Thracibus, & Scythis, & Indis, & Mauris, & vniuerso denique Orbi terrarum leges dederunt: nec solum dum viuerent, firma, & rata fuerunt, sed ipsi etiam mortuis confirmatæ sunt, & qui eas leges acceperunt, mallent animam millies profunderè, quam ab illis desciscere. In primis Romanum Imperium iuxta Prophetarum vaticinium, illamque prius Ethnicam Ciuitatem Romam; vbi erat omnium bestiarum frumentum sylua, omniumque superstitionum epitome, calcauerunt pes pes pauperis, gressus egenorum, pro Aquilis Labarum crucis erigendo, Capitolum in Vaticanum commutando, & missi inter lupos tanquam mites oues, ipsi vicerunt lupos, etiam à lupis occiderentur, de eis victoriam reportando. Clamat Chrysofom. Hom. 4. de verbis Esai. factum est anno, &c. Quot Tyranni, quot Duces, quot Imperatores Augustus, Tiberius, Caius, Claudius, Nero, homines litteris

ornati, potentes, tot modis oppugnarunt Ecclesiam recentem, ac terrenam? ac non deiecerunt. Quin potius ij, qui oppugnarunt, silenter obliuioni traditi sunt; illa vero oppugnata, Cælum transcendit. neque illud mihi spectato, quòd in terris sita est Ecclesia, sed quòd in Cælo versatur, &c. Oppugnati sunt Christi discipuli, totus Orbis oppugnabat; verum qui oppugnabantur, vicerunt, qui oppugnabant, sublati sunt: oues deuicere lupos, & quis Pastor hoc fecit? Christus hæc fecit, quo tibi demonstraret, quæ rectè geruntur, non accideri iuxta nostrarum actionum tenorem, sed præter naturam, præterque rerum tenorem. Nam Ecclesia radices in cælo fixas habet, potius quàm in terra] & mox [quis inquis ista predicat? Is, qui eam fundauit. Cælum, & terra transibunt, sed verba mea non transibunt. [Hæc non modo dixit, sed compleuit; siquidem, latius eam fundauit, quàm cælum. Est enim cælo honoratior Ecclesia; quare conditum est cælum, propter Ecclesiam, Ecclesia non est condita propter cælum, cælum conditum est propter hominem, non homo propter cælum. Id perspicuum est ex his, quæ fecit Christus, non enim cæli corpus assumpit, sed hominis] & Hom. 11. de sua expulsiōe, idem repetit subiungens [id totum ex promissione Christi Domini prouenire, vt Ecclesia inuisa permaneat]. illa mihi cautio satis tuta est, illa me securum reddet, & intrepidum, etiãsi totus Orbis commoueatur. ego cautione Domini mei teneo. Lego manum eius, ipsa mihi murus est inexpugnabilis. Vultis vobis recitem Domini cautionem? certe, inquit, vobiscum sum omnibus diebus vsq; ad consummationem sæculi. Et in oratione secunda contra Iud. rursum prædixit Petro: super hanc petram edificabo Ecclesiam meam, & portæ inferi non præualebunt aduersus eam. [Quot enim bella aduersus Ecclesiam concitata sunt? quot exercitus instructi? quot arma mota? quod non afflictionum, & vindictæ genus excogitatum, &c. (& quod magis est) in iplo doctrine exordio nuper iacto fidei semine, teneris etiãnum animorum animis, tot procellæ bellorum irruerint, res nostras non solum nulla ex parte fuisse dimi-nutas, verum etiam multam accessionem adiunctam fuisse, hoc nimirum superat omne miraculum. Ne quis autem dicere possit, quòd nunc Ecclesia ob pacem à Regibus præstitam constabilita sit, cum esset minor cum videretur imbecillior; tunc oppugnari permisit, vt cognoscas, quod nunc in tuto est, non acceptum esse ferendum paci, quam præstant Reges, sed à potentia Dei proficisci].

3 Quod etiam Ecclesia nedum Gentiles, tyranni cesserint, sed & Philosophi; audiamus eundem Chrysostomum eadem oratione sic elegantissime differentem. *Quam multi conati sunt apud Grecos opiniones novas, ac peregrinas viuendi rationes inducere; veluti Zeno, Plato, Socrates, Diagoras, Pythagoras, alijque innumeri; atamen*

adeo

adeo non vicerunt, ut plerisq; ne de nomine quidem suis noti. Christus autem non modo praescripsit vitae formam; verum etiam hanc pon totum Orbem terrarum plantavit. Quam multa fertur Apollonius ille Thyanaeus fecisse, verum vi scires illa omnia esse conficta, vana nihil habentia veri, extincta sunt, & finem acceperunt.

4. Idem Chrysostronus c. 2. in acta Apostol. profecquitur hoc item mirabilius, quod Apostoli Christi fidem doceres, nudo corpore confitebant adversus armatos, adversus Principes, qui publicam in ipsos ius habebant; imperiti, elingues, ac simplices idiotae, adversus impostores, & circumventores, adversus Sophistarum, Rhetorum, ac Philosophorum turham, qui in Academia Platonis, & Aristotelis demonstrativis exercitati depugnabant, & in Stoicorum portibus fuerant occupati. Illos itaq; superavit Petrus, quasi cum multis piscibus certamen facisset, nec animi aliter, quam piscator minus piscis, ita hic illos superavit, ac Plato quidem illo multa nugari solitus obsecuta hic vero loquitur non tantum apud suos; verum etiam apud Persas, apud Medos, &c. Vbi nunc Graecia fructus? ubi nomen Athenarum? ubi Philosophorum deliramenta? & arguere illa confutat. Et tom. 2. Hom. 1. in 1. caput. Matt. Adde sublimia Apostoli praedicarunt, ut eia sapientia, na per somnum quidam, aliquando imaginari poterunt. Haec isti corp affirmaciones manifesta annunciant; atq; persuadent, subingantes fidei non solum nostra a satis homines, sed etiam eos, qui ante nos defuncti sunt: & non duos, uti viginti, non centum, vel milia, aut decem millia, sed vrbes, & gentes, & populos, & terram, & mare, Graciam simul, & Barbariam, & habitabiles partes Orbis, ipsumq; desertum, & certe ea persuadebant, qua naturam nostram longe probantur excedere: & post collationem doctrinae Apostolice cum impuritate dogmatum Philosophorum quorundam subiungit adversariam, atamen idem sublimia illa nostrorum dogmata, & sustenta, & credita sunt, & florent quotidie, atque succrescunt: eorum vero excogitata sunt, passimq; dispersa, & araneorum telis facillim dissolata.

5. Age videamus quomodo, & ipse Iudaismus corrui. Tota phantasia Iudaica in eo sita est, ut Christum neger esse Deum, aeternique Patris Filium, & solum purum hominem existimer, sitque futurus temporalis Rex, non item, & caelestis, & adhuc venturus sit, non certo, & praordinato tempore pro salute mundi adveniret redemptor, venturus cum gloria in secundo adventu. Ad sua ista phantasmata suadenda durissima ceruice Spiritui sancto in Scripturis loquendo de Christo Domino resistentes; posuerunt faciem suam ut petram durissimam, nolentes cedere veritati; sed bene dixit Augustinus lib. de Civit. Dei, quod Iudei nobis testimonium petibens eosdem codices habendo,

atque

atque seruando ex 18. de Ciuit. c. 46. vnde alibi ab eodem Aug. vō-
cantur, quod loc. cit. 18. de Ciuit. iterum docuit *sunt capſarj noſtri*
portantes codices ſuos, & dum non credunt Scripturis noſtris, adim-
plentur Scripturæ eorum, in quibus ſux cæcitati perhibetur testi-
monium, ſicut ſcriptum eſt: *Fixata cor populi huius, & aures ejus ag-
graua;* & apertiffimè Prophete de æternâ Chriſti generatione, & eius
œconomia locuti ſunt, tam claris, & apertis testimonijs, vt ſatis appa-
reat eos cæcutire in tam clara luce veritatis, & ambulare, vt cæcos
palpantes in meridie, quia Domino peccauerunt; proinde fruſtra ſe-
ſtare de ſuo teſtamento, cæremonijs, & legalibus, cum iam velut
vmbra diſſipati ſint. Quod argumentum elegatiſſimè tractarunt Ter-
tull. lib. contra Iudeos, ſimiliter, & Cyprianus, Iuſtinus Martyr, Chryſ.
pluribus orationibus contra Iudæos eruditiffimè. His addo S. Petrum
venerabilem tract. illo egregio contra Iudeos, & nunc velle eadem
adducere, eſſet iterum aſſerre, quæ à melioribus, & diuinioribus in-
genijs occupata ſunt meliora.

6 Accedit ſolemnis illa prædictio diſſipationis Iudaïſmī, ex euer-
ſione templi. Grande certè argumentum, Hieroſolymitani templi e-
uerſo, ibi enim ſolum licitum erat immolare, & celebrationem victi-
marum vno loco concludere, ſed tandem eam ſubuertit non ſecus, ac
medicus (aut Chriſoſtomus oratione 1. contra Iudeos) *qui fraſto via
ſe agrotum refranat ab imtempetino potu; ſic & Deus euerſa Ciuitate
ſe, ipſa adeoq; funditur diruta, vt omnibus facta ſit inaccessa; cumq;
dicit idem feciſſes vāam Ciuitatem quaſi nodam Religionis Iudaicæ,
vniuerſum pariter eius ſtatum diſſoluisti.* Sic autem diſſolutum eſt tē-
plum, ut nullo modo ſit amplius inſtaurandum, vt colligitur Luc. 21.
& idem, qui hoc prædixit, prædixit; & alia, vt Eccleſiam, immobilē,
ſtramam, & adamantinam, & totum Ordem Euangeliū peruaſurum,
quod ex exitu, & factis, ſicut demonſtrata eſt Dei inexpugnabilis po-
tentia: & cum videmus prædictionem Eccleſiæ euenire, ſicut videmus
in hoc ueracem extiſſe, ita, & in ceteris prædictionibus eidem præ-
ſtanda eſt fides, de caſu ſ. Sinagogæ, quæ ante enentura longe prius
prædicta eſt. A tempore tranſacto colligitur confirmatio, quod poſt
tot annorum curricula, nullum inſtaurationis rurius veſtigium appa-
ruit, nec ipſi ullum teſtimonium propheticum habent inſtaurationis,
quod (vt in Forenſibus contingit) vbi aduerſarijs incumbit non ferre
probationes, quibus doceat non eſſe uerum oppoſitum, quod in-
ſcripto præfertur, omnino producere debent Prophetam, qui omnino
prædixerit Ciuitatem iterum reſtituendam, quod nunquam teſtimo-
nium produceretur. Et ſi ſolebat Deus (vt factum eſt in tribus præcipuis
capriuitatibus, prædicere tempus, locum aſſictionis, ſpeciem, & redi-
tum, & inſtaurationem templi; id non factum eſt in hac vaſtatione, &

suprema calamitate Iudæorum. Clare autem, quod esset Hierusalem, in solitudinem redigenda, templumq; diruendum, prædictum Daniel. lib. 9. ubi à professione sermonis tempora præscripta reperiuntur, quando, & quo tempore gentes esset Christus Dominus liberaturus, 72. hebdomadas designando, post quas Ciuitas, & Sanctum terminari debebat, & destrui pinnaculum usq; ad interitum, & concidi, tanquam in Cataclysmo, ut neque superessent reliquæ, neq; radix, quæ repullulet; etiam prædictum est, quod tolleretur Sacrificium, & super templum abominationem desolationis collocatam iri, nempe, ex Hieron. statuam Hadriani; post enim deuastationem factam à Tito sub Hadriano, conati sunt pristinam reipublicam, & Ciuitatem instaurare, sed iterum aboliti sunt Iudæi, illisq; deuictis, statuam suam ille collocauit. Sub Constantino idem attentarunt, sed veluti fugitiua mancipia, & uerberones stigmatizati, dispersi sunt per regiones, ne aggregerentur. Sub Iuliano idem attentarunt Iudæi, sed diuinis decretis frustra opponitur homo, & fieri nequit, ut quæ Deus decreuit, humana euertat potentia. Conatus est Iulianus ad reedificationem Templi; sed ignis exiliens à fundamentis exussit multos, & intempestiuam pertinaciam interrupit, & de suo tempore dicebat Chrysoströmus: *nunc si redeas Hierosolymam, conspicias nuda fundamenta, nostra enim, ait, ætate hæc acciderunt.* Itaque nunquam repullulare potuit templum, sed conformiter ad aliorum Prophetarum prædictionem, perpetua desolatio futura prædicta est cum sacrificiorum sublato, quod insigne testimonium est destructionis Iudaicæ, & eius desolationis.

7 Hæc autem extrema clades, & calamitas non nisi cruci Christi Domini tribui potest; ab eo enim tempore, quo Christum cruci affixerunt, & clamauerunt: *Sanguis eius super nos, & super filios nostros,* toto Orbe disperguntur, ut sint ludibrio, & opprobrio omnibus gentibus. Interim in medijs stragibus Iudæorum prædicabatur à nostris, euangelizabatur, gentes conuertebantur, templa ædificabantur, nullam modo restituto amplius templo: & dimidia hebdomada in tribus annis cum dimidio, sacrificijs impositus est finis secundum Daniele. Super vindicata urbe, & templi excidio peracto, idolomania destrui cæpit, ut nulla uestigia ferme idolatrarum reperiri ualeant.

8 Nec leue signum est Iudaicæ falsitatis, introductio ridiculæ uanitatis, quæ scripturarum loco successit, & in lib. ridiculo Thalmud continetur. orditi sunt telam non per Spiritum Dei, nec enim alia doctrina libros suos impleuerunt, nisi blasphema, sacrilega, contra diuinos libros, contra etiam legem naturalem depugnante; quare cum ex lege Euangelica, quæ ymbas impleuit satis confutentur, superest, ut abeant confusi, & ueniant conuersi ad catholicam fidem. De hoc argumento legatur Petrus Venerabilis loc. cit. & alij, ut

no-

noſter Senenſis, & alij, qui contra Thalmudicos libros ſcripſerunt .

9 O admirabilem Ieſu Chriſti, & nouz legis virtutem, triumphũ de Iudæis reportantem . Audiamus Auguſtinum in Pſalm. 56. ex perſona Chriſti loquentem : *Dedit in opprobrium conculcantes me . qui illum conculcauerunt ? qui mortuo inſultauerunt . qui tanquam hominem crucifixerunt , quia Deum non intellexerunt , qui dedit eos in opprobrium . Videte , ſi non eſt factum , non futurum credimus , Sed completum agnoſcimus .* [Szuierunt in Chriſtum Iudæi, ſuperbierunt in Chriſtum . Vbi? in ciuitate Hieruſalem . Vbi enim regnabant, vbi eumebant , ibi ceruices erexerunt , Poſt paſſionem Domini eradici ſunt , & perdiderunt Regnum, in quo Regem Chriſtum agnoſcere non meruerunt . *Quemadmodum dati ſunt in opprobrium? videte . diſperſi ſunt ſuper omnes gentes, nuſquam habètes ſtabilitatem, nuſquã certam ſedem ; propterea autem adhuc Iudæi ſunt , vt libros noſtros portent ad confuſionem ſuam : quando enim volumus oſtendere prophetatum Chriſtum, proferimus paganis iſtas literas : & ne forte dicant duri ad fidẽ, quia nos illas Xpiani cõpoſuimus, vt cũ Euangelio, quod prædicamus cõfinxerimus prophetas, per quos prædictũ videretur, q̃ prædicamus; hinc eos cõuincimus, quia omnes ipſarũ litterarũ quibus Chriſtus pphetatus eſt, apud Iudæos ſunt: Omnes ipſas literas habent Iudæi. Proferimus codices ab inimicis, vt cõfũdamus alios inimicos . In quali opprobrio ſunt Iudæi. ? codicem portat Iudæus, vnde credat Chriſtianus . Librarij noſtri facti ſunt , quomodo ſolent ſeruĩ poſt Dominos codices ferre , vt illi portando deſiciant , iſti legendo proficiant . In tale opprobrium dati ſunt Iudæi, & impletum eſt, quod paulo ante dictum eſt: *Dedit in opprobrium conculcantes me .* quale autem opprobrium eſt fratres, vt hunc verſum legant , & ipſi cæci attendant ad ſpeculum ſuum ; ſic enim apparent Iudæi de Scriptura ſancta quam portant, quomodo apparet facies cæci de ſpeculo, ab alijs videtur, ab ipſo non videtur. *Dedit in opprobrium conculcantes me .*] In opprobrium dati, ambulantes ſine lege , ſine ſacrificio, ſine Rege, ſine Deo, facti in deriſum omnibus nationibus . Foderunt ante faciem eorum foueam , & ipſi inciderunt in eam . Exaltatus enim Chriſtus eſt ab ipſis humiliatus: ſuper cælo, & ſuper omnem terram gloria eius; nam, vt dicit idem Auguſtinus, *Regnum Chriſti videmus : Vbi eſt Regnum Iudæorum? quoniam ergo fecerant , quod facere non debuerunt, factum eſt in illis, quod pati debuerunt &c.* quod enim perſecuti ſunt Chriſtum, Chriſto non obſuit, ſed ipſis obſuit .*

10 Quantum vero attinet ad hæreticos , iam videmus quoque impletum, quod Pſal. 57. ſcriptum eſt. *Ad nihilum deueniens tanquam aqua decurrens.* Super quæ verba dicebat Auguſt. *Non vos terreans fratres quidam fluuij, qui dicuntur torrentes , hymalibus aquis im-*

L

plen-

plenius : nolite timere, post paululum tranſi, decurrat aqua, ad tem-
 pus perſtrepit, mox ceſſabit, diu ſtare non poſſunt. Multae hereses
 iam emortuae ſunt, cucurrerunt in rivis ſuis, quamvis potuerint decur-
 rerant : ſiccatis ſunt rivus : vix eorum memoria reperitur, vel quia
 fuerint. Vſque ad ſuam ætatem nonaginta hærefes numerabat Augu-
 ſtinus. Omnes ergo ferè mortuas, vel decurriffe pronunciauit. Cen-
 tum octoginta, & vnã vſque ad Lutherum enumerant alij, vt San-
 derus, &c. & hæ pariter exſiccate ſunt. In fœcunda genitura Lutherica,
 & Caluiniana, quantum decurrerint hi ſectarij, apparet ex eorum diui-
 ſione, & miniſtromachia. Res ipſa loquitur, Lutherica enim factio
 in plures ſciſſa eſt, & tot ſunt ſidiculæ, quot ſectarum principes: con-
 feſſio Auguſtina toties immutata, & decurtata, vt paſſim ab alijs ſecta-
 rijſ Idolo Iſlebrico damaato, nunquam potuerit in arcam collocari,
 vnde quaſi Idolum Dagon in Azoticis paludibus in ſuis prouincijs
 ſermè iacere inſpiciatur Luthericum dogma. Caluinica factio loqui-
 tur occalum ſui. Interitus huius proprius prophetaſ fuit Caluinus,
 nam in catechiſmi Geneuenſis præfatione, quam miſit ad miniſtros
 ſuos, habetur, [niſi Deus è cælo ſuccurrerit, videre mihi videor extre-
 mam barbariem orbi impendere, atque vtinam non paulo poſt ſentiât
 filij noſtri fuiſſe hoc verum potius, quam coniecturam.] Decremen-
 tum eiufdem ſectæ in Gallia oſtendit Cudſemius libro de deſperata
 Caluini cauſa cap. 10. Similiter, interitum eiufdem in magna Brita-
 nia deſcribit diſcuſe Florimundus Remundus lib. de ortu, progreſſu,
 & interitu ſectarum horum temporum. & nos diſcuſe in vltimo tomò
 demonſtrabimus.

ij Quæ cum ita ſint, dicam cum Auguſt. lib. de vera Religione
 cap. 6, ob iſtum triumphum, neq; in confuſione paganorum, neque in
 purgamentis hereticorum, neque in languore ſchiſmaticorum, neq; in
 cecitate Iudæorum querèda eſt religio; ſed apud eos ſolos, qui Chri-
 ſtiani Catholici, vel Orthodoxi nominantur, ideſt integritatis cuſto-
 des, & recta ſectantes, quod eſt dicere Orthodoxi, Hæc enim Ec-
 cleſia Catholica per totum Orbem valide, lateque diſcuſa, omnibus
 errantibus vtitur ad profectus ſuos, & ad eorum correctionem, cum
 vigilare voluerint. Vtitur enim Gentibus ad materiam operationis
 ſuæ, hereticis ad probationem doctrinæ ſuæ, ſchiſmaticis ad docu-
 mentum ſtabilitatis ſuæ, Iudeis ad comparationem pulchritudinis
 ſuæ. Et ex triumpho reportato aduerſus gentes, Iudæos, hereticos
 per omnia orthodoxa monſtratur, & argumentum firmum exhibetur,
 inter characteres veræ, orthodoxæquæ doctrinæ reponi illum, quando
 doctrina aliqua Gentiles, Iudæos, & hereticos eliminat, & confutat.

C A P V V V I I I.

Octauus Character. Cum posita doctrina, tanquam signum ad contradictionum sagittas, illas feliciter eludens; eidē quoq; magnum argumentorum pondus subministratur.



DE Christo Domino, & Magistro nostro illud pronunciauit Simeon: *Ecce hic positus est in ruinā, & in resurrectione multorum, & in signum cui contradicetur* 2. Lucz. Signum (dicit Nyssenus) esse mysterium Crucis, & dedecus glorie: contradictionis verò, dum ab infidelibus accipitur vt ridiculosum, & horribile; & (vt dicit Orig.) *ad infidelibus ipsis omnibus, que de Christo narrat historia, contradicatur: & quacunque qua de Christo vniuersa narrat historia, signum sunt apud incredulos, cui contradicetur.* Sed (vt idem dicit Nyssenus in cathena) hæc siquidem de Filio dicuntur, spectans tamen ad eius genitricem, dum singula sibi assumit simul periclitata, & glorificata, nec tantum prospera: sed illa denuntiat etiam dolorosa, nam sequitur: *& tuam ipsius animam peritansibit gladius, quando ex sua carne procreatum, non sine doloris affectu potuit videre crucifigi.* Ergo non tantum Christus, quàm Maria positi sunt, tanquam signum contradictionis, & dum à Valentino, Manete, & alijs Oeconomia Saluatoris impetitur, adstruendo Christum habuisse carnem phantasticam, similiter & Maria periclitata, facta genitrix phantastici conceptus, & non Mater Dei hominis prædicata: idemque gladius, qui Christum exenterauit (vt fecit Poza negando in eo lienem, vesicam fellis, &c.) extenterauit & Mariam, vtroque mucrone Christum, & Mariam configans: dumque putauit dotes innocentiz radicales illi tribuere, quod maius est abnegauit, virtualiter maternitatem aufereudo, simul & semel Filio, & Matre positus in signum cui contradicatum est.

2. De corpore eius, quod est Ecclesia, similiter in signum contra-
 dictionis positum est. ut ipsdem stemmatibus Sponsa cum suo Sponso
 decoraretur. Cum Paulus Romam aduenisset, qui erant primi Iu-
 dzorum, illum sic alloquuti sunt: *Rogamus te audire, que sentis i
 nam de secta hac, nempe Ecclesia, quam sic vocabant: notum est nobis,
 quia ubique contradicitur* Actorum 28. qui nihilominus lege, &
 Prophetis illorum obstruit ora, & prædicans de Regno Dei, nihil
 sensibile, nihil de præsentibus dicit. ibidem Chrysostomus: & docens,
 ait Scriptura, *qua sunt de Domino Iesu Christo, cum avari fiducia,
 sine prohibitione, sic suscepit illum Roma vincitum* (ait Chrysost.) *à
 mari venientem, & naufragio servatum, & liberata est ab errorum
 naufragio, &c. Suscepit illum Roma vincitum, & vidit coronatum,
 & celebratum*. Suscepit illum Roma ea prædicantem, quibus ubiq;
 ab incredulis contradicebatur. Sed illud Roma promeruit, ut de
 contradictoribus triumpharet, secundum Eliaæ promissionem: *Omne
 vas fictile contra te non dirigitur, & omnem linguam resistentem
 tibi in iudicio refranabis, ut refranatus est in suo libro oppositor,*
 qui contradictionem indixerat. aduersus Christum Dominum, velut
 vase fictili contrito, eiusq; lingua resistente tot Apologijs, pariter re-
 frænata. Et non modo solum (ut dicit Beda in cithena sup.) contra-
 dicitur Ecclesie. *Sed & usque ad consummationem seculi, presentis
 Ecclesia animam gladius durissima tribulationis pertransire non
 cessat, cum signo fidei ab improbit contradicitur..*

3. A contradictionibus, & persecutionibus istis concidisset Eccle-
 sia, nisi diuina ope suffulta, fluctus feri maris exuperasset, vnde exul-
 tans David in spiritu, potentiam Regni Christi contradictionibus op-
 posuit, dicens: *Dominus regnavit, exulset terra, latentur insulae
 multe,* quia verbum Dei, ait August. in Psalm. 46. non in sola con-
 tinenti terra prædicatum est, sed etiam in insulis, quæ constitutæ sunt
 in medio mari, & ipse plena Christianis, plena sunt servis Dei. *Non
 enim separat mare eum, qui fecerat mare. Quo stans possunt acce-
 dere, verba Dei non possunt implete sunt insule: verumtamen pos-
 sunt & in figura recte accipi insula omnes Ecclesia: quare insulae
 quia circumlatrantur fluctibus omnium tentationum. Sed quomodo
 insula undique circumstrepentibus fluctibus tandi potest, frangi non
 potest, magis, magisque ipsa frangit fluctus venientes, quam frangi-
 tur ab eis; Sic & Ecclesia Dei pullulantes per totum orbem terra-
 rum passa sunt persecutiones undique fremensium infidelium, &
 ecce stant insulae, & iam placatum est mare. Latentur insulae mul-
 te.*

4. Idem Ecclesie Doctores patiuntur à contradictionibus pseudo-
 doctorum, sed tantum ab eis, ut ex his aduersis frangantur, ut potius
 coram

eorum doctrina magis roboretur. Hinc ad designandum iniunctum Robor doctoris, ut aduerit Gregorius Papa l. 6. expof. Reg. in 1. c. 16. *Rex eligendus* (per quem Pastor, & doctor significatur) in *filijs Ifai. Bethleemite queritur*. Duplici nomine appellabatur pater David, Ifai, qui falus Domini, aut certe falus appellatur, alio nomine Ieffe appellatur [in pacis tempore falus Domini dicitur, ut bellorum vulnera, quafi intra domus fecura vestibula fanare doceatur. In bello autem Ieffe nomen habet: quia & fe ipfum fortiter munit, & alios valenter protegit: Ieffe quippe infule leuamen dicitur: quid autem infule nomine, nifi mentes tentationum fluctibus vallatz intelliguntur? Infule quidem funt, quia & fi magnos confictus fuftinent, non mouentur; vnde & electorum victoriam Pfalmifta predicans, ait: *Domini regnauit, exultet terra, letentur infule multe*. Dominus quidem regnat, quando eius fedem, electas, videlicet, mentes turbo hostium nullus inquietat; fed letatur terra, quia folida corda Doctorum gratulantur: Letantur Infule, quia cum eius gratia tentamenta superant, maiorum auditores hilarefcunt. Terra quidem est mens fortis, & firma lingua doctoris. Infule vero dicitur cor forte fubiefti, quod adhuc tentamentis impetitur, nec tamen mouetur. Quid est ergo, quod Ieffe leuamen infule dicitur, nifi quia per robur Doctorum, minorum corda fubleuantur? nam inter tot fluctus tentationum corruerent, fi non maiorum robore ad altz vite defiderium, eorum corda leuarentur. In Ifai ergo, & Ieffe filijs, Rex latere defcribitur, quia illi vultu ad Ecclefiaz culmen veniunt, qui electorum magifterio, & pacem custodire, & difponere, fiue conficere fpiritualia bella didicere] non tantum domestica pace fruentes domi, fed extra in bello impetus praeliorum fuftigendo, magnos confictus elidendo, immoti permanendo, non fecus, ac infule fluctus elidendo.

5 Heroum quoque fuorum, Prophetarum, atque Doctorum fortitudinem expreffit Dominus, cum oppugnatoribus Diuini Verbi refiftunt, vt nullo modo oppositionibus cedant. id Hieronymus expreffit ad Pammach. in obitu Paulinz vxoris: *Ecce dedi faciem tuam valentio rem faciebus eorum, & frontem tuam durio rem frontibus eorum* & fequitur, *vt Adamantiem, & vt Silicem dedi faciem tuam*. Dicit ergo Sanctus: *Tale quid & Dominus loquitur ad Prophetas, quod pofueris faciem eorum quafi urbem auream, & lapidem adamantiu, & columnam ferream, ne pauerent ad iniurias populi, fed impudentiam fubfannantium frontis rigore contererent*, ex eodem Hiero. ad c. 7. Amos. *Adamans fui nominis lapis est, quem Latine indomitum poffumus appellare, eo quod nulli cedat materia, nec ferro quidem, nam fi ponatur fuper incudem, & graui ictu feriatur malleis, antea incus, & malleus vulnus accipiunt, quam Adamans conteratur*: *ignis*

ignis omnia domet, vniuersa metalla consumat, reddit adamantem duriorē, ut ne paruulum in eo angulum vis nimirum ardoris obtundat. Vidi & in auro adamantem magnitudine millij; cumque vicinū consumatur aurum, longo vsu, ac nimia vetustate, solus adamas non teritur, & nulla lima minui potest, sed è contrario limam terit, & quicquid attigerit lineis sulcat. Et in Amos scribitur: hic stat super murum adamantinam, idest eodem exponents, super Sanctos, & Apostolos suos, adde, Apostolicos, & Doctores, ut & ipsi adamantes vocarentur, & a nullo superari dicerentur.

6 Et ad idem propositum idem dicebat Ezech. ut adamantem, & silicem dedi faciem tuam. Adamas, & silex vtraque dura, sed vnum horum pretiosum est, alterum vile; adamas ad ornamentum sumitur, silex ab itineantibus calcatur; qui adamanti assimilantur, sunt, qui ex charismatibus honorantur, qui ab auditoribus conculcantur, nec tamen à prædicatione desistunt, nec tacent, sicuti comparantur. Siue ergo Doctor ex splendoribus emicet gratiarum, siue ex contradictione linguarum sanam doctrinam despicientium, ut adamantem, & silicem ponit Deum, ut valentiores sint ipsis oppugnantibus. Id in Ecclesia factum cernimus, dicente Petusiora Ildoro lib. 3. ep. 5. Non tanquam nemo Ecclesia bellum indidurus, atque extinguere adnikurus esset; verum quod multi aduersus eam pugnatu; sed tamē non quia vincendi, & profigandi essent, dictum est, & porte inferi non præualebant aduersus eam. subaudi Ecclesiam, Sic quisippe contigit, oppugnata enim est, sed non oppressa; verum ipsi ipsi, qui eam extinguere tentauerunt, splendidior emicuit. an non adamas, an non silex scintillas emittens? quid igitur miraris si Sancti etiam viri Doctores, & Predicatores bello exagitantur, ex bellis enim præclariora trophaea, atque ornatiora spolia esse videntur, sed quid Basilius in cap. 3. Esai. Nobis autem conducibile fuerit, & cōmodum, si tempore persecutionis animo præstanti, & intrepido dixerimus illud Gētibus. Si iterum præualueritis, iterum vincemini; Gentiles enim subinde, dum Christi Ecclesiam oppugnant, pessum ierunt, Quomodo enim auersione incense, ac flagrantis materiae flamma in manus attollitur; sic semper contingit, ut qui toto adu'su studere demoliri Ecclesiam violenta oppressionum; eam ad augustiorem, & ampliorem gloriam, ac potestatem extulerant, facta adamas ex maiestate, silex ex scintillante virtute. Nam, ut perbellè Leo Papa in sermone de SS. Petro, & Paulo, non minuitur persecuti onibus Ecclesia, sed augetur, & semper Dominicus ager segete ditiorē vestitur, dum grana, quae singula cadunt, multiplicata nascuntur.

7 Quot contradictiones? quot oppugnationes Euangelicus Doctor sustinet? secretas machinationes struunt, veluti in pharetra sagittas

tas recondentes; deinde quod fraudulenter opertum est, fraudulentius innotescit ob apertas contumelias, quas audit; hactenus ictus sustinet, dum etiam ad corporis supplicia hostes irrumpunt; & ad prædicandam veritatem acrius instigatur, quo maiori persecutione premitur. Exemplo eiusdem Pauli idem ostenditur, quia cum prædicaret, & confirmaret animos discipulorum, ne dum infidias, contumelias sed et lapides sustinuit Act. 24. & extractus à Ciuitate reputatus mortuus. [Perpendamus, ait Gregor. 31. moral. c. 15: quæ hunc possent equum compescere, quando eum ab intentione sua non valet mors ipsa prohibere? ecce lapidibus obruitur, nec tamen à veritatis sermone remouetur; occidi potest, superari non potest, velut extinctus extra urbem projicitur, sed intra urbem die alio illæsus prædicator inuenitur. O quam fortis huic viro inest infirmitas! ò quam victrix pœna! ò quam dominatrix patientia! Ad arguendum, repulsione prouocatur, ad prædicandam salutem, plagis erigitur, ad propellendam laboris lassitudinem, pœna refouetur. Quæ ergo huic aduersitas superet, quem pœna fouet? sed equus Dei est, & pharetræ sagittas despicit, quia malitiæ consilia contemnit, vibratam hastam superat, quia, & contra persecutionis vulnera pectus firmat. Oppositum clypeum rumpit, quia disputationem, resistentium ratiocinando subigit. Terram forbet, quia peccatores in suo corpore exhortando conuertit, clangorem buccinæ sonare non reputat, quia vocem quamlibet terribilis prohibitionis calcat. Minus est autem, quod dicitur, quia fortis perseuerat in laboribus, adhuc, quod maius est, exultat in aduersis] Minus quod adamas, magis, quod ut silex conculcatus in scintillas erumpit. Hoc titulo celebris habetur S. Athanasius (ex Nazianzen. oratione in eius funere) quod splendida confessione veritatis animas colustrabat, omnium mentes, ad sanam doctrinam erigebat, durorum lapidum naturam imitando, nam, & percussentibus adamas efficitur, & dissidentibus Magnes arcana natura vis ferrum trahens, & durissimam materiam sibi adiungens, factus adamas, & silex (ut in nostro sistamus proposito) fidem illustrando, & defendendo, ictus quoque, & conculcationes sustinendo. Id enim videmus in Basilio ex persecutionibus Valentis &c. Hoc autem operatur contradictio, & persecutio contra veram fidem, ut, sicut dicebat Augustinus, Tyranni patientiam Ecclesie, ita rædodoxi sapientiam eiusdem exercent; & iterum, hæreticorum impugnatio emunere facit, quid habeat sana doctrina.

8 Hinc etiam per Ezech. commententur prædicatores ex Gregor. hom. 8. cum contradictorum sermones paruificandos admovent, ne doctrinæ iter relinquatur, quæ magis ex impugnatione illucescit [Sermones eorum ne metuas, quia increduli, & subuersores sunt tecum, & tu cum scorpionibus habitas:] increduli, & subuersores dum potli-

licendo seculares delicias. mentes innocentium, & eorum itinera peruertunt, & si apertè loqui videntur, sunt blandi, & malitiosi, qui bonis quidem in faciem non resistant, sed mox ut recesserint, derogant, alios, quos voluerint, inflammant, quæque possunt noxia immitunt, mortifera inferre occultè non desinunt. Scorpiones ergo sunt, qui blandi, & innoxij in facie videntur, sed post dorsum portant unde venenum fundant, & increduli, & subuersores tecum sunt, & tu cum scorpionibus habitas. Increduli sç. Deo, subuersores verò infirmantibus proximis; scorpiones autem fortibus, & robustis; quibus & si in facie contradicere non præsumunt, ex oculo tamen vultus derogationis inferunt, increduli quippe simul, & subuersores, & scorpiones sunt, quia & audita ea, quæ Dei sunt, non credunt, & eos quos prævalent, à bonis moribus subuertunt, & quos inflectere non valent, occultis machinationibus feriunt.] Ita multiplici contradictionum genere orthodoxa doctrina impetitur, siue per hæresim manifestam, siue per nouitates inauditas, siue manifestè, siue occultè seminatæ, quas sentiens vir orthodoxus, easq; repellendo, satis probatur in doctrina cum per aduersarias contradictiones à via veritatis non deuiis orthodoxus.

9 Verum non sunt timenda hæc ab orthodoxis. Rectè Seneca de prou. c. 4. dixit, hæc tanquam stimulos admoueri animis. *Calamitas, virtutis occasio est, & illos merito quis dixerit miseris, qui nimia felicitate torpescunt, quos velut in mari læto tranquillitas inere detinet.* Certè cum mirabiles sunt elationes maris, tunc mirabilis in altis Dominus: *mirabiles suspensiones maris, ait Aug. Mirabilis mina, mirabiles persecutiones, sed vide quid sequitur, mirabilis in altis Dominus: ambulauit super mare, & pressit fluctus, potestates, & Reges creauerunt, & subiugati sunt.* Ergo ne terremur quia & mirabiles suspensiones maris, mirabilis in altis Dominus, vt per hæc signum appareat veritatis catholicæ, quod Ecclesia turbata est, & non mergitur testimonia tua credibilia facta sunt nimis, &c.



C A P V T I X.

Nonus Character. Cùm Philosophiã, & externas facultates, velut ancillas vocat ad arcẽ sciẽtia Dei, easq; captiuat in obsequiũ Christi; nota non leuis veritatis eiusdẽ.



Octrine etiam delectus habendus est, si eum finem sibi prescribat, quem sibi sacra doctrina prescribit. Supposito ergo illo principio, quod gratia non destruit naturam, sed perficit, recte statuit Angelicus .1. p. q. 1. a. 8. ad 2. quod *utitur sacra doctrina etiam ratione humana, non quidem ad probandam fidem, quia propter hoc tolleretur meritum fides; sed ad manifestandum aliqua alia, que*

et admiatur in hac doctrina. Cum igitur gratia non tollat naturam, sed perficiat, oportet, quod naturalis ratio subserviat fidei, sicut, & naturalis inclinatio voluntatis obsequitur charitati. vnde Apostolus dicit 2. Cor. 10. in captiuitatem redigentes intellectum in obsequium fidei: Et inde est, quod auctoritatibus Philosophorum sacra doctrina utitur, ubi per rationem naturalem veritatem cognoscere potuerunt, sicut Paulus Act. 17. introducit verbum Arati dicens: sicut & quidã posteorum vestrorum dixerunt, Genus Dei sumus; sed tamen sacra doctrina eiusmodi auctoritatibus utitur quasi extraneis argumentis, sed probabilibus] ad differentiam auctoritatum, que desumuntur ex lib. canonicis, que necessitatem habent, & propriæ sunt, & auctoritatem, que desumuntur ex doctrinis SS. que non semper necessitatem habent, nisi cum traditionem exprimunt, non tamen extrinsecum locum habent, quia inter subsellia Ecclesiastica locum suum obtinent.

2. Utitur ergo doctrina sacra, ratione naturali, & auctoritate Philosophorum, defendendo fidem à Gentilibus, eorum rationes dissoluendo, & necessaria multa, que ratione naturali cognosci possunt de Deo, statuendo, & demonstrando etiam multa attributa, vt

M

sim-

simplicitatem infinitatem, & eiusmodi.

Fuit autem Philosophia diuinæ prouidentię optis insignis, vnde meritò dixit Strommateus lib: 6. *Ipsam Philosophiam Græcis veluti proprium datum esse testamentum, ut quæ sit fundamentum Christianæ Philosophiæ, etiam si, qui ex Græcis philosophantur, ad veritatem sua sponte obsurdescant, Barbarorum voces vilipendentes.* Vt ergo essent inexcusabiles, datus est quoq; illis pedagogus ratio naturalis, & vera Philosophia, tum ad veram cognitionem habendam de ijs, quæ naturali lumine cognosci possunt, quàm quæ pertinent ad informationē morū. vnde in Tuscul. *Magistros virtutis parens eloquentiæ appellabas, ad hunc finem, Philosophos.* Etiam Sybillas destinauit: vnde idem Strommateus eodem libro dicebat. *Libros quoq; Græcos sumite: agnoscite Sybillam, quomodo vnum Deum significat, & ea, quæ sunt futura, &c.* & quod magis est etiam de multis pertinentibus ad mysteria fideliter differuerit, tam Sybilla, quàm Philosophi, vnde eorum testimonijs Christiani vtentur aduersus gentes. Propter quod ex Origene lib: 4. contra Celsum, vocati sunt Christiani *Sybillæ*: & philosophi ex Aug. 2. de ciu. c. 7. *Multa nobiscū sentiunt præcipua nostræ fidei.* & Tertul. lib. de anima dicebat. *Non negabimus Philosophos aliquando iure nosse, sensisse, testimonium veritatis etiam in inuentiis ipsi.* & Minucius in Octauo, vt quis arbitratur, aut tunc Christianus philosophus esse, aut philosophus tunc fuisse Christianos. Et quidem mysteria supernaturalia diuinius fuerunt edocti ex lectione Barbaræ Philosophiæ, ex Clem. Alex. vnde Tertull. in Apolog. c. 47. *quis Poetarum? quis Sophistarum? qui non omnino de fonte Prophetarum potauerit?* vnde igitur Philosophi fidei ingenij sui potauerunt? & S. Th. 2. 2. q. 2. a. 7. ad 3. *Nā & Sybillæ ex virginittatis premio altius illustratæ sunt ex Prophetiæ dono. Voluit Deus, vt superstitione Paganorū de multiplicitate Deorum non modo nostrorum scriptis, sed etiam ex ipsorum monumentis confutaretur.* vide Baro. anno 143. num. 3.

3. Videns autem diabolus magnam iacturam fieri in suo Regno tam ex Philosophis, quàm ex Sybillarum monumentis, in verosq; acies suas armauit; excepto enim Musonio (ex Dione) omnes Philosophos Roma expulit Vespasianus. Perstiterat idem prius, & Nero, & sub Consul. Fab. & Frabon. & Valerio Messala publicatum est edictū exiij aduersus eosdem. Fortè ex nimia libertate, qua nec Regibus, vel Magistratibus in reprehendendo parcebant: sed id præcipuum prætendebat malus ales, vt sublatis de medio uirtutibus, cognitio veræ fidei quoque impediatur, multum enim conducit ad fidem, morum, informatio, vt Alexandrinus idem fatetur, &c. Circa Sybillarum lectionem ex Suet. in Octau. c. 31. *Soli libri Sybillini rotensi, ceteris fœdidicis libris explosi, & conditi sunt in duobus foveolis aut ditis, sub Pala-*

Sancti Apollinis bas. Imò & opera, & instinctu demonum, factum est (vt dicit Iustinus Martyr oratione ad Antoninum Pium) sub panna capitis vetita est eorumdem lectio, & si hoc propòsitū Gentilitas obtinere non potuerit, etiam si multi in publico eos legere saltem formidarent, vt ex Flauio Vopisco accipi potest in Valer. Imperat. A tempore Arnobij adhuc musitabatur (lib. 3. contra gentes) oportere statui per Senatum, vt abolerentur ea scripta, quibus Christiana Religio comprobabatur. Similiter ad eorundem auctoritatem infirmendam ex Last. lib. 4. c. 25. in dubium verterunt, num talia opera Sybillæ edidissent sed nihil horum obfuit, quin ex his libris tanquam testamēto à Deo illis tradito, de Gentilitate vanitate Pagani reuincerentur.

4 Merito ergo Gentilium dictis, vbi fides defendi poterat, & roborari, nostra Theologia vsa est ad superstitionem Gentilitiam reuincendam: vnde Paulus Apostolus à scholis Philosophorum non abhorrebat; Ephesi permansit 1. Cor. vlt. ipso dicente. *Permanebo autem Ephesi vsq; ad Pentecostem*, erat autem Ephesina Ciuitas Metropolis Asiae Minoris, vbi Magistratus, vbi Philosophorum scholæ: & Ephesus penetrasse, ingens ostium illi apertum esse, idem confitetur: *ostium mihi apertum est magnum, & euidentis nempe ex doctrinis Philosophiæ, quas ibi sapientes profitebantur, vt contradictores argueret, & confutaret, & viam Christianæ fidei prepararet; nam (vt dicebat Alexandrin.) regali quidem doctrina viam preparabat.* Eandem viam aggressus Origenes, ex Eusebio, multos Gentiles adduxit ad fidem, quo facto moti etiam multi hæretici (ex Baro. anno 220. num. 8.) licet malo animo, venerunt ad disputandum cum Origene, & sub Iudice Philosopho disputatio habita est, victoria penes Ecclesiam propendente, vt nedum multi ex Gentilibus, sed etiam ex hæreticis moti sint ad fidem catholicam amplectendam. Innumera alia reticentur exëpla, quæ breuitatis causa omittuntur.

5 Obijciunt hæretici primo Apostolum Paulum Philosophiam reprehendere, dicendo, *Iudaos signa petere, Græcos vero sapientiæ, & iterum infirma elegisse, vt fortia quæq; confunderet*, illudq; allegare: *Perdam sapientiam sapientum.* Sed in promptu est solutio. Non reprehendere Apostolum Philosophiam secundum se, sed illam, quæ erat admixta cum superstitionibus, & plausum, & gloriam vanam aucupabatur: & ad hunc effectum cultum Deorum, & alios errores viribus eloquentiæ suadere conabantur Philosophi. Sed ut Græcanicæ illi mixtionis, & affectationi Deus O. M. se opponeret, pauperes, indoctos elegit ad confundendos sapientes, & prædicationem Evangelij non fundatam esse super sapientiam hominum, sed in virtute Dei demonstrauit. Versutia autem Philosophorum fuit grandis de vitijs, & virtutibus differere, & facit Christiana Religio (licet plenius, pu-

rius, & vniuersalius) nã vt dicit Caiet. 3. p. q. 42. 2. 2. ad 2. *Experientia teste videmus Christianã vitam plenam omnis boni moris, inimicam omni vitio, nec in aliquo culpabilem, in nullo superstitionem, in nullo phantasticam, s; secundum Christi doctrinam instituta fuisse.*] Verum quia bonum ex integra causa confurgit, parum erat vitam informare sine vero cultu; & si prætendebant Philosophicis præceptis Philosophi vitam humanam instruere, procurabant tamen radices altas figere superstitionum, & falsi cultus; propterea Deus elegit Apostolos, vt sapientes confunderet, qui sub specie informationis. morum, a stultè falsam Religionem stabilire conabantur, & veram Philosophiã ipsi traderent, quæ ad iter fidei Christianæ errantes manu duceret, quæ etiam sicut (quæ de virtutibus scripserunt) multa recepit; sic innumera quæ ad cultum, & superstitiones pertinebant, repudiavit.

6 Alium secundò afferunt locum. *Videte ne quis vos decipiat per Philosophiam, & inanem fallaciam.* Idemque Philosophi à Tertull. contra Hermog. vocantur *Patriarchæ hæreticorũ, & de præscriptione* dicit de Aristot. c. 7. *Inserunt Aristotelem, qui illis Dialecticam instituit, artificem fruendi, & destruendi, uti spelle in sententijs, coactam in coniecturis, duram in argumentis, operariam consensusum.* Amplius. *Natae sunt hæreses de ingenio sapientia secularis, quam Dominus Antichristum vocans, Rulha mundi in confusionem etiam ipsius Philosophia elegit, ea enim est materia sapientia secularis, temperaria interpretatur nature diuinae, & dispositionis. Ipsa denique hæresis à Philosophia subornatur &c.* hinc merito cautum est in Concil. Carthaginensi ne Episcopi libros Gentilium legerent. Verum hæc omnia facilem accipiunt solutionem. Non loquitur Tertull. de omni Philosophia, sed de Philosophia Epicureorum, & antiquorum Gnosticorum, & de his dicebat Apologet. c. 47. *eadem materia apud hæreticos, & philosophos voluntatur, ydem tractatus implicantur.* Vel de Philosophia non absolute, sed ad proprios fines, & phantasias adukerata, Siquidem (ex eodem) à quibusdam philosophia eiecta est: *d Thebanis quoque; & Spartiatis, & Argiuis dum nostra conantur; & homines gloria: vt diximus, & eloquentia solius libidine, si quid in Sanctis Scripturis offenderant, digestis pro instituto curiositatis ad propria opera verterunt*] vnde merito Apostolus adiunxit, *secundum traditionem hominum, vel secundum elementa mundi, vel prout Philosophi res fidei metiri per humanas rationes conabantur, cum secundum altissimã causam, non secundum humanas rationes considerare diuina debeamus, non secus fluxũ, ac refluxũ maris non per virtutẽ aquæ sed per Lunarem motum agnoscimus; quare bene scripsit Caiet. Philosophia consistit in proprijs, non aduersatur Christo, sed est secundũ Christum, in quo sunt thesauri sapientia, & scientie Dei.*

Et

7 Et secundum hanc doctrinam intelligere debemus, quo sensu dicti sint Philosophi Patriarchæ hereticorum, & hereses à Philosophia subornari: istæ enim propositiones secundum se non sunt veræ, sed ex abundantia malitia vel non de dogmatibus, quæ ex Philosophia probari possunt loquitur Apostolus, sed ex permixtione falsarum propositionum cum veris: vel secundum instituta peculiarium Sectarum; quod colligitur ex Tertulliano, postquam pronunciauit hereses à Philosophia subornari, mox subdit. *Inde Æones, & formæ nascio quæ, & Trinitas hominis apud Valentinum, Platonice fuerat, inde Marcionis Deus melior de tranquillitate à Stoicis venerat, & uti anima interire dicitur ab Epicureis observatur, & ut carnis resurrectione negetur, de una omnium Philosophorum schola sumitur, in hoc enim omnes conspirant, ut ubi materia cum Deo aquetur, Zenonis disciplina est, & ubi aliquid de igneo Deo allegetur, Heraclitus interuenit, &c.*] & secundum hunc sensum S. Thomas locutus est, dum loquens de Origene dixit 1. p. q. 51. a. 1. ad 1. *in multis deceptus est sequens antiquorum Philosophorum opiniones.* Non omnia omnium in omnibus sectis, quæ suo instituto faciebant, eliciebant ex singulis singula placita, quæ sibi ardebant. Quod si interdicti à Patribus, & Concilijs visa est lectio Philosophorum Gentilium, non simpliciter est vetita, sed quæ excedebat metas, & sine profectus Christiani Theologi. Et sicut hunc sensum Basil. magnus celebris apud Nazianz. habetur eo titulo, quod *eloquentia studium ei supernacaneum erat, ex ea tamen tantum decerpit, quantum illi ad nostram Philosophiam opus erat, quoniam & vis huius ad intelligendorum demonstrationem est necessaria.*

8 Quæ autem disciplinæ naturales, & morales addiscendæ sunt, ex Augustino de doctrina Christiana, & alijs addiscere lubet. Legatur plene de hoc argumento Laurentius à Villauincencio lib. 4. de studio Theologico, & alij scriptores.

9 Vfus ergo Philosophicæ doctrinæ fuit valde rationabilis. Primo quia præsertim (Scriptores veteres) diutius se exercuerant in palestra illius, & ceterarum naturalium facultatum, & prima salua, ve dicitur, illis optime sapiebat, & pristinum odorem seruabant, quem primitus imbuerant, & decorum existimarunt onustos opibus Ægyptiorum ultra mare rubrum commeantes, ostendere quid secum asportarent.

Præterea declarare voluerunt quomodo Theologia erat Regina, ceteræ verò facultates naturales pedissequæ, vnde iure suo quicquid conducebat ad veritatem assumere poterat, & repugnans, ad communem vtilitatem, & beneficium eliminare, qua in re maius obsequium Ecclesie præstiterunt PP. quæ Hebræi, qui aurum, & argentum ab idolatris

litris abstulerunt, & in vsum templi contulerunt. Hanc rationem eleganter prosequitur Aug. 2. de doctrina Christiana c. 40. & Hieronymus ad Magnum Oratorem, ad hos lectorem remittimus.

Insuper cum ex Philosophis, Poetis, & omni doctrina seculari preccederent instructi Gentiles, operę pretium erat iisdem armis eos cõfodere, quibus illi utebantur, & Goliath proprio mucrone truncare. Coacti ergo sunt ijs armis se munire ad aduersarios retundendos, quando simplicitati Christianę illudebant, & omni Philosophico apparatu, contortis, & aculeatis telis sophismatum, acies Dei profligare consabatur.

10 Amplius, multa controuertebantur de mundo, de cęlis, de anima, de virtutibus, & vitijs, de apathia, quę apud Philosophos in placabili bello discutebantur; vnde non exiguum tempus insumebat in ponderandis argumentis, in selectione eorum, quę verę fidei concordabant, & ne à vero itineris tramite deuiarent, reginę scientiarum erudiendi tradebantur.

Semper tamen illis cura fuit necessaria accipere, superflua, & impertinentia præcidere, quod valde annotare debent, qui pro dignitate Theologica res, & materias illius tractare debēt. Satis decantata est allegoria, qua nos admonet S. Hieronymus, vt si exteris facultatibus indagemus, & Philosophorum placitis, *ut abradamus, & præcidamus, quę superuacanea, & noxia sunt, utilia consueuanter*, exemplo illo mulieris captiue, vt scribitur in Deuteron. c. 21. cuius supercilia, caput, &c. abradenda erant, si in coniugium erat assumenda. Nichil ergo prohibet rationabilius fieri idem debere de sapientia seculari, vt si eius uenustate, & membrorum pulchritudine quis alliciatur, vt illi copulari possit; si quid in ea mortuum idolatrię, voluptatis, erroris, præcidatur, atq; radatur, & mixtus purissimo corpori, veraculis aggenerari possint.

11 Quę cum ita sint, satis ex principatu, & usu sacre doctrinę omnium inferiorum facultatum apparet deprehendi veritatem orthodoxię, signum enim ueritatis est, omnia inter se consonare; uerum certę nullo modo contradicit uero; & subordinatio rationis naturalis lumini fidei, opponi villo modo nequit. cõtra uero cacodoxię signũ est, & phanaticę sapientię, cum doctrina aliqua necdum Theologorum documentis, sed rectę philosophię, & lumini naturali aduersatur, quare facillime Mahumetis secta, & Lutherica impugnari possunt ab orthodoxis ob multa paradoxa earum sectarum, quę etiam naturalis ratio abhorret. Communita ergo sacra doctrina ex his inferioribus facultatibus, ne dum splendor, & uenustas eidem tanquam reginę superadderetur, sed facillimę error in medium prolatus (& si fucos, & stibio ornetur) euitari poterit, & quęuis ancilla si deprehendetur velle

in dominam insurgere, & illi nolle deferre principatum, merito uapulari-
 labit, donec fasces Domine sue submittat, in cuius manu est, & uti
 ea possit in sui obsequium, captiuando omnem intellectum in obse-
 quium Christi, ut dicebat Apostol. 2. Cor. 10. unde Gen. 32. Abra-
 ham ad Saram dixit, cum Agar recalcitrantem domine Sarę vidit.
Ecce ancilla in manibus tuis, utere ea, ut lubet. Quasi diceret, ait,
Clem. Alex. 1. Strom. [secularem quidem amplector doctrinam, &
ut ianorem, & ut conseruam, scientiam autem tuam, ut perfectam
Dominam honoro, & colo, & afflixit eam Sara, quod perinde est, ac
correxit, & admonuit.] admonet ergo, & corrigit Theologia, infe-
 riorum scientiarum placita, cum uiderit à doctrina sua deuiare, & cum
 ueluti plantę luxuriantes crescunt, ad putationem festinat, ne sit uitis
 frondosa Israel, & fructus ei adqueatur. Id si aduertisset Elucidista,
 per principia Theologica Periparetica, & Medica, non cõtra, se, regu-
 lasset.

C A P V T X.

Decimus Character. Cùm doctrina non ex
 proprio ingenio parta pprios fetus ob-
 trudit, sed quę diuinitus accepit, po-
 steris consignat; ueritatis etiã
 sigillo obsignatur.



*E curiosus, quę super nos sunt indage-
 mus, id quod ueritatis hostibus euenit,*
 dicebat Chryf. Hom. 2. in 1. cap Genes.
*qui uoluerunt proprijs rationibus uni-
 uersa expendere, non cogitantes, quod*
*impossibile sit humane nature Dei opifi-
 cium penitus ediscere.* Hinc ex curiosi-
 tate ad propria inuenienda, & proprios
 fetus inducendos paratur uia. Hinc laxa-
 te sunt habentę mentis cogitationibus,
 quibus in impietatis pelagus infirmi se immerferunt (dicebat idem
 Chryf.

Chryf. 1. Cor. 2. Hom. 7. unde innumera hereses pullularunt, & in rebus quidem absurdissimis delati sunt, in quibus autem sanum aliquid imaginati sunt, quamuis tanquam in umbra, & somnijs id inuenerunt, inuicem dissenserunt, ut utrinque irriderentur. quod enim ex nihilo nihil fiat, omnes uno fore consensu, & dixerunt, & literis mandauerunt, & quidem accuratissime: in absurdas itaq; opinionem impulit eos diabolus. In scrijs uero in quibus uisi sunt inuestigando, quamuis in enigmate aliquid inuenisset, in ys aliter alteri bellum indixerunt, ut exempli gratia, quod immortalis sit anima, quod uirtus nulla exteriori re indigeat, quod non necessario, neque fato homines, aut boni fiant, aut mali. Intueris diaboli malitiam? scibi corruptum aliquid intuitus est, effecit ut qui id dicerent, oēs uno ore assererent; si quid sanum locuti sunt, alios in alios excitauit. Itaque neq; absurda abolerentur consensu, omnia confirmata, & utilia omnibus; undiq; insultantibus proferuntur.] Ex priorum ergo placitorum Ministromachia, nedum veteres Philosophi, sed, & qui eorum fetus hæretici, sunt suffurati, processerunt, erigentes Chalarnam Turrim, diuisa mente, & intelligentia fabricantes contradictionum, & dissidiorum opus, non solum diuersa, & aduersa inter se paradoxetera, prout cuiusque animus sibi author erat, effingentes; sed & diuersas, & aduersas interpretationes, proutlibet diuinæ Scripturæ adaptantes. Meminimus enim, dicebat Tertull. lib. de pudicit. c. 19. & *Histriones cum allegoricis gestus accomodant canticis, alia longe à presenti, & fabula, & scena, & persona, & c. sic & hæretici easdem parabolas, quò uolunt tribuunt, non quò debent aptissime excludunt & c.*] quare & hæ nouellæ inuentiones, & peruerfiones, proprii spiritus fructus sunt, ex curiositate prouenientes; unde & suspecta, & falsa eorum dogmata redduntur, & coactæ expositiones, quæ etiam à subtilitate uideantur lucis promanare, & ipsæ sunt, quæ abducunt à ueritate. *Hæ semper* (dicebat Athanasius oratione 5. contra Arian.) *Omnia miscere & turbant, cauillationesq; excogitant, & ex oratione ad Episcopos Egypti. Cum insidijs studēt, se simulans de fide scribere, cum propria venditent, & dum uidentur manus lauare cum Pilato, maiores errores fingunt, & docent, & suam incertam fidem demonstrant, uel potius certam infidelitatem, demensāq; offendunt?* turpissimus morbus est proprios obrudere partus, nam ludendo opinionibus, applauditur facillimè falsis opinionibus, inde pro earum defensione ad calumnias armantur homines, diuisi in Schismata, & seditiones.

2 In Synodo Antiochena ex Socrate 2. hist. Eccl. c. 93. Eudoxius singularem argutiam adinuenit, ut obtineret Filium esse dissimilem Patri, sic arguendo. Pater neminem colit, Filius colit Patrem: Sicut ergo

ergo dissimiles. Haec erant dictiones Pater *Asebis*, Filius *Eusebes*, vltus
 est illo vocabulo praestigiator ille, *asebis* pro non colente Deum, quod
 alioqui significat impium : Ex hoc nouo foeti offensus est populus
 prophanitate vocabuli : sed Eudoxius ne male audiret, vocabulum
 aliter interpretatus, sedatoque tumultu, in cachinnos resoluta est Ec-
 clesia, vt perseveret hoc dictum ridiculum ad hunc vsque diem. tales
 argutiae tanquam proprii foetus introductae, Ecclesias quoque turba-
 runt, & cum eiusmodi nouitatibus datur locus, infinita seges datur
 ludendi in opinionibus, & cultibus.

3 Talis est hominum natura (dicebat Thucydides) quod *fastidit
 praesentia, & amat noua*. cur autem doctrina corrumpatur, inde na-
 scitur, quod in eam inuehens, proprium vult tradere, quod propterea
 nouitatem habere necesse est; & auditores vetera fastidiunt, & pruritus
 nouitatis citillatur ad noua audiendum. In tradendis proprijs mul-
 tum laboratur; nam, ne videantur eadem dici, verba mutantur, &
 verborum mutatio parit quoque sententias nouas, & ad illas tuendas ad
 logomachias confugiunt, quae odia accendunt, & scissiones pariunt.
 quare semper in Concilijs cantum est, vt non tantum Sanctorum do-
 ctrinas sectaremur, sed etiam eorundem verba retineremus, ne dare-
 tur occasio Logomachiae, & ne mutationi verborum assueti, sententijs
 mutantis locus daretur, & propria obrudendi. Hinc vero obnoxij
 sunt ij, de quibus Nazianz. ad Iulian. tributor. exequat. *Qui loqua-
 citatem non repriment, & illum impetum, quo aidea, quae Spiritus
 sunt, sine Spiritu docenda, & exponenda praecipiter ferantur, &c. igno-
 rantes (ex eodem opus. de silentio in quadrag.) quod sermo simul,
 atque à lingua eruperit, effrenato quodam impetu furit, nec iam
 vnquam regressitur: perinde remedium exponit, vt si quis obliquam
 plantam manu paulatim in contrariam partem inflectat, hoc affequi-
 tar, vsquam primum violentiam ab ea manu subdlexerit, rigida
 fiet, nec iam pristino obliquitatis vitio laboret; sic cum ex praecipitis
 sermonis impetu mediocritatis regula exceditur, nullum melius re-
 medium reperitur, quam vt [eum sermonem p[ro]mā quis, quem ex
 praemeditato peccore promit, & lingua & quae tacenda sunt, & quae di-
 cenda addiscat.] Sic enim fit, vt loquacitate depressa, conceptus pa-
 ziter refrenet, & examinet, nihilque intendum proponat, quod non
 è sacris Literis, & diuinis traditionibus, & Deiloquib[us] PP. op[er]i-
 bus acceperit, non suum; sed diuinorum scriptorum spiritum eructis,
 nam interim si his relictis, vel Gentiliū lectionibus (piusquam par est)
 incumbit, non nisi phantasias, & appetitiones ostarum Aegypti spiri-
 bit, vel sedas imagines in lucem emittet, vt adulterini partus appa-
 reant: vt accidit ex imaginum conceptione, quae conceptus temporē
 repraesentari soleat; vnde idem Gregorius dicebat *Diuinis oraculis**

*evoluendis, mentis puritatem collegi, ex sacris nimirum literis scriptis
 exprimens : quarum lectio hoc mihi praestitit, ut amarum propheta-
 norum librorum, qui antea facata, & non nisi fœcis coloribus, indulta
 pulebritudine animum meum demulcebant, salfugineo expuerem, &
 & merito, nam non sunt rosida mella, quæ ex amaris floribus colli-
 guntur. Præter hæc, non exiguum remedium esset ad compescenda,
 petulantia ingenia, & fecundas librorum genituras, quod protulit
 Nazian. de moderat. in disput. servanda fieret. *Et certis hominibus de
 fide disputandi, & scribendi potestas fieret: nec rursus nimium inexplabi-
 les, & ambitiosæ, atque impietatis studio ferventiores, quam par sit,
 atque hi quidem illuc collocarentur, ubi nec sibi ipsis, nec alijs pern-
 ciosæ essent: is autem, qui in disputationibus modesti, & verè com-
 positi, & moderati essent, libera disputandi facultas daretur, simili-
 ter, & scribendi. Nam animo inexplabiles, & curiosi, & ambitiosæ
 vanæque laudis cupidæ, ad comparandum sibi vomen, subinde ad con-
 tentionem, ad loquacitatem nati, quotidie sua placita polire, & in-
 crustare putant, & novas officinas condunt, ubi ista fabricentur. con-
 tra fidem crabrones, hoc est Gentiles excitant, exteris à nostra Reli-
 gione aduersus orthodoxiam insurgendi occasionem præbentes, ex
 nostris inuentis, vel controuersijs nostris oppugnandi materiam acci-
 pientes, aliorum laboribus ad propositum eorum abutentes, & vete-
 ri colluuiam quandam opinionum in vnum torrentem cogentes, vel or-
 thodoxos fatigens ex tot operibus expédendis, atq; librandis. Verum
 si pruritus istum in rebus Theologicis sedare quis non possit, & par-
 rurentem linguam, vel imaginatiuam refrænare in tot adinventioni-
 bus, quæ vel ad pietatem non faciunt, vel illi abesse possunt; audias
 cuiusdam Theologi consilium in oratione secunda de Theolog. [Mul-
 ta, dicebat, alia, & honorifica argumenta tibi suppetunt, ad quæ morbû
 istum non sine fruge convertere queas. Pythagoræ silentium, & fabas
 illas Orphicas insectare, recentiumque arrogantiam horum verborû
 ipse dixit. Impete Platonis ideas, animorumque vestrorum in varia
 corpora immigrationes, & circumitiones, & reminiscencias, &c. Epi-
 curi impium numinis contemptum exagita, nec nõ athomos, & phi-
 losophia indignam voluptatem. Aristotelis ieiunam, & angustam
 providentiam, xersurumque item artificium, & mortales de anima
 sermones, & nimis humana, atque abiecta huius viri dogmata confu-
 ta (hæc multi Aristoteli impegerunt). Stoicorum supercilium deiecit
 Cynicorum ingluuiem, & scurrilitatem impete. Vacuum illud nug-
 garum certè plenum iacesse. denique quæcumque illi de Dijs, de sa-
 crificijs, de simulacris, de dæmonibus, tam beneficis, quam maleficis,
 de vaticinatione, de numinis, & animorum euocatione, ac postremo
 de vis, & facultate syderum, vaoissimè disputant,] & sequitur. [Quod
 si de**

de his rebus, ut paruis, ac saepe confutatis disputationem institueret
 reculas, atque in tuis versari gestis disputationibus, & inventionibus,
 in istaque gloriam, nominisque celebritatem affectas, & hic tibi laetam
 viam patere ostendam: De mundo, de mundis philosophare, de mate-
 ria, de anima, de naturis ratione praeditis, tam praestantioribus, quam
 inferioribus, de resurrectione, de iudicio, de praemijs, ac poenis, de
 Christi supplicijs; in his enim argumentis, & scopum assequi ve-
 est, & aberrare minimè periculosum,] quae cum non seruent libera-
 quidam homines, & elati supercilio Thraconico (ac si essent rerum ab-
 oculis nostris remotarum spectatores, & arcanorum auditores; ac si
 essent Helias in sublimè rapti, vel Moyses in montem cum Deo collo-
 quentes, vel Paulus ad tertium caelum rapti) fingendi obmuto sunt; in
 suo loco residere, non sapere plusquam pareat, & secum iura mensurae
 Dei Theologica tractare, receptam, & communè doctrinam tradere,
 non propria placita ab ipsis inuenta, Ecclesiae obtrudere: Vnde Basilius
 id seruans, ab alijs lectuari cupiebat; scribens enim ad Antiochenam
 Ecclesiam, sic dictabat. *Fidem nos neque ab alijs scriptam nobis re-
 centiorem suscipimus, neque ipsi mentis nostrae germina tradere aude-
 mus, ne haereticana commenta existimantur esse verba religionis, sed
 quae à Sanctis Patribus edoceri solent, ea interrogantibus nos annu-
 tiamus.*

Haec propterea fecerunt, & germinum productio, familiaris
 haereticorum genitura est, ad incubo Deastro fecundata, qui visibiles
 habet pro oraculis; phantasias proprias pro Apocalypsi; insanas cere-
 bri molitiones, pro articulis fidei venditat, quodlibet sententiæ intem-
 perantiam permittit; certè cū Euthusianis consanguineis de miscetur,
 propterea vbi residet, ibi schola impietatis erigitur, vbi sedet in cathedra
 omnis magistellus inuentor sectarum, dux seditionum, antiquae
 vetustatis tyrannus, diuinorum eloquiorum terror. In eam formam
 degenerat rector cathedrae eiusmodi pestilentiae, ut omnium placita
 percurrat, & per multas prius opinionum formas agitur, velut ex-
 plorante ingenio, quae vbi tutius fabricari possint fabulas, & nouas le-
 ges; sed non sistit impietas, quousque aequori parua, & angusta cymba
 ingenioli sui audaciter se committat, vnde posse in vortices, & infrac-
 tus, & in scopulos, in Scyllam, & Charybdim incurrere. Nam
 tandem hic anchoram figit, quod scilicet, vult regulam veritatis, pro-
 prium sensum omnium sensui praeforandum, vnde nec decreta prae-
 cedentium gratum extimat, antiquissimas non consulit leges, nullius te-
 stimonium recipit; communitatem Patrum, & Ecclesiae sensum excludit;
 Sic vestis qua amicitur praedicans, ex Tertullian. lib. de Pall. cap. 3.
*Multicolor, discolor, varficolor, nunquam ipsa, semper alia, & si
 semper ipsa, quando alia toties mutanda, quoties mouenda* (sic descri-

bebat, Pauonis habitum) ad denotandum varios colores opinionum, quibus apicitur: vel si maius instar Cameleontis; cuius proprietates una sit, quid accessit, inde suffunditur: hoc sibi Cameleontis datum, quod vulgo dictum est, de corio suo ludere. Sese ipsa enim nec contentus, tot cudit, & recudit, opiniones, ut in serio fidei negotio ob crebras mutationes ignorat quid tandem vesperus importatus sit, & ut sit in sacunculorum ludo, in vasto opinionum agmine, velut calculus calculum: sic posterior priorem sententiam extrudit; & quem admodum accidit, qui longa in gyrum agitatione mouentur, vsque ad vertiginem perueniunt, neque ipsi in eadem statione diu retinent, naque stabili aspectu quicquam firmum intueantur; sic his quibus proprium placitum sapit, non figitur mens in suo iudicio, sed semper inuentor illius versatilis est; & in ipso curiositatis excessu semper inconstans, caput per subtilitates circumferitur, & superuacanea rotâdo, ut mirum non sit, si illis etiam fides nostra moueri videatur, cum tamen ipsi circumferantur omni vento doctrinae, ut in uno vestigio haerere non possint, & quod magis firmare se conantur, eò in praecipitum concitatus. Talis est conditio vertiginosi spiritus, ut firmare rotantem nullus possit, nisi ut violentius projiciat. Et si maius hoc magistralos Euripis comparare, non abnuo; id enim Magnus prius docuit Nazianz. oratione ad 150. Epit. dicendo, hodie esse huius placiti, etiam contrariae sententiae, si spiritus resisterit; proinde quod grauisimum est apud eoldem auditores, contraria loqui non erubescunt, non sibi proinde constantes, eos immutante contentione. Hi fructus instabiles ex priuatis placitis; vnde ex hoc colligere poteris, quid ad orthodoxiam pertinet, quid ad cacodoxiam.



CAPV V XL

Vndecimus Character. Si doctrina cum humilitate coniuncta sit, non ventoso spiritu superbiæ agitata; diuinam Orthodoxiæ notam habet.



*S*anctus Spiritus quo maiori luce virtutis electorum corda irradiat, eo & abundantiore dono humilitatis ditat; quo tantis celsiores sunt meritis, planiores sunt per virtutem humilitatis. *Gre. 1. Reg. c. xiii. lib. 4. exp. 5.* Hinc veram sapientiam colligamus necesse est, individuo nexu oportere esse cum humilitate coniunctam. Vidit Iacob scalam in somnis, & Dominum intixum scalz. Quid ita ait Godé-

fridus Tihmanus in allegorijs ex Bernardo? Nisi quod in culmine humilitatis contrahitur cognitio veritatis. Dominus quippe de summitate scalz prospicit super stros hominum, tanquam veritas; genius oculi sicut fallere nolunt, ita falli non possunt. Nonne tibi videtur de alto clamare, & dicere requirentibus se, transite ad me omnes, qui contempseritis me, & a generationibus meis adimplerini?

2 Sed & cum Dominus scientiarum Deus sit, merito eos in scholares exoptat, qui præbent se docibiles Deo, & ipsi ab eodem præparantur cogitationes. Super quem antem requiescit Spiritus Dei, nisi super humilem, & mansuetum, & timentem sermones suos?

3 Cuiusper scientiam altissime quales anima per contemplationem, valde necessarium est, ve dum anima ex contemplatione Sapientiz leuat se supra se, non exaltet cor suri, nec ambulet in magnis, neque in mirabilibus super se (alioquin hoc ipsum attondi, deijci est). & non firmare pedem in imo, esset ex alto cadere. audiamus Bernard. serm. 34. in Cant. *Olim Myser quoniam multum præsumebat de gratis, & familiaritate, quam inuenerat apud Deum, aspirabat ad quandam visio-*
penem magnam, ita ut diceret Deo. si inueni gratiam in oculis tuis,
est-

ostende mihi semetipsum. accepit autem pro ea visionem longè inferiorem, ex qua tamen ad ipsum quam volebat, posset a iugano pervenire. Et cum pertransiit gloria Domini, in foramine petrae locus est ei, quali per humilitatem haberet vnde figeret pedes eius: Filij quoque Zebedaei in simplicitate cordis sui ambulantes, magnam aliquid, & ipsi ausi sunt, sed ad gradum nihilominus sunt reducti, per quem fuerat ascendendum; similiter Sponsa insignem contemplationem postulabat videndi Sponsam in meridiana luce contemplationis: Indica mihi ubi pascas, ubi cubes in meridie; quoniam rem grandem postulare videtur, reprimitur sanè austeriori reprehensione, v3. pascite hédos tuos iuxta tabernacula pastorum; oportet namque humiliter sentire de se nitentem ad aliquid; ne dum super se attollitur, cadat a se, nisi in se firmiter per veram humilitatem fuerit solidatus.

4. Sic quantumcunque perspicax oculus, non potest obtutus figere in rotam Solis, nisi aube circumiectus, & secreta Maiestatis quis scrutabitur? obumbrabitur enim à gloria; & iterum: *Invenisti melius, ne multum comedas, ne forte fatiatus evomas illud.* quid hoc, ait Bernardus de septem domis? q. quid in hoc mundo agimus, sic comedendum docet, ut semper esuriamus, iuxta illud: *qui esurit me; adhuc esurient;* clarior autem non dicitur, qui iam putat se ignem esse, & iam fructum inquisitionis obruisse; vnde idem Bernardus subiungit. *Non in meritum reputare quod habes, nobis fatiari, ne evomas.* & hoc ipsum quod videris habere, auferatur à te, quippe qui ante tempus quarete destitisti, è radice superbix id nascitur, quasi non ultra extendere nos ipsos debeamus, velut iam plenitudinem veritatis adepti; profertur Bernardus. *neque enim dum potest inveniri dum prope est, ab inquisitione, vel invocatione cessandum.* Aliter quoque; *sicut patet multum comedit multum (ut ait idem Salomon) non est ei bonum; nam qui scribit laser est maiestatis; opprimatur à gloria.* Quid tu Pilate scorsum interrogas Dominum, ut tibi suffret in aere quid sit veritas? multum est ad ipse: non dabitur Sanctus sani, nec margarita porco. *Quare potius fidei gustum, satietatem intelligentie interim requiritis?* An luxuriantia non videtur insinuata, dum quidditatem veritatis requirebat (à prima ut dicitur potentia vsquo ad ultimum actum) hoc est plenitudinem, & satietatem intelligentis, que erat maxima, arrogantia, & superbia, possidere? quid Bernardus merito strates reaverberata acie protinus refluit, & responsam non sustinens, egressus est ad ludgum, qui ambulare caperat in magnis. Et mirabilibus super se, quid esset veritas personificatus. Veritatis cognitione non meruit, qui arrogantia cor suum impleverat, ne mens eius illustraretur, cum sapere voluit plusquam oportuit, & non ad fidei sobrietatem.

5. Hinc merito in deumone vera sapientia non potuit inveniri, quia

QUIA

Cum arrogantia fuit coniuncta: perdidisti, ait Ezech. Sapientiam in decore tuo, Ezech. 28. vnde Bernard. serm. 74. in Cant. Nolo decorum, qui mihi sapientiam tollat. Quæris quis ille tam noxius, tamque perniciosus decor? Tuus. adhuc fortè sine intellectu ès? planius audi, priuatus, proprius, & ni fallor. vnus Angeli, anima; decor ipse est. Quid enim vel hæc vel ille absq; sapientia, nisi radis, deformisque materia est? ea ergo non modo ille formatus, sed formosus fuit; sed perdidit eam, cum fecit suam, ut non sit aliud in decore suo, quàm in suo decore perdidisse sapientiam. Proprietas in causa est. Quàm sibi sapiens fuit? quod non dedit gloriam Deo, quod non retulit gratiam pro gratia, quod non secundum gratiam ambulauerit in ea, sed ad suam eam retorset voluntatem. Etenim sic habere, perdere est. Et si Abraham inquit ex operibus iustificatus est, habet gloriam, sed non apud Deum. Et ego: non ergo in tuto inquam perdidit quicquid habeo non apud Deum. Nam quid tam perditum, quam quod extra Deum exultat? quid mors nisi priuatio vitæ: ita nihil perditio, nisi alienatio a Deo est. Vobis qui sapientes estis in oculis vestris, & coram vobismet ipsis prudenter. De vobis dicitur, perdam sapientiam sapientum, & prudentiam prudentum reprobo. Perdidit sapientiam, quia sua sapientia perdidit eor. quid non perdidit, qui ipsi perditii sunt?

6 Ex hoc motus est idem ex sua superbia, ut primo agentis, & Regenti, & cathedram in caelis, & super omnem terram habenti, noverit obtemperare, & dicere in cathedra Dei sedi, in corde maris, quam arrogantiam sequitur omnes superbi, verè subditi illius, de quo scriptum est, quod ipse est Rex super omnes filios superbia. Arrogantes ergo demonem imitantes, in cathedra pestilentie sedent, exemplo, vel mala doctrina alios ad peccatum inducentes.

7 Cathedra hæc, ait, Bernard. serm. 35. in paruis quatuor pedibus subsistit. Primus est malitia, secundus contemptus, tertius irreuerentia, quartus astutia. Malitia est amara malum, & saporem mali habere, & malum, quia malum est diligere, sicut facit diabolus, & omnes iniqui. Sed quia subdit idem Sanctus sic aliquando, ut tales timeant Deum, sed non timore bono, sed ne incurrant, vel damnentur terram, vel corporis cruciatum, ut amplius fiant mali contemnunt, & ipsam Deum, & sic secutus per, contemptus. Item posset fieri, ut malum amarent, Deum contemnerent; ideo ad augmentum mali sequitur tertius per, irreuerentia, ut nec Deum timeant, nec homines reuerentur. Ad consummationem verè malitie adest quartus, astutia, ut viuunt uti præsidiis tribus miscetas oleo venenum, & melli acetum. Docenti ergo in cathedra pestilentie, hæc quatuor præto sunt, in superbiam enim elatus Doctor humilitate desititutus, est primo per ignorantiam peccauerit, ad defensionem malè assertorum prorumpit,

di-

dicendo bonum malum, & malum bonum, diem pro nocte venditudo, & tenebras pro luce. Inde ad contemptum festinat, nolens senium suum senioribus, & vevstioribus submittere : exinde ad irreuerentiã Patrum, & Doctorum prorumpit; ad consummationem vero astutiam nuntiantur, vt penitus suas venditent inuentiones.

8 Prosequitur Sanctus elegantissime *[eminens pars cathedrae, cui sedens inhaeret, est potentia: si enim est potens, qui praedicta habet sic plurimum nocet, vel si potentem sibi allicere potest, quem consilio suo deducat, & ad malum impellat]*. Famigeratissimum exemplum legimus in Arianis, qui palatium Imperatoris Constantij pro diffeminanda heresi (vt scribit etiam Lerinenfis) tanquam furiosa Bellona occuparunt, vt exinde ceteros Imperio subditos, velut in nassam pertraherent: Chryf. Saphius Eunuchus, Imperatoris potentiz confusus, Eutichetis erroris patrociniũ suscepit Niceph. lib. 14 c. 49. Photius seculari potetia in Constantinopolitaniã sedẽ intraditur. conciliabulũ congregat, & in Romanum Pontificem aculeatus insurgit: alia omittuntur exempla.

9 Continuat discursum Bernardus de horum arrogantium cathedra, & puluinar, dicit, apponitur, vt suauiter sedeant. *Puluinar sit de leuibus pennis auium significans vanam gloriam, & fauorem popularẽ, quibus homines delectati extolluntur: si abellum pedibus supponitur, ne terram tangant, tales enim nonnulli terrenas actiones non faciunt, sed spirituales simulant, vt magis decipiant. Horum doctrina est quasi pestilens, multa loca occupans, & vastans.* Hæc omnia complectens vnus Photij exemplum in medium proferimus, de quo Nicetas, & alij in vita Ignatij *[dicit cum nobilitate insignem Prothospatarium dignitate, munere a secretis Imperatori deseruisse diuitijs pollentem, scientijs secularibus disertissimum, aniquis etiã hac ex parte comparandum; sacrarum verò litterarum expertem, sed qui sero, licet ubi eum inuasis libido spiritualis praefectura, eas non qua decet animi submissione aggressus, nullo vsus magistro, magistru, qui docere alios posset, statim professus est. homo gloriæ appetitissimus. sex diebus ex Laico Monachus, deinde Anagnoitæ, mox subdiaconus, deinde diaconus postea presbyter, demum Patriarcha effectus est. Insuper Ignatium è sede Patriarchali eiecit, Schismatis, & heresis author fuit, Conciliabulum in Papam coegit, ipsumq; Ignatium in 1. actione depinxit cum hac inscriptione, Diabolus in 2. principium peccati. in 3. filius perditionis. in 4. Simon Magus. in 5. extollens se super omne, quod dicitur Deut. in 6. abominatio desolationis. in vltima. Antichristus]* qua in re audaciores Nouatores, qui in impietate Photium superantes, non Patriarchæ, sed Patriarcharum Principi, & Episcoporum Episcopo hos titulos affigere his temporibus studuerunt, vt suam

suam cathedram pestilentie efferrent, & cathedram S. Petri (quod nunquam perficere potuerunt) dehonefarent: vide quibus gradibus arrogantis, sedentium in cathedra pestilentie in profundum barathra impietatis procedant.

10 Non quaecunque sapientia domum Dei edificat, sed solum Dei sapientia ex serm. 9. S. Bern. in paruis sermonibus. *Est enim sapientia carnis, qua inimica est Deo, & sapientia huius mundi, quae stultitia est apud Deum. Vtraque ista secundum Iacobum Apostolum terrena est, animalis, diabolica. Secundum autem hanc sapientiam dicuntur sapientes, ut faciant mala, bene autem facere nesciant, & in ipsa sua sapientia arguuntur, & perduntur, sicut scriptum est: comprehendam sapientes in astutia eorum: & perdam sapientiam sapientium, & prudentiam prudentium reprobo: & utique talibus sapientibus videtur mihi dignè, & competenter dictum Salomonis aptari, quo ait. [Est malitia, quam vidi sub Sole, virum, qui videtur apud se sapiens esse. Nulla talis sapientia, siue carnis, siue mundi edificat; imò destruit quaecumque domum. Est ergo alia sapientia, quae de sursum est: primum quidem pudica, deinde pacifica &c.] & serm. 2. in Natali Domini explicat eundem locum Iacobi dicens. [Sola, quae ex Deo est sapientia salutaris est, quae secundum B. Iacobi definitionem, primum pudica, deinde pacifica est. Nam sapientia carnis voluptuosa, & non pudica: sapientia mundi tumultuosa est, & non pacifica; sapientia vero, quae ex Deo est, primum pudica est, non querens quae sua sunt, sed quae Iesu Christi, ut non suam quisque faciat voluntatem, sed consideret quae sit voluntas Dei: deinde pacifica, non abundans in suo sensu, sed alieno magis acquiescens consilio, vel iudicio.] Illa ergo doctrina, quae suo sensu potius vult inniti, de arrogantia procedit, & non nisi ad cathedram pestilentiae pertinet.*

11 Est certe scientia litterarum bona ad instruendum, sed scientia quae tumorem ablegat, mirabilior, & fructuosior, & ad propriam salutem utilior, & ad Ecclesiae edificationem accommodatior. Hinc Apostoli, hinc multi Apostolici, qui non de schola Philosophorum, & Rhetorum assumpti sunt, & tamen tot mirabilia perpetrarunt, & notas orbi fecerunt vias vitae, non in sublimitate sermonis, aut in doctis humanae sapientiae verbis, sed in ostensione spiritus, & virtutis, & per stultitiam praedicationis placuit Deo saluos facere credentes. *Non id dicitur* (dicam cum Ber. serm. 36.) *in suspiratione scientia, & quasi reprehendere doctos, ac prohibere studia litterarum videamur: absit. Non ignoro quantum Ecclesiae profuerint litterati sui, siue ad resoluendo eos, qui ex aduerso sunt, siue ad simplices instruendos. Denique legi; quia tu repulisti scientiam, repellam, & ego te, ut non fungaris mihi sacerdotio. Legi: qui docti fuerint, fulgebunt quasi Stella in per-*

perpetuas aternitates . sed & scio ubi legimus : scientia inflat &c. Et Apollolus dicebat: Dico autem per gratiam , qua data est mihi, omnibus, qui sunt inter vos, non plus sapere quam oportet, sed sapere ad sobrietatem. Nō prohibet sapere, sed plus sapere quam oportet. Quid est autem sapere ad sobrietatem vigilantissimā observare, quod scire magis quisq; oporteat; vnde Apollolus 1. Cor. 8. dicebat. Qui se putat aliquid scire, non dum scit quomodo oporteat cum scire. Videt quoniam non probat multa scientia, & discendi modum nescierit, nempe quid, quo studio, quo fine, non ad inanem gloriam, vel curiositatem, aut aliud simile, sed tantum ad edificationem suam, vel proximi. Vbi legendus Bernardus accuratissime; nam hinc deprehendens eos, qui ex tumore docent, & arrogantia, qui ex charitate ad utilitatem proximi; ex hoc quoque Characterē dignosces signum bonae, vel cacodocae doctrinae, &c.

C A P V T X I I.

Duodecimus Character. Si cum Sanctitate, & optimis moribus iungatur, diuini signaculi exprimit similitudinem.



Erstringit Saluator non leuē Iudeorum vafritatem, eorundemq; conscientias verberat, omnem profus Religionem inuadat, ut ratione ponentium, [de sancta verò conuersatione nihil omnino curantium.] Illos etiam Paulus Rom. 2. conuertit dicens, [cognominaris Iudaeus, & requiescis in lege, & gloriaris in Deo, & nosti voluntatem eius: verum nihil tibi ex ea accedit quicquam, nisi eadem vitę integritate declares. Ipse autem Dominus non solum id dixisse contentus est, sed & maiora longē, & terribiliora subiunxit: Multi, inquit, (dicent in illa die) Domine Domine,

ne, nosne in nomine tuo prophetauimus? non modo ille, inquit, qui
 habet fidem conuersatione neglecta, Regnum non potest introire Cæ-
 lorum, sed & ille, qui fide, multa etiam splenduit claritate signorum,
 nec tamen aliquid in vita boni operis exercuit, à caelestibus similiter
 ianuis repellitur.] Chryf. in Matt. Hom. 35. contra verò ex Matt. 5.
 [Qui fecerit, & docuerit, hic magnus vocabitur in Regno Cælorum.
 Non enim (ait Chryf. ibidem) sibi ipsi tantum vniuersisq; utilis
 esse debet, sed etiam ceteris. Neque enim æqua merces est eius, quæ
 solummodo seipsum regit; & illius, qui etiam alios acquirit. Sicut .n.
 docere absque operibus condemnat docentem: qui (inquit) doces aliū,
 te ipsum non doces; ita facere quidem, nec tamen alij faciēda sug-
 gerere, non parum de illa plena mercede decerpit. Oportet igitur in
 utroque esse perfectum. Cumq; primum se aliquis ipse correxerit, tūc
 eundem etiam erga ceteros congruit fieri diligentem. Idcirco enim
 etiam ipse prius voluit facere quàm docere, ostendens, quod sic bene
 aliquis accedere valeat ad docendum, nec talis omnino aliquan-
 do audiet. Medice cura te ipsum. Qui enim cum seipsum docere ne-
 quiuerit, alios emendare conatur, irrisioni est expositus plurimorum;
 imò ne docere quidem seipsum valebit; cum .s. verbis eius clariores
 hominum voces reclament. Si verò fuerit ex utroque perfectus, hic
 magnus vocabitur in Regno Cælorum.] & eleganter Hil. 8. de Tri-
 nit. initio. [Non statim boni atque utilis Sacerdotis est tantum-
 modo innocenter agere, aut tantum modo scienter prædicare; cum &
 innocens ibi tantum proficiat, nisi doctus sit, & doctus sine doctrinæ
 sit autoritate, nisi innocens sit. Non enim Apostolicus sermo pro-
 bitatis, honestatisq; præceptis, hominem tantum seculo conformat ad
 vitam, neque rursus per doctrinæ scientiam scribam Synagogæ insti-
 tuit ad legem, sed perfectum Ecclesiæ Principem (concionatorem, Do-
 ctorem) perfectis maximarum virtutum bonis instituit, vt & vitæ eius
 ornatur docendo, & doctrinæ viuendo. Denique ipsum illum ad quæ-
 si sermo erat Titum, istiusmodi decreto consumandæ Religionis in-
 struxit: in omnibus te ipsum bonorum factorum præbeas exemplum,
 docentem eum veneratione verbum sanctorum, irreprehensibile, vt aduer-
 sarius reuereatur, nihil habens turpe, aut malum de nobis dicere. Nō
 ignorauit Doctor hic gentium, & ex conscientia loquentis; atque ha-
 bitantis in se Christi, Ecclesiæ electus Magister, morbidi eloquij gra-
 satura esse contagia; & aduersum sanitatem verborum fidelium dese-
 vitaram doctrinæ pestiferæ corruptionem; quæ impie intelligentiæ
 suæ lucem vsq; ad ipsam sedem animæ demergens profunderit
 malo: ex his enim ait, quorum sermo, vt cancer serpit; latenti semper
 subreptiq; contagio sanitatem peruersæ mentis inficiens: ob quod
 sani sermonis in Episcopo voluit esse, doctrinam, fidei conscientiam, &
 exhor-

exhortationum scientiam, aduersus impias, & mendaces, & vesanas contradictiones obnitentem. Multi enim sunt, qui simulantes fidem, non subditi sunt fidei, sibi quae fidem ipsa potius constituunt, quam accipiunt, sensu humanae inuitatis inflati, dum quae volunt sapiunt, & nolunt sapere, quae vera sunt, cum sapientiae haec veritas sit ea interdum sapere, quod nolis.] Hæc Hilarius.

2 Quod si bonis operibus, & charitate scientiam non foveant Doctores, in grande discrimen incurritur, ut scientia non vertatur in venenum: unde super illum locum patientissimi, *Panis eius in utero eius* &c. licebat Greg. 15. Moral. c. 6. *quia panis scripturae sacrae intelligentia non inconuenienter accipitur, quae mentem reficit, eiq; boni operis vires praebet, & plerumq; hypocrita etiam sacri eloquii erudiri mysterij studet, non tamen ut eisdem viuatur, sed ut ceteris hominibus quam sit doctus appareat; panis eius in utero illius in fel affiq; dum intestiniscus vertatur, quia dum de sacrae legis scientia gloriatur, vitæ potum auerit sibi in veneni poculum, & indè reprobus moritur; unde ad vitam erudiri videbatur. Neque hoc autem inconuenienter accipitur, quod nonnunquam hypocrita dum doctrinae verbo ad ostensionem studet, diuino iudicio cecatur, hoc ipsum verbum prauè intelligit, quod malè querit, cum in errorem haereses labitur: contingit ei, ut sicut de felle aspidum, sic infelix de pane moriatur, & in doctrina sua mortem inueniat, quia in verbis vitæ vitæ minimè quaesit. Sapè vero euenit, ut diuina admonitionis eloquia etiam rectè hypocrita intelligat, quia in opere nequaquam seruat, hæc etiam prius quàm praesentis vitæ cursum finiat, amittat, ut perdat scire, quod sciendo noluit agere, & c. 9. sequenti subdit, vult hypocrita scire eloquia diuina, nec tamen facere. Vult doctè loqui, nec viuere. Pro eo, quod non agit: quæ nouit, etiam hoc, quod nouit amittit; ut quia scientia suæ puræ operationem non faciat, contempta puritate boni operis, et scientiam perdat. Rectè est autem ista punitio, ut in uenenum doctrinae eius vertatur, cum non bonis operibus focatur, & in haeresis quoque; harathrum incidat, & hoc etiam, quod nouit amittat, subfufis prauè intelligentiae, & ignorantiae prauè dispositionis tenebris. Vnde & idè lib. 11. moral. c. 9. exponens illud: *commouens labia veracium, & doctrinam senum auferens*: ait. *Cum Sacerdos non agit bona, quae loquitur, ei etiam sermo subtrahitur, ne loqui audeat, quod operatur sicut per Probatam dicitur. Peccatori autem dixit Deus: quare tu enarras iustitias meas* &c. Vnde etiam deprecatur dicens: *Et ne auferas de ore meo verbum veritatis usquequaque. Perpendis namque quod, Omnipotens Deus veritatis verbum facientibus tribuis, & non facientibus tollis. Qui ergo hac de ore suo non auferri petijt, quid aliud, quàm gratiam bonæ operationis quaesuit? Ac si aperte discret, a be-**

no opere errare non te finas; ne dum amitto ordinem bene vivendi, veritatem perdam loquendi: & plerumque Doctor, qui docere audeat, quod negligit agere, cum deserit bene loqui, qua operari contempserit, docere subiectior incipit, prava qua agit ut iusto omnipotenti iudicio in bona causa, nec linguam habeat, qui habere bonam vitam recusat, quatenus cum mens eius terrenarum rerum amor incenditur, de terrenis rebus semper loquatur. Unde in Evangelio veritas dicitur: Ex abundantia cordis os loquitur: Bonus homo de bono thesauro profert bona. Hinc etiam Ioannes ait. Ipsi de mundo sunt. ideo de mundo loquuntur. Bene ergo dicitur: commutans labium veracium, & doctrinam senum auferens, quia hi, qui prius celestia predicando veraces erant, dum temporalia diligentes ad terrena corrumpunt, labium veracium commutatur, & senum doctrina tollitur, quia diligentes temporalia, Priorum suorum precepta minime sequuntur, velocum rogamus quasi ad fructum voluptatis coneant, non ad usum laboris. Et sicut idem Greg. interpretatur de Iudæis, doctrina senum ablata est, quia nequaquam ea credendo secuti sunt, qua Patres suos prædixisse meminere. Idem accidit hæreticis: deserunt doctrinam Patrum, ut placita carni, & sanguini introducant. Id ipsum præstant illi Magistri, qui spreta veteri Patrum doctrina, ex affectu carnis, & sanguinis, novella genimina inducunt, moribus incongrua, & à fide discordantia sunt hi, de quibus scriptum est: proiecisti omnes sermones meos retrorsum, quasi onera post dorsum, quibus incedens non lenatur, sed oneratur (unde commentatur Aug.) ubi non videntur à se, sed onerentur ut subtiliter etiam Fulg. dicebat in Ep. 5. ad Eug. Abb. lingua, prophetiam, Sacramentorum scientia, & possunt haberi sine voluntate bona, ad hoc scilicet, ut onerent, non honorent, & quasi litteras damnationis secum ferentes, non secus Vrius deferens Regias litteras, in quibus mora ipsa delictescebat.

3 Ergo ut scientia cedat nobis in salutem, & defensionem Ecclesie, scientiæ charitatem, & bonas operationes adiungere debemus. custodiebat lectulum Salomonis 60. ex fortissimis Israel, Cantic. 3. sed tanquam periti milites enses accinctos habebant super femur suum. Quid mittis manum ad fortia, qui ex fortissimis non es? sic loquebatur in indoctos Magistros Gilbertus Abbas [quid lectulum ambi, quid gladium non habes? aut si gladium habes verbi, habes illum in vagina, non habes in lingua? Non tenes manibus linguæ verbi Dei versatilem gladium. Volubilis est sermo, spiritus flammeus est, sed nescio quomodo contra naturam suam pigrescit in manu tua, restringitur, & habetatur, qui acutior est, & penetrabilior omni gladio ancipiti. Non est velox verbum in ore tuo, non currit velociter, non est versatile in manu tua pro varietate negotij, quod tamen ad omnes certaminis usus

vsus abundet. Quid tibi vsurpas officium, cuius vsus non habes? *Una causa gladium portas tu, qui bellandi iussicienter non habes peritiam, &c. paratum vult virum Ecclesiasticum Princeps Ecclesiæ, paratum cum vult ad reddendam rationem de ea, quæ est in nobis fide, & spe.]* Hæc Gilbert. Hom. 16. in Cant. sed non solum considerandus est gladius verbi Dei in Doctoribus, sed & fortitudo, & aliæ virtutes (vt dicit Greg.) *quia dum Verbum Dei, quod opere complent, quod corde sciunt magis, ac magis semper docti hostem suum demonem, scilicet sapientia, & fortitudine vincunt. & (ex eodem) per ensam vigorem conuersationis, & perensam carnis appetitum accipiunt, quia vigorem conuersationis appetitum carnis sapissime frangunt &c.* hi ergo (ex eodem) qui sunt ad bella doctissimi, verbis, & exemplis Ecclesiam muniunt, quibus ab aditu mentis, venientes hostes repellunt, dum ipsam mentem exemplis sustinent, scriptis erudiunt.

4. Lucem appellauit Dominus Apostolicos viros, in primis Apostolos. *Vos estis lux mundi*, non lucens tantum, sed & ardens, vnde & de præcursore pariter dictum est: *illu erat lucerna ardens, & lucens*, quod exponens Mellissus in serm. de S. Io: Baptista dicebat: *Est idatum lacere vanam, tantum ardere parum, ardore, & lucere perfectum.* Et postea. *Va ei, qui luxit tantum* (taxans eos, qui sunt scientia præditi, quæ tamen charitate non vincitur) Sapientissimè idem S. Bernardus Cherubicum illum Spiritum, qui de Cælo cecidit, repletum quidem scientia, sed charitate vacuū alloquebatur serm. 4. de verbis Esa. dicebat. *Vt quid tu qui mane oriebaris Lucifer, in veritate non stetit? nisi quia Seraphim non fuisti: habuisti lucem, sed ardo rem non habuisti. Melius esset tibi si ignifer magis esse, quam Lucifer inque, tam immoderato appetitu lucendi, vt eras frigidus, frigidam quoque eligere regionem: Ascendam super altitudinem nubium, sedabo in lateribus Aquilonis. quid festinas mane oriri Lucifer? quid gloriari super sidera? brevis erit gloriatio tua.]* dum in scientia pedem figis, in veritate, & charitate non figis, quò altius ascendes, eò profundius demergeris in infernum.

5. Vir ille vestitus lineis Ezech. 10. accipere iubetur prunas ignis, de medio rotarum, quæ erant inter Cherubim, & disperderet super Ciuitatem. *Imple manum tuam prunis ignis, quæ sunt inter Cherubim, & effunde super Ciuitatem. Quis iste vestitus lineis nisi Christus Dominus, qui missionis suæ scopum declarans, dicebat: ignem veni mittere in terram, (vt ex dictis, & ardentissimis exemplis mundas inflammaretur.) & quid volo nisi vt ardeat? eiusmodi genere prædicationis non in verbis tantum sed et in factis consistente, Apostoli vsi sunt, & viri Apostolici, qui manibus hoc est exemplis ignium vehementer eloquium Dei, in terram spargunt, vel ext. Græco disseminant, si n.*

lingua tantum non opere doceant, verendum ne Doctoris prædicatio magis noceat, quam proficit. Vnde Bernar. serm. 76. in Cant. de Doctore loquens dicebat, & si doctus quidem fuerit, non sit autem bonus, verendum ne non tam nutriat doctrina verbi, quam sterili vita noceat, suoque malo exemplo in errorem trahat, dum videt in Doctore manus ori non concordare, propterea bonus Doctor inelamat: *secundum verbum tuum; intellectum tribus mihi .i. non secundum Philosophos, non secundum causidicos, non secundum mercatores huius seculi, non secundum architectos domorum, sed secundum verbum tuum*, quod est veræ sapientiæ, bonorumq; fundamentum, secundum quod exponit Ambrosius in eum locum.

6 Ad obturandum quoq; ora extërorum à Christiana Religione, opus est Philosophos puros excedere, charitati sapientiam copulando, ut discurrem cum Tertull. c. 46. Apologetici, *dum vnicuiq; manifestatur veritas, nostra interim incredulitas, non usiq; diuinum negotium existimat, sed magis Philosophiæ genus*. Eadem inquit, & Philosophi morant, & proficiunt innocentiã, iustitiam, sobrietatem, pudicitiam] eos namq; reuincimus dicendo, non solum virtutes morales habere Christianos, sed & Theologales, & præcipuam inter eos charitatẽ, & Christianum dogma non à proprijs placitis pendere, neque ex homine propagatum, sed à Christo originem ducere, eiusdemque virtute seruari. ergo ut caractere Regio distinguatur à Gentilibus, eo signari opus est, quod Christus exhibuit: *in hoc cognoscẽnt, quod mei esset discipuli, si dilectionem habueritis ad inuicem*. Sed & inter Ethnicos, & Xp̄nus talis discretio est, ut Græciã, & hominũ Philosophus sit, & Xp̄nus Philosophus Cæli: ille famã ex scientia capere velit, hic vitã quærat, possidere sempiternã: ille verbis, hic et factis & operibus intendens: ille destruat, iste ædificet: hic erroris amicus, ille inimicus: hic interpolator, iste integritor veritatis: hic eiusdem custos, & defensor, ille furator. *Quid adp̄o, simile respondebat ibid. Tertul. c. 47. Philosophus, & Christianus, Græci discipulus, & Cali, fama negariator, & vita verborum, & factorum operator, & rerum ædificator, & destructor, amicus, & inimicus erroris, & veritatis interpolator, & integrator, & custos*] cum ergo non ex seculari sapientia, & pura scientia, sed ex operibus, & charitate magis discernatur Christiana Religio ab Ethnica; via nobis altior paratur, & diuinus character, cognoscendi doctrinã datur, ut euitentur, qui nouitiolas paraturas introducunt, & sciãtur, num sint adulterino caractere obñati, nã & multi ad illas exornandas opinunculas, etiam diuinos cõdices adulterarũt, & de vna via obliquos multos tramices, & inextricabiles sciderũt: ut si quis velit suis placitis antiquas doctrinã adæquare, vel ex nouitate, uel uarietate defensionũ, iudicet potius, quã sequatur veritatem.

C A.

C A P V T XIII

Decimus tertius Character. Si magis oratione, & gemitibus, & diuina visitatione parta sit, quàm conatibus, & laboribus proprijs; veritatem doctrinae non leuiter probat.



Orthodoxa quoque doctrinae non infimum signaculum est oratio, & gemitus. A Domino sapientiam potulerit Doctor. Si quis indiget sapientia, dicebat Iacobus, postulet à Deo, qui dat omnibus affluenter. certè ex Greg. exposit. lib. I. in 1. c. 1. Reg. in contemplationem caelestium sublimari non possumus nostro conamine, sed diuina dispositione. In monte ergo ascendere necesse est, ut gloriam Domini in Thabor speculemur, & quousque ad hunc montem sapientiae non pertingemus, laborandum est diuino praecedente fauore, ut ad maiora extendamur. Vnde Greg. loco citato dicebat. Dum nostro conamine in diuinarum rerum contemplatione suspendimur, quasi statim ascensus nostri dies sunt, quia quosdam spiritalis luminis radios intuemur, quosdam nos ipsi nobis ordinamus, ab imo nostra humanitatis, quadam altitudine subleuamus. Sed quia his meditationibus sine diuina gratia nihil agitur, & nec timorem nobis praeualemus incucere, nec diuinæ dulcedinis suauitatem exhibere, ascensus quidem dies nostri sunt, in quibus adorare, & immolare statuimus, & tamen in eis nec adoramus, nec immolamus. Dies autem alius venit, & immolamus, quia subita luce gratiae diuinae respargimur, & de gloria maiestatis eius ineffabilem percipimus abundantiam dilectionis. Hic ergo dies non est illorum aliquis, sed illos sequitur, quia nimirum si nostra dispositione haec diuina gratiae largitatem accipere non valeamus, tamen eam nunquam promeremur, nisi omnino curamus, ut

¶ *meditando, & quotidie legendo, & orando, in q̄o, quæ possunt spiritibus claritatibus immoremur. Venisse autem dies, dicitur, ut superna dignatio designetur, quia cum electar animas visitat, non est facultatis nostræ, sed donitatis suæ. Vide labores, vide diuinam visitationem, in laboribus, & meditationibus, & huiusmodi: ab imo humilitatis nostræ subleuamur ad contemplationem, sed in diuina visitatione, quæ non est nostre facultatis, ad splendorem supernæ lucis magis eleuamur; imò sepe (ex eodem Greg.) Diurno silentio instantibus supplicationibus, crebris gemitibus, illam nobis interna suavis gloriæ aperiri flagitamus, & in eius amenitate recipi non mereamur; contra vero sepe accidit, quòd nihil tale pro eius desiderio agimus, sed subito nos diuina gratia præuenit, ab imo nostræ infirmitatis trigit, in superna rapit, in sperantibus nobis gloria suæ lucis ostendit.*

2 Sed hæc contemplatio (vt intelligamus quæ dicta sunt) quandoque inchoatiua est, quandoque perfectiua. *rudis contemplatio est (ex eodem) ea quæ iam amare incipit, & interna contemplationis gaudia citò non obtinet, vel cum ad eorum gaudia excipienda tantò difficilius præuenit, quanto etiam illarum pulchritudinem non attòdit, vel ad ea tantò tardius assurgit, quàmò humanitatis suæ familiares tenebras velociter non deponit; quia dum à se abijcere mundanas curas non proualeat, velut in oculis gestas puluerem, quo id quod cupit, videre non potest. Prius ergò abijciendus est puluis ex oculo; deinde oculus refouendus. Puluis quippe abijciatur, cum ab intentione mentis rerum corporearum phantasmatum remouentur; & oculus refouetur, cum usu continû meditationis eadem mentis intentio ad æterna subleuatur. Quæ profectò cum diuturna consuetudine in supernis mororididicerit, eadem diuturnitate consuetudinis puritatem obtinet, quæ dum clarius æterna respicit, in eorum gloria exultare plenius potest.*

3 Interim intelligens verus Sapiens puritatem contemplationis ad cœ esse sublimem, non desperat de ascensu, sed ad ea, quæ inchoauit festinat ascendere, nam & lachrymis, & precibus ad perfectionem contemplationis anhelat. *Mens enim, ait idem Greg. quæ feruentibus desiderijs; interna desiderat, dum terrena letitia blandimentum respicit, dum instantibus gemitibus infundi sibi superna lucis amenitatem expetit: & si de non habita contemplationis perfectione contristet, ad lacrymas, & incessabiles preces confugiens, si rudis non obtinet, proficiens obtinebit.*

4 Hic ergò progressus sublimioris contemplationis obtinendæ, preces, & lacrymæ, vt per eos gradus, per quos inchoauit ascendere, tandem in summum scalarum perueniens, Dominam videat penitenti, &

P pur-

purgatori obtuta, quod proprijs oculis cernere concessum non est, nisi diuina virtute, & fulgore prius irradiatis. Per hos gradus ascendit Iacob quasi quibusdam progressibus Deum intuendo in illa visione imaginaria; vnde dixit: *Vidi Dominum facie ad facie, ac summa lucta, quæ erat, precum, & orationis, audire promeruit: non uocabat is ultra Iacob, sed Israel.*

§ Signum autem affectionis huius perfectæ contemplationis est, quod anima ubi ad eam statum peruenit, non in tumorem affurgit; sed in amorem, & timorem propriæ infirmitatis: in timorem, nam ex lib. 1. in c. 1. Reg. 1. [Quod venerabilius omnipotentem memimus, eo perspicacius benignitatis eius gloriam videmus, cuius etiam timoris magnitudo, electæ menti aliquando, post ostensionem lætæ visionis inuenitur: in amoré verò (dicere Sponsa Can. 5. ex Gre. 5. moral. c. 30.) anima mea liquefacta est, ut dilectus loquutus est; quia nimirum mens dum occultæ locutionis inspiratione tangitur, statu suæ fortitudinis infirmatur: (vnde Daniel 8. dicitur) elangui, & egrotavi per dies plurimos: quia cum ad virtutem Dei mens adstringitur, à fortitudinæ propriæ caro laxatur. Hinc Iacob, qui Angelum tenuit, vno mox pede claudicauit, quia qui vero amore sublimia respicit iam in hoc mundo duplicibus incedere desiderijs nescit. Vno enim pede inaititur, qui solo Dei amore roboratur: & necesse est, ut alius marcescat, quia mentis uirtute crescente, oportet proculdubio, ut carnis fortitudo torpescat.] & hoc signum, quod quis mente in contemplatione proficit, quod timore incedit, amore exardescit, & claudicat, ut marcescat, & mortificetur caro, imò (quod Iacob exuperat factum) ubi multi contemplatiui dicunt: *stantes erant pedes nostri*, ut in puncto terram tangere uideantur, & dicant: *nostra conuersatio in Celis est*; alij ad tantam deueniunt uirtutem, ut rapti, nec corpore tangentes terram, absorpti in diuina contemplatione requiescant, ut de nostro Cherybim legitur (Suo loco dicitur) quod in summa contemplatione a terra eleuabatur, stans sursum mirabiliter. Quis autem potest gloriari hanc uiam sapientiæ pro suo conamine inuenisse? difficile quoque est (dicebat Chryf. Hom. 33. in 8. Ioann.) *veram sapientiam inuenire, remedia scripturarum negligimus, neque cum contritione, fletu, & plentia eis attendimus, sed simpliciter, & inconsideratè.*] & iterum, quia turgido supercilio ad fores sapientiæ accedunt homines, nec de ipso limine sapientiæ salutant; vnde & paruulis, & simplicibus reuelata mysteria sunt, Christo fiteare: *abscondisti hæc à prudentibus, & sapientibus, & reuelasti ea paruulis.* Et notat idem Hom. 39. in Mat. hæc ea dixisse [quando 70. redierunt de dæmonibus nuntiantes, tunc gaudentem ista dixisse, quæ tam diligentiores quàm moderatores ipsos faciebat, erat enim moderante doctrina certè illis opus,

et magnum quid de se crederent, atque insisterent, quoniam eius dona obtemperarent; reuelatio enim magnarum sibi rerum non studio, nec merito suo concessa fuit, qua propter Scribas, & Pharisei, qui se sua opera sapientes esse arbitrabantur, elati tumore, ceciderunt: quare si arrogantia illis obsuit, formidate vos, inquit, ut paruulorum statum conseruetis non ignorantes id illud esse, quod vobis hæc reuelari effecit, cuius contrarium illos hæc reuelatione priuauit (& idem in imperfect. Matt.) Antiqui Philosophi, & Orantes, qui naturali sapientia litterarum exercitatione exacuminati, de Dei natura quærere contemnebant, non Deum inuenire desiderantes, sed altissimè disserere cupientes; victi sunt ingenio, defuerunt sermone, in vltimo nihil se amplius inuenire potuisse confessi sunt, nisi quia Deus incognoscibilis est (nec totam scalam ascenderunt, ut Iacob, ad eius summitatem.) & tu vane, & garrule sapientiam venditans, quid tantum laborasti, quemadmodum fueras antequam quæreres? sicut enim qui in nauigabili Oceano nauigare se vsurpat, dum non potest eum transire, necesse est, ut per eandem viam reuertatur, vnde ingressus est; sic & illi ab ignorantia cæperunt, & ignorantia finierunt.]

6 *Apostolus etiam* (ex Hil. in Plal. 118. versu. lucerna pedibus meis) *Ne quos ipsa illa diuinorum munerum gratia efficeret insolentior, aut unicus quæque data est demonstratio spiritus ad utilitatem, in eo enim quod, aut ad utilitatem, docuit eo utiliter utendum, ne forte quemque spiritualium donorum confidentia efficeret insolentem, & Dei gratia per insolentiam vitam fieret otiosa. Ex persona autem sua ipse se demonstrat, etiam hoc se à Deo gratia consecutum, ne per confidentiam plurimum in se gratiarum, in aliquem tumorem superbia tolleratur dicens: & propter omnium reuelationum datus est mihi stimulus carnis, Angelus Satana, qui me colaphizet, ne extoller. 2. Cor. 12. etiam hoc ille vas electionis, & Doctor gentium meruit, ne ultra humana infirmitatis naturam per spiritualium in se munerum confidentiam superbiros. Eschiam Regem scriptura laudat, quod fecerat relictum, & bonum in conspectu Deis sed non vsq; in finem potuit hæc manere laudatio, scriptum est enim 2. Paral. c. 32. & cecidit Eschias ab altitudine cordis sui, ubi cor in altum exererat, ubi in superbiam se per confidentiam laudationis extulerat, præteritorum gestorum gratiam per superbia crimen amisit &c.*

7 Hinc per Psalmographum dicitur: Domine in lumine tuo ambulabunt, & in nomine tuo exultabunt tota die, & in iustitia tua exultabunt: in lumine non suo, sed Dei ambulabunt, qui diuinis donis illustrantur, & gratijs; nam si non in hoc lumine ambulabunt, vento superbia lucerna eorum extinguetur, nec in nomine suo, vel fortitudinis sua exultabunt, alioquin si de ipsis gaudebunt, per superbiam

eadent, in iustitia verò exaltabuntur; quidam enim notantur ab Apostolo, dicit hic Aug. quod [zelum Dei habeant non secundum scientiam, suam enim iustitiam, & fauorem sibi statuere volentes, iustitiam Dei non sunt subiecti, solus populus, qui scit iubilationem non in nomine suo, nec in lumine vultus sui, sed Dei ambulat (& merito) quia siue ad virtutes, siue ad alia charismata, non virtuti nostræ, sed Deo attribuendum est, quia Domini (inquit) est assumptio nostra, & Sancti Israel Regis nostri, quia ipse susceptio, ipse illuminatio, ipse se facit robustum de se non de se. Tunc locutus est (subdit propheta) in visione Sanctis tuis (i. ex Aug.) in reuelatione, unde Propheta videntes dicebantur; viderunt quidem intus quod dicens foris, & in occulto audierunt, quod palam predicauerunt.

8 Sed hæc cui reuelantur? idem scribit Propheta in Pl. 118. declaratio sermonum tuorum illuminat, & intellectum dat paruulis, in quem locum Hil. hæc declaratio verborum Dei, & intelligentia paruulis præstita huius temporis, & ætatis est, ex illo quod docet Dominus: abscondisti hæc a sapientibus, & prudentibus, & reuelasti ea paruulis. Ecce declarationis, & illuminationis, & intelligentiæ tempus (abscondita enim hucusq; sunt in his diebus infansilis ætatis, ubi ad innocentiæ renatis & malitiæ expertibus, non surgit sapientia seculari hæc declarantur, & declarata illuminant, & illuminata intelligentiam subministrant) sunt. per hanc intelligentiam S. Spiritus aperit. Hinc solus agnus potuit aperire librum sacræ Scripturæ, & seluere signacula eius, idest Christus, qui mysteria nobis reuelauit, & agnum oportet esse ad hæc mysteria intelligenda; vnde S. Bernardus serm. 64. ex paruulis dicebat [in hoc sacræ lectionis pelago agnus ambulat, & elephas natat] ille submergitur, hic substat, ille turbatur, hic acumine visus perspicacior; unde ad denotandam visus potentiam oculi 7. dantur, qui sunt septem spiritus Dei, missi in omnem terram. Vnde & hi paruuli corde perterriti, & per desiderium obsequantiæ mandatorum Dei, & hauriendum, eius spiritum intelligentia doctrinæ celestis accipiunt, unde dicebat Dauid: os meum aperui, & attraxi spiritum, non enim ultra ingruit, expetendus est, & infantium modo tanquam lac innocens attrahendum; dilatando os cordis per orationem, & desiderium habendæ intelligentiæ. Vnde Aug. ep. 112. ad Paulinam: qui didicerunt a Christo esse miseres, & humiles, plus cogitando, & orando proficiunt. Sapientes verò superbi, & turgidi, cum sint proprio spiritu repleti, etiam si multum laborent ad sciendum, insipientes potius sunt, nescientes quomodo scire oporteat, & de his dicebat Paulus, quod eorum scientia inflat, nec habent sapientiam diuino sale conditam; & si sale tanguntur, non condiuntur more corruptæ carnis, quæ sale habens, sale non imbibit, nec sapida fit, etiam si cu-

mulus salis adfit, nisi penetretur ab illo, nec prolifici esse possunt ad fructus faciendos, & prolificandos filios clarificantes Deum, (sane enim armenta fecundantur & mate ex salitudine terra steracius extimatur ad animantia producenda) sed omnino steriles, qui nec sibi ipsis profuturi; & licet in seipso scientia secunda sit, sepe sterilem reddit scientiam, ob ipsorum malitiam; mali namque ubi tria verba scriptura didicerint, nisi erudiantur, suos conceptus, & discipulos creent, & se preceptores ostendant, interim, ac si grauidi essent, ad hunc partum anhelant, implentur, ut dicebat Arist. 2. de animalibus sicut oves, quae grauidae suos fetus resoluunt in ventos: implentur statim (ex Plutarcho) ubi saltem linxerint, sed de his vere dictum *Scientia inflat*, quae ventum edit, charitas aedificat, quae dat prouentum. Nec putandum est solum de humana scientia id denotari *scientia inflat*, ac proinde illos Philosophos taxari tantum, de quibus superius dicebat Apostolus *perdam sapientiam sapientium*; nam etiam Christus Dominus Apostolos, & Apostolicos admonuit, ubi eos laudasset. *Vos estis sal Terrae*, subdens, *quod si sal auauerit, in quo salietur?* ac si diceret, optima doctrina, & si reuelata est; sed ratione subiecti, vanitati subiecta esse potest, cum ad modum recipientis omne, quod recipitur recipiatur, & terra de se fructifera in saluginem vertitur, ex malitia habitantium in ea, & in vanitatem, & in uentum redit, nisi sal incorporetur, hoc enim sonat sapientia quod sapida scientia, qua praeseruatur doctor, & prolificus esse potest, unde nisi sit orationibus, & diuino munere conseruata, nec sibi ipsi prodest sua scientia, nec alijs, qui audiunt. Haec notent, qui solis laboribus fidunt, suis ingeniolis grandescunt, & student prius esse conchae, quam canales, & cum sint Pignae, cytonesque scientiarum, veluti gigantes producere gigantes contendunt. examinanda ergo scientia est, ut orthodoxiam undique spiret; si sola humano conamine introducta, an etiam diuino sale celestis sapientiae sit condita, &c.



C A P V T X I V.

Character Decimus quartus. Cùm pudicitia, atque munditia vallatur doctrina, veritatem quoque efficaciter ostendit.



Psa quoque felicitas, prout in hac vita haberi potest, in contemperatione veritatis, & diuinorum conficit (& si coniungatur actionibus virtutum moralium, quibus homo se bonus) constituitur etiã Dei amicus (vt etiam agnouit Arist. 101 Ethic.) & vt est contemplatio dignissima, ita & delectabilissima, & propter ipsam appetitur non propter aliud, conquiescens per vnionem intellectus cum obiecto diuino speculato. Huic aduersatur delectatio omnis sensitua, maximè venerea, ex 7. enim Ethic. hec impedit prudentiam, & rationem, vt nullus sapiens in ea constitutus aliquid intelligere possit; vnde & antiquitas pronunciauit, quod *uis furatur intellectũ*. Inde incontinentes, & libidini se tradentes inepti sunt ad sapientiam, quia ex voluptate hebetantur; contra verò casti habiles sunt ad sapientiam, quia voluptate sensus castigata, puriores efficiant intellectum, & ab omni sensuali concretionem semorum. Incurrit olim quidam in quandam heresim (dicebat Alexandrinus 2. Stomat.) & qui ei praeorati dicebat, se per usum voluptatis pugnare cum voluptate, per simulatam pugnam ad voluptatem transfuziens proclarius hic Gnosticus. Se enim dicebat esse Gnosticum, id est cognoscendi potestate prae dicitum. Dicebat enim non esse magnum abstinere a voluptate, qui eam non esset expertus, sed eum qui in ea versatus esset, non vinci; vnde propter eam, dicebat, se in ea exorceri. Se ipsum autem miser, imprudens decipiebat arte voluntaria, magis enim ex exercitio concupiscentiz flamma augebatur. In eandem ergo, vt patet, venit sententiam Aristipus quoque, Cyreneus inquam sophista, qui se iactat tenere veritatem. Cum itaq; probro ei daretur, quod

*Quam meretricè Corinthia assidue versaretur. Habes, inquit, Eas-
dem, sed ab ipsa non habeor: tales autem sunt, qui dicunt se sequi
Nicolaum, adducentes eius viri aliquid litterarum, munimentis mâr-
dantur, sed ab eis detortum, nempe: oportere carnis vitis; sed ille qui-
dè vir preclarus significabat oportere voluptates arce, & cupi-
ditates, & hac exercitatione maridas, flaccidasq; reddere carnis ap-
petitiones, & insultus: qui autem in har hircorum sunt prodati ad vo-
luptatem, veluti corpus contumelia afficiens, suavi fruuntur delectatio-
ne, nescientes quòd id quidem cum sit natura fluxum, sentum, squal-
lidum, pannosumq; redditur, ipsarum autem immersa est anima in
cano vitij, ut qui decretum ipsius voluptatis, non autè viri Aposto-
lici sequamur. Cur autem obruatur animi in ceno, redditur causa ab
eodem in sequentibus conformiter ad Philosophum: quia delectatio
non est finis, sed ad finem aliquorum ordinatur. Vnde [non est om-
nino necessaria affectio voluptatis, sed accessio quædam (vide quid con-
sequens ad operationem) & affectatio vîbus quibusdam naturalibus,
fami, siti, frigori, matrimonio; si autem fieri possit, vt absque ea, vel
biberetur, vel alimentum susciperetur, vel liberi procrearentur, non
posset offendi alius eius vsus; neque enim operatio, neque affectio,
sed neque alia pars nostri est voluptas, sed vicarij ministerij gratia in
vitam accessio, quemadmodum dicuntur accessisse sales nutrimenti,
concoquendi causa. Quæ autem est effrenata, generat cupiditatem, &
appetitum à ratione alienum, ea Epicuro persuasit, vt Philosophi
finem poneret voluptatem.]*

2. Contra verò recte philosophantes, felicitatè humanam pro hoc
statu constituentes in contemplatione diuinorum, & Theologi in cog-
nitione diuinæ essentiæ in altera vita (quam ostendit sapientia, &
scientia Sanctorum) voluptuosam vitam aspernati sunt, utriusque vitæ
felici impedimentum apponentem, eò celebriores in sapientia habitæ,
quòd à voluptuosa vita remotiores. Hinc apud Gentes Troianas lau-
datur Cassandra, vt fatidica, quia virginitate prædita: apud Romanos
Vestales virgines in pretio habitæ sunt, quibus vel demonum arte, vel
in præmium virginitatis ex dispositione summi Dei, mira facere da-
tum est. Pythagoras fertur filiam habuisse virginem, quam & virgi-
nitatè seruare docuit. Platonè ex Augustino, cælibatum coluisse edo-
cemur; nã quod postea in senectute sacra fecerit naturæ, id fecit non
exprobans cælibatum, sed vt obiectionè responderet sibi factam, quod
esset sterilis, & infœcundus, vnde filium genuit, vt fecunditatem ex
effectu demonstraret; quamquã & castitas, & reliquæ virtutes, quæ apud
Romanos seruatæ leguntur, non veras extrinsecas virtutes, proclamant.
Aug. qui non pro obtinenda societate Angelorũ laborarunt, sed ta-
e aliquid fecerunt, pro conseruanda gloria Romanorum, Aug. 15. de
ciuit. 18.

3. In eo autem, quod contemplationis, quæ munditia comparata cordis, medium asserunt quidam ad felicitatem, id expositione indiget: tantò enim aliqui perfectius est, quantò primo, & purissimo, & simplicissimo Enti appropinquat. & patet ex 10. Metaph. ubi magis, & minus (ut calidum, lucidum) dicuntur per respectum ad primum, & maximum; diuina autem perfectio consistit in summa simplicitate ex purissima bonitate, per elongationem ab omni impuritate, & imperfectione. ergo in tm̄ dicitur homo perfectus, in quantum in suo uiuendi modo imitatur diuinam puritatem, & rectitudinem, id ætingimus per puritatem, & cordis munditiam; unde Christus Dominus dixit: *Beati mundo corde, quoniam ipsi Deum uidebunt*, Math. c. 5. Hinc in Col. lat. 1. Cassian. quæ est Abbatis Moyssi, ubi varia esset expositio circa illam difficultatem, quis esset Monachi finis, & scopus: alijs dicentibus esse ieiunium, alijs contemptum terrenorum; conclusum est, & determinatum, scopum Monachi ad consequendam felicitatem, esse cordis puritatem, & mentis tranquillitatem, & pro hac obtinenda, ieiunia, vigiliae, labores, lectiones, & meditationes scripturarum suscipiendas, ut tamquam certa directionis regula, & certissimo medio beatam vitam hoc modo suscipere valeamus; ergo cum medium asseritur puritas, & continentia ad assequendam felicitatem, id non de præcipuo, & primo medio intelligendum est, sed: ut sit quasi dispositio habenda cum alijs eiusmodi recensitis deseruiens, & ut in hanc æstimationem defuges obtutus, uelut ad certam regulam, sine qua finis æternæ felicitatis haberi non potest, ipsam ut ultimum, finem habeamus. Unde ut ieiunia, paupertas, continentia, & ceteri labores propterea assumuntur, ut obtineatur dicta puritas, & tranquillitas, tamquam tutissimum obtinendæ supernæ felicitatis medium; ita proportionaliter pro purificatione intelligentiæ hæc assumere possumus, ut in hac vita felices simus, ut homines, quod etiam imitati Crates Thebanus, & alij diuitias, & huiusmodi spreuerunt, ut puro, & simplici oculo quantum poterant, atque sciebant, saltem in hac vita Dei cognitionem assequerentur, in qua beatificari se existimabant.

4. Vides ergo (tam contemplationi alterius vitæ, quam etiam præsentis) quantum conducant continentia, & abstinentia, & quantum impuritas obstat, multumque differre Philolophos illos, qui uirtutibus vacabant in ordine ad contemplationem; ab ijs, qui impudicitæ, & luxui se tradiderunt. Unde Hieronymus in cap. 13. Ezech. dicebat: *Nos autem dicimus alios hereticos: Istrate dogmatum suorum prædicare uirtutem, quorum fuit Pythagoras, & Zeno, à quo Stoici, Indorum Braçmanas, & Aethiopum Gymnosophistæ, qui ob uisam continentiam, miraculose suis gentibus tribuunt, relique ascuntur puritatem linire, & aliquam fortitudinem polliceri, sed quia non habent*

Domus Christi condimentum, vanus est eorum labor, & peritura edificatio. Nisi enim Dominus edificauerit domum, in vanum laborauerunt, qui aedificent eam. Alij autem voluptatum, libidinisq; Deorum dicuntur consuere puluillas, & ponere sub omni cubito manus Epicurij, & Pyrrhonij, & apud nos Louinianus, & Eunomius, qui dicant, manducamus, & bibamus, erat enim moriamur.

5 Sunt autem tria hæc dogmata in praxi apud Hæreticos (ex eodem in c. 16. Ezechiel.) Nam asserunt nihil nocere luxuriam, & perflaram libidinem iuxta corporis genitalia contra naturali lege deprecere. Cibis omnibus indifferenter vtendum, qui ad hoc facti sunt, vt sumantur. Prudentiam in eo tantum necessariam, vt sibi proficiat: nec aueritiam habere locum, qua si valeat, mendicandum sit & c. que accipiens misera Hierusalem, in qua visio pacis esse debet, acumen ingenij, & eloquij venustatem veritatis in turpitudinem. Vides quàm sit impedimento luxuria ad penetrandum mysteria, & acumen ingenij obsequendum; & tamen Deum videre se iactant ex eodem in c. 9. Elai. & nihilominus in illis adimpletur ob excitationem ipsorum: Non erit tibi amplius Sol ad lacèdum, cum pseudopropheta, & peccatoribus, Sub occidat in meridie c. 60. Elai.

6 Vniuersale Hieronymi axioma est in c. 3. Hierem. Nalla hæretica nisi propter gulam, & ebrietatemq; construitur, vt seducat mulierculas operariis peccatis, semper discentes, & nunquam ad sciensiam veritatis peruenientes, de quibus verè dicitur. Qui denotant plebem a meam, vt esca panis & quod h. istius notat, deuorantes domos viduarum, & in c. 9. Osee. Difficile, ait, inueniri hæreticum, qui diligat castitatem. In promptu est inductio. De Carpocratianis scribit Clem. Alex. lib. 3. Stromat. Ad canas conuenerunt viros simul & mulieres, postquam satiitate Venerè excitate exatiati fuerant, lumine amoto, quoa eorum fornicatoriam hanc iustitiam pauere afficiebant, auersa lucerna coire, quomodo velint, & cum quibus velint, meditantur autè in eiusmodi Agape cõmunionè, interdu iam à quibus velim mulieribus exigere Carpocrates diuina. n. (nescis est dicere) legis & obedientiam. Has leges, & sentio, ferre oportuit Carpocratam canis, & suum, & hircorum libidinibus. Apelles desertor continentie vocatur à Tertull. de præscript. & Marcion. ob stuprum virgini illatum ab Ecclesia motum asserit. Hermogenem quoque totum aduicium prædicatione, & carne. Marcion, ex Iræneo lib. 1. c. 9. circa mulieres vacabat, & hoc circa eas, qua sunt honestæ, & circum purpuratæ, & diuissimæ, ipsarum corporibus contumeliam inferens. Montanus quoque ex Apollonio (apud Euseb. lib. 5. c. 18.) Mulieres à viris proprijs absturbabat ad propriam libidinem explendâ, illas vt prophetissas circumducendo. Audiamus Hieronymum 2. aduersus Pelag. ad Cthesiphon.

Q

phon.

phontem horum, & aliorum hærefiarum catalogum in cano libris
dinum commemorantium atroxenem. *Simon*, inquit *Magus*, *heresim*
condidit, *Helena meretricis adiutus auxilio*. *Nicolaus Antiochen*
us omnium immunditiarum repertor, choros duxit *femineos*. *Mara*
cion. *Romam præmissi mulierem, qua decipiendos sibi animos propa*
raret. *Apelles Philomenè suarum habuit comitem doctriinarum*. *Mon*
tanus immundi spiritus prædicator, multas *Ecclesias per Priscam, &*
Maximillam nobiles, & opulentas feminas, primum auro corruptis,
deinde hæresi polluitis, Dimittam vetera, ad vicina transcendam.
Arias, ut Orbem deciperet, sororem Principis ante decepit. Donatus
per Africam, ut infelices quoque fetentibus polluceres aquis, Luciliq;
opibus adiutus est. In Hispania Agape Epidium, mulier virum, eg-
num cæca duxit in foveã, ut successorem suum Priscillianum haberet
Zoroastri Magi studiosissimum, & ex Mago Episcopum. cui iuncta
Galla non gentis, sed nomine, Germanam, huc illucque currentem ab-
sterius, & vicina hæreseos reliquis hæredem, subdit, nunc quoque
mysterium iniquitatis operatur. Duplex sexus, utrumq; supplantat,
&c. & ibidem dicit, quod sunt misera muliercula enerata peccatis,
qua circumferuntur omni vento doctriina, discentes, & nunquam ad
veritatis scientiam pervenientes, & ceteri mulierularum socij pru-
vientes auribus, & ignorantes, quid audiãt, quid loquaratur, qui vocem
fissimã cœnã quasi novã suscipiunt tæperaturã, qui iuxta Ezech. linitis
pavietem absque temperamento, & superveniente veritatis pluviam
diffipantur. Quæ ante subdoli isti edocebant, scribit idem Hieron. he-
resu architectum sui temporis delineans. Sic ergo pseudomagistrorũ
istorum doctriinas despumantes suas confusiones verba enarrat. [Raro
ieiunate, crebrius nubite, non enim potestis implere opera nuptiarum,
nisi mullum, & carnes, & nucleum sumperitis: viribus opus est ad
libidinem, cito caro consumpta marcescit: nolite timere fornicationib;
qui semel in Christo baptizatus est, cadere non potest. His consilijs fu-
bulci tui patribus nostris ditiores sunt, & hirci plurimas secum car-
pras trahũt, & qui insaniẽtes in feminas facti sunt, statim vt mulieres
viderint, adhinnunt. & impatientiam suam, proh nefas, scriptura-
rum solantur exemplis, sed & ipsæ mulierculæ miseræ, & non solum
miserabiles præceptoris sui verba cantantes; quid enim nisi semen re-
quirit Deus, non solum pudicitiam, sed etiam verecundiam perdi-
derunt, maioriq; procacitate defendunt libidinem, quam exercent.
Habes præterea in exercitu tuo plures succenturiatos, habes scurras,
& velices in præsidijs, crassos compos, nitidos clamatores, qui te pa-
gnis, calcibusq; defendant: tibi cedunt de via nobiles, tibi osculantur
diuites caput; nisi enim tu venisses, ebrj, atque ruciantes Paradi-
sam intrare non poterunt.]

De-

9. Deceptionis modus erat per mixtionem voluptatis in fabulis, & ex incantata sapientia suæ rigorem temperantia emollicientes, sic in Hispaniarum, & Lusitanicæ locis, hæretici nobiles feminas deceperunt, ait Hier. in c. 64. *El. miscentes fabulis voluptatem, & imperitia sua nomen scientia venditantes.* Alij per simulationem sanctitatis incedunt, & tam fallaces, tam captiosi sunt, quam ipsi (ait Ambrosius in Comæti, Pauli in ea verba, captivas ducunt mulierculas) quos constat, aliud colore, aliud proferri, aliud intus gerere, & foris aliud venditare, vnde, & quidem castimoniam extrinsecus favere videntur, ceterum ab ipsâ omnis exulat pudicitia. Vnde Hieron. in c. 7. *Osc. Voluptantur in sordibus libidinum, vacans stupris, & quisquid loquuntur, & putant, verint se in laudem Dei dicere, volutus luporum, & vascaram in sandentium fontis est.* Raro hæreticus diligit castitatem, & quisquam amare pudicitiam se simulat, ut Manichæus, & Marcion, & Arius, & Tatianus, & instauratores veteris hæreseos, venenatis ore mella promittunt: ceterum iuxta Apostolum, quæ secretò agunt, turpe est dicere; nam ex Epistola Hieronym. ad Ctesiphontem: *soli cum solis clauduntur mulierculis, & illud inter coitus, amplexusque decantant.* Tam Pater omnipotens fecundis imbribus æther, coniugis in gravidâ Leda descendit, & omnes; Magnas alit, magno commixto corpore fetus. Alij Amazonas suas sibi conciliabant, docebat feminas debere habere scientiâ legis, & interim, voce, & canticis earum imitabantur, & meliorem conditionem ipsorum esse, quam Anachoretarum, qui clausi cellulis, visendarum mulierum tenebantur desiderio, ipsosque præceptores feliciores, si mulierum vallarentur agminibus, quando nulla ex ea conversatione pulsarentur titillatione, vel illecebram paterentur; tales erant Pelagiani, contra quos idem Hieron. lib: 3. decertabat.

¶ At imprudentiores, & falaciores nostri temporis hæretici, qui virginitati, cælibatui, pudori bellû funestissimum indixerunt, ut Veneris idololatria videatur renouata, quæ in omnem intemperantiam effusa, plura adulteria edidit, quàm partus, sed deiecta per legem gratia hac idololatria, rursus per hæreticos eandem instauravit diabolus, vel dâmando matrimonia, ut ad fœdas obzænitates mortales essent prona, vel matrimonium esse cælibatus merito copulandû. Hinc Luther ser. de matrim. Vitæbergæ impresso 1552. [ut non viribus meis sum esse, ut vir non sum, cum non est mei iuris, ut absque muliere sum] & iterû. [verbum hoc, quod Deus ait. crescite, & multiplicamini, non est præceptum, sed plusquam præceptum divinum, puta opus: & quod non est nostrarum virium, vel ut impediatur, vel ut omittatur, sed tamen est necessariû quam ut masculus sum, magisque necessariû, quam edere, bibere, purgare, muccum emungere totum, & excubijs intentum esse]

& iterum concubinatum esse matrimonium tom. 2. pag. 153. [si tu nolueris, alia uolet. Si Domina nolit, veniat ancilla. Si cum re-
nuat, repudia eam, & in uicem Vasthi Ester subroga [idem pag. 125.]
[cogitationes immittas à Sacana alijs cogitationibus, vt de puella pul-
cra, depellendas suadebat] & priuatis colloquijs, & concionibus, &
scriptis, & proprio exemplo ad omnem salacitatem, nouus Epicurus.
Iste pelliciebat lib. contra Amb. Cather. [decima facies Antichristi
est insignis ille cœlibatus, & castitatis Monasticæ multitudo, plane
Angelica facies, sed diabolica res.] & à Calu. in 19. c. Matt. & 4. lib.
c. 23. & 2. c. 8. §. 42. cœlibatus tanquam tyrannus, & superstitio
exufflatur, hæc rediferi, & parantimphū Veneris, vt esset conuentus il-
lorum sententia luxuriosi, & libidinum receptaculum, vt ruptis ca-
stitatis repagulis, nomine connubiali suas libidines exercerent. Vnde
alia dogmata eruperunt, vt etiam lumini naturali, & pudori contra-
ria dogmatizarent, cur ita? Resp. Hieronym. ad 13. caput Ezech. *Vob
Prophetis, dicens: Hæretici spiritum Dei relinquentes sequuntur spi-
ritu suū, quia nauaquā diuino instinctu, sed proprio corde uascinā-
tur; unde et nihil vident, quis autem hæreticorum, qui sequitur spi-
ritum suum non impingat in tenebris, ut cæcus caecos ducat in fossā?
Vnde licet sibi in mysterijs, imo orgijs suis. (vbi impudiciora Eleuthis
exercetur) plura Ecclēstasticis D. D. videre videantur, tantu nihil
omnino vident, quia solē iustitiæ perdidit; supercecidit. n. ignis
concupiscentiæ propter eos, & non viderunt Solem; vnde merito si-
cut ad signa, & noras Ecclesiæ pertinet munda, & casta vita profita-
tum Christianam Religionem, ita impudicitia, & salacitas hæretico-
rum demonstrat ipsorum cœtus esse Satanz conuenticula, & postri-
bula demoniorum.*

9. Proportionaliter ergo ad nostrum propositum stabilicendum cen-
sendum est, eorum Magistrorum esse optimam doctrinam, quæ non
solum apertissimis impudicitie facibus bellum indicit, sed etiam qui-
buscunq; illicitis voluptatibus in rebus veneris nullam paruitatem
materie admittentes, ne locus deat impudicitijs, & in re tam lubri-
ca laxentur habent, quod latius impugno in Opuſculo nostro articu-
lato *Pudicitia emollita*: & ipsemet author harum laxarum opinio-
num, modestè se ipsum retractans, obediens decreto Sacre Congrega-
tionis S. Officij, factus tandem, quæ dixerat in his actibus obsequijs
actibus, & eiusmodi, quantumuis sit materia parua peccari mortaliter,
& excludi homines à Regno, &c. legatur Sauch. 2. p. de præceptis
lib. 3. c. 6. num. 12. & secundum eam doctrinam corrigenda, quæ dis-
cipulis tract. de matrim. lib. 9. & ne scititia videantur, quæ adducimus
hic in forma, retractationem transcribimus. quæ sic habet. [Id
quod aduertere volo, sententiam, quam lib. 9. de matrim. de-
ſeruit.

Spic. 46. num. 7. dixi esse verissimam, nempe: *complexus, & oscula libidinoso, quamvis sola venerea delectatio, qua in ipso sentitur, placeat, excluso ordine ad copulam, esse mortalia, & contrariam ab aliquibus appellari temerariam, & erranciam; hodie approbatam esse à Summis Pontificibus Clem. 8. & Paulo 5. Qui Inquisitoribus fidei denunciari iusserunt asserentes in illis non committi crimen lethale. Et quamvis ibidem dixerim, hanc doctrinam moderandam esse, nisi delectatio esset parva, quia tunc ratione parvitas materia excusaret à mortali. At nunc confirmans prædicto motui proprie, & veritati iudico, non reperiri parvitatem materiae in delectationibus venereis, qua deliberatè capiuntur ex obiecto gravi, etiam solute periculo pollutionis, & consensus in aliud obiectum gravi: & subditum sequo latius, & optime probat. Rebellius de inst. p. 2. l. 7. cap. sect. 3. utriusque rationes ad hanc in summa rediguntur, quod delectatio venerea est, siue notabilis, siue modica, quando ex delectatione sufficienti captatur, ac proinde non excusatur à culpa gravi, ratione modicae deliberationis, siue sit complacentia de fornicatione, siue naturali, & ut contrahatur, ad quam ordinatur, & à qua totam malitiam rationem habet, vt colligitur ex d. Th. 2. 2. q. 11. 2. 1. ad 3. & 22. q. 154. 2. 4. in c. Et ideo quantumcumque modica sit, si est de obiecto mortali, erit semper mortalis, nec ratione parvitas materiae excusari poterit si deliberata sit, sicut complacentia deliberata de quocunque alio obiecto mortali, vt de homicidio facto, & similibus quantumvis modica sit, est semper lethalis. Præterea quia delectatio venerea teste Galeno lib. 14. de usu partium c. 9. & 10. fit ex motu substantiæ seminis descendens ad partes obscenas ex commotione spirituum vitalium generationi deservientium, quod est quasi pollutio inchoata. Quod si quis adhuc contendat, dari hanc parvitatem materiae, id tamen certum est, rem esse satis periculo expostam, & seponumero, forte vt quis, modicam, & venialem delectationem esse, concupiscentiam obsecutus existimet, cum tamen gravis, & mortalis sit: & ideo saltem merito dubitare poterit illam admitteus, an ad mortale pervenerit. Quare nec audeo, nec vnum ausus sum excusare, à confessionibus huiusmodi delectationum, quantumvis modicarum declarationem.*

Et insuper in quavis venerea delectatione deliberatè commissa, & pertu periculum est incidendi in maiorem aliam delectationem manifestè mortalem, quod vtiqum non adeo experientia docuisset ob naturæ fragilitatem, & pronitatem ad hæc venerea.

Similiter quamvis lib. 9. de matrim. disp. 13. dixerim: *licet in usu naturam fricationibus ad expellendam qualitatem morbidam in quam semen iam corruptum transijt, et tenendum est, non licet, quod etiam docet Rebell. ead. sect. sed plura alia suppetunt remedia*

in medicina, quæ querenda sunt.

Defectio autem hæc venerea tunc accidit, ut alijs relictis dixi, disp. 46. l. 9. c. Y. de matrim. *quando sentitur in carne; cum commotione spirituum generationi deseruientium.* Hæc ille, ex sua ergo retractatione, quæ ubi dixit retractanda, & corrigenda, et admonet, ut omne offendiculum auferatur è pedibus insipientum.

¶ Gregorius Clemens 3. Strom. dicebat, quod ad probrosa, & turpia, *vitia non est indifferens eligenda*, ita similiter, nec indifferens habenda, ut probabile sit ex parua materia non excludi homines a vita æterna in materia concupiscentiæ tactus, oculorû, &c. cum enim *declinanda sint cupiditate* ex eodẽ non est amplius viuendum secundum has indifferencias: *neque est impudenter seruandum velissimis, & abiectissimis nostris partibus vtri, & pudendis propter cupiditatem nostram blandiendo cadaveri. Nutritur enim, & vivificatur cupiditas, dum, ut optatis fruatur inseruitur* (etiam si in eiusmodi actibus delectatio alleratur esse in parua materia) *quemadmodum rursum si arceretur, et in minimis resistendo, & interturbetur, flavescit, quomodo autem fieri potest, ut qui videtur à voluptatibus Dominus affimletur, aut Dei habeat cognitionem? omnium enim voluptatis principium est cupiditas.* Cupiditas autem est in obsecanis velle querere modicam delectationem. Latabatur mendicus ille apud Augustinum, quinque lib. Confessionum c. 6. saturum iocantem, ac latantem de eo, qui iam ille parulis, & mendicatis nummis adeptus erat, nam Bene optando acquirerat vinum, quod nocte digerurus erat. *Interesse autem, unde quis gaudeat*, dicebat Aug. siue ergo ex magno, vel paruo, qui delectatur, habet lux cupiditatis materia, in qua conquelescat. *Mens vero (ex eodem Clemente) qua est munda, & ab omni vitio libera est, quodammodo apta ad possessionem Dei suscipiendam, cum divina in eo assurgat imago, & quicumque habet hanc spem in Domino, seipsum inquit mundum, castumque facit, quatenus ille castus est: ut si autem accipiant, qui adhuc ducuntur à vitijs minime potest fieri. ergo nec ut finem non assequitur, accurate videretur Dei ignoratio, ut Deus autem ignoraretur, officit vitæ insitutio, omnino enim fieri non potest, ut quis simul sit, & scientia præditus, & blanditiæ corpori non erubescens. Neq; potest unquam convenire, quod voluptatibus sit bonum, cum eo, quod bonum sit solum pulcrum, & honestum, vel etiam cum eo, quod solus sit pulcher Dominus, & solus bonus Deus & amabilis.*

¶ Anima ergo munda habilis est ad sapientiam suscipiendam, quam non potest assequi, qui vitijs abducitur, sed qui mundus, & castus est, ut resulter eius imago, qui purissimus, & castissimus Deus est. Nec imitandus scientia præditus esse potest, & corpori blandiatur, & voluptatibus

habus indulgeat, & ut Deus sciatur, vel ignoretur efficit bonum, vel mala vite institutio, vel voluptatibus indulgendo, vel ab ijs se mortificando, & exuendo veterem hominem cum concupiscentiis. Unde & Magistri doctrina etiam dignoscitur ex vita pura, vel impura: & ut docet idem Clemens. *Qualis enim sermo, talis est vita, arbor enim dicitur ex fructibus non ex floribus, & ramis. Cognitio ergo est ex fructu, & vita institutione, non ex verbo, & flore, & ex bono, vel malo verbo deprehenduntur, quæ in cordis thesauro secum ducitur. Videant qui mira attribuunt illi assertori, qui pudicitiam emolliit, & ælitus, narret quidam tributam cardiloquo expedite loquendi virtutem eum, & linguam, & manus concatenatas habere debuisset, ne hæc scriberet, vel proferret, quæ opus fuit retractare.*

C A P I T U L U M X V.

Character Decimus quintus. Si mortificata, abstinentijs, & ieiunijs, austeram, & non mollis, & effeminatam incedat; Orthodoxæ veritati dexteram miscet.



Secreto, & arcana celestia intelligere meretur, qui vitia prius supplantavit ieiunijs, mortificationibus, &c. Egrepiæ Philo de nominum mutatione scripsit. [Accidit quoque, ut Iacobi nomen mutaretur in Israël, nec abs re. Cur ita? Iacob quidem est, qui impetit calcibus (Supplantator) Israël vocatur (Deum videns) quare Supplantatoris opus est, qui virtutem colit, affectionis bases, quibus infidet, & si quicquam firmum, & stabile in ipso est mouere, convertere, diruere. Istud porro non sine contentione, & labore consuevit fieri, & verum Deum videns proprium est & sacro

licet certamine nō egredi prius quam retulerit coronā, sed ob adeptā
 victoriam præmia tollere. Quæ nam autem floridior, aptiorque coronæ
 victori animo nocti posset, quàm illa, per quam ea quæ sunt rectè vi-
 dere valeat? Et postea. Præclarum igitur animo virtuti operam danti
 præmium proponitur, ut oculatus fiat ad perspicuam eius perceptio-
 nem, quod solum contemplatione dignum est. (ratio egregiè ministra-
 tur à S. D. in c. 1. ad Philipp. dicens,) [quod habens habitum si rectus
 est habitus; sequitur rectum iudicium de ijs; quæ pertinent ad illum
 habitum: si verò corruptus falsum] Israelii ergo, si videre, & contem-
 plari Deum voluerit, opus est vitia supplantare, ut rectum habeatur
 iudicium de virtutibus, quibus ad Dei contemplationem adaptatur.
Qualisquisq; est (dicebat Ar.) *italis finis ei videtur.* & turbato p passio-
 nes affectu, facile intelligentia obscuratur, nec tantum falsitas, sed
 pravus affectus cum intellectu pugnat ob id malitiam mutare intella-
 ctum, & fictionem animam decipere edocuit sapientia. *Errat oculus,*
 dicebat S. Ambr., *vbi errat affectus.* talia quidem nobis esse viden-
 tur qualia concupiscimus, & volumus ex affectu. Hinc evidenter do-
 ducebat Seneca 3. de benef. c. 14. *quod saepe noxia concupiscimus,*
nec dispicere, quàm perniciosissima sint, licet, quia iudicium interpellat
affectus. Et hoc mirabile etiam fulgentissima sit virtutis facies, tam
 pulchra speciositate priuemur, ut excutiamus etiam ad eum, qui se
 nobis exhibet aspectum; vnde idem Seneca ep. 115. *Nemo non amore*
eius ardet, si nobis illam videre contingeret. Nunc autem multa
obstrigillat; & aciem nostram, aut splendore nimio reperiunt, aut
in obscuro retinent. morbus hic Phalauticus, ut illud Sanctum, & bo-
 num iudicemus, quod nobis arridet. Ex Eva originem traxit, de qua
 scriptum est. *Vidit igitur mulier, quod bonum esset lignum ad vescen-*
dam, & pulchrum oculis, aspectui delectabile, accepit de fructu illius
& comedit, Gen. 3, quare ait Chrysostomus Hom 15. in Gen. *Non*
ante diabolicum consilium huius pulchritudinem vidit? Resp. Seleu-
 cus oratione 3. *In Adam prius equidem videbat, sed aspectum exp-*
purgauerat affectibus, & propter puritatem ratio in servitutem mi-
nimo duci poterat, & Chrysof. Idem timebat mandatum Dei, &
subsecutorum supplicium. Verum decepta à diabolo promittente ei-
 dem ex commestione diuinitatem, sic ratiocinabatur. [Si ad vescen-
 dum bonum est lignum, in quo tanta formositas, & quod tantum oble-
 scere potest oculis, etiam præbebit nobis eius sumptio summum ho-
 nosem, & habebitque eandem, quam conditor dignitatem: quare non
 sumeremus ex eo?] animæ eius ergo (ut dicit idem Seleucus) *passio-*
num vinculis impedita cum aculo communicavit; qualia namque sūt
 consilia, tales, & corporis motus: ex affectu enim animæ tenebræ obsu-
 ræ suat, & illecta ratio, membris imparavit, ut de prohibito panno co-
 mederet.

Idem accidit in ceteris passionibus rapientibus animum, & ad consensum pertrahentibus; vnde nimia tenacitas luxuriz, ita hominem effrminat, vt euadat totus caro, ad exquirendum libidinofum, & nō lucernæ spiculi lumine (vt habetur in parabola Dracmæ) sed totius Solis lancea opus sit. Voluptas enim sensualis ex Cic. in Catone [rationi est inimica, impedit consilium, mentis perstringit oculos, vt infirmi sint, & cæcipientes, vt erant Clodij fororeulæ amore deuinctæ, in quo maior erat libidinis cæcitas, quàm luminis] ex eodem Cic. de auru spiculis.

2. Et quantum ad alias passiones Iudæi inuidia, & ambitione excecati in Christum Dominum manus iniecerunt; & quamuis Christus Dominus pro eis rogaret: *Dimitte illis, quia nesciunt quid faciunt*, non ideo ab excusabili ignorantia immunes, quia adhuc habebant, à quo discerent, & culpa in affectum obscurantem intellectum transmittitur; vnde Arnoldus tract. de septem verbis Domini. *Nec tamen licet tanti criminis molem mediatoris autoritas eliminaret, obstinatio illius infidelitatis ex se excusabilis erat, nec habebat quid opponeret destituta ratione mens, & animus ad vera prospicienda caligans, cui rediissima species veritatis ad instar remi, qui in aqua dimissus curui, perfractiq; similitudinem reddidit, aliter intelligebatur, quàm erat, & cum esset præ oculis res ipsa, nullaque intersectio impediret, ex se in transuersum intuens strabus iudificabatur aspectus, & ad idem propositum vide Nazianz. orat. 3. de pace. Hæc erat illa animi crassitudo, quam Isaias populo Iudæorum impropere, per quam in hanc hebetudine venerant, ut videntes non viderent, & audientes non audirent; quia exasperantes animos dignum erat in proprijs sensibus confundi, & qui abutebantur iustitiæ documentis, & veritatis radios abhorrebant, abdicati à natura, & gratia luce in cecitate sua tabescerent, & haberent intra se fumosas exhalationes, quæ totum candorem intellectus, & sensuum denigrarent.*

3. Claudat hunc discursum Theophil. lib. 1. ad Autholicum, vbi dialogum introducens Gentilis cum fidei, dicebat Ethnicus. *Age ergo ostende mihi Deum tuum. & Orthodoxus respondebat. Age vrgè ostende mihi hominem tuum, facto hominem esse cognoscam, & quis meus sit Deus demonstrare non morabor. Animi tui oculos probe videntes, nam Deus non ab omnibus videtur; verum illi soli eius aspectu frui possunt, quibus datum est, vti nempe, qui animæ oculos offerunt, non clausos, sed apertos, omnibus quidem sunt oculi, at quorundam aded sunt obscurati, ut Solis lucem intueri nequeant. Ceterum non propterea solares radj fulgore carent, quod à cæci non videntur; imò se ipsos, & suos oculos potius culpant cæci. Pari ratione o homo animi tui oculis offensa est caligo, cuius causam nullam aliam, quam*

R

tua

tua scelera, & peccata dicito. & postea. Si itaque desideras, ut Deum meum tibi ob oculos ponam, primum peto te metipsum mihi ostendas, ut scia sis ne adulter, scortator, fur, raptor, spoliator, & his, qui praedictis criminibus sunt innexi, nequaquam apparet Deus, nisi prius ab omni inquinamento se repurgarint. Haec omnia tenebras oculis tuis inducunt, non secus ac humor aliquis in oculos exteriores influat, qui obstat quominus Solis lucem diligentius contemplari queant. Haud dissimili ratione impietas tua te obcecatur, quo fit ut nequeas Deum videre.

4. Veneris autem potissimum, & ventris passiones refragare oportet, ut anima ex fuliginosis his passionibus non fuscetur, & magis fiat aprior homo ad sapientiam addiscendam. Certè (ut dicebat Philo. lib. de somnijs.) *Multi immodicis delictis alijs super alijs ingestis obruantur, & vero multo rigantur, donec rōmersa pareat, & effectus, qui sub ventre nascuntur, ex saturitate in effrenem rabiem concipiunt; quicquid obtutum fit, corripiant ad sedandos libidinis furētes stimulos;* vnde Iacobus in Epist. *Epulati estis super terram, & in luxuria eputrastis carna vestra;* à gula autem, & libidine anima occupata hebescit, ut ad contemplationem assurgere non valeat; vnde Chryostomus Hom. 44. in Ioann. *Nihil, gula maxime, in via luxuriae perniciosius, nihil ignominiosius est. haec obtusum, & crassum ingenium, haec carnalem animam reddit, haec caecat intellectum, non finit, ut quicquam percipiat.* Sunt autem haec duo daemonia Bacchus, & Venus, coniurante, & conspirante cum illis, *Ipsa natura* (dicebat idem Tertull. de Ieiun. c. 6.) *enunciabit: nos quales ante pabulum, & potum in virgine adhuc salina exhibere consueverit rebus agendis, cum divina tractantur, se multo viacioris cordis quantum totum illud daemilium interioris hominis estis stipatum, vinis inundatum, in quo nihil tam in proximo superfit, quam ad lasciviam sapere. Manducavit Populua, & bibit, & surrexerunt ludere, intellige Sacra Scripturae verecundiam, Iusum nisi impudicum non denotasset. sed abstinentijs, & ieiunijs caro petulans castigata quid meretur, nisi ad intelligentiam puritatem pervenire? Tanta, dicebat Tertull. de ieiunijs c. 6. circumscriptis, hoc est frangi, & mortificati ventris prerogativa, ut Deum praestet homini contubernalem, parum re vera pari. Si enim Deus aeternus non esuriet, ut testatur per Esaiam, hoc erit tempus, quo homo Deo adequetur cum sine pabulo vivit; vnde acutè Basil. Hom. 1. de ieiun. observat de Elia, spirituales oculos accepisse; ut Deum quantum posset, cerneret, atque ieiunium fecit, ut maximi maculi spectator esset; cum diebus 40. ieiunium animam purgasset, eam ob rem in spelunca, quae est in Orab dignus habitus est, ut Deum, quoad homini licet, ipse videret, & de Moyse, quem è Regione op-*

ponit voraci, & libidinoso Populo? Ceterum, cui cor erectum potius
 inueneratur, quam impinguatum, 40. diebus, totidemque noctibus
 supra humana natura facultatem ieiunium perennauit, spirituali fi-
 de virtutem submissivante, & videt oculis Dei gloriam, & audiuit
 auribus vocem Dei, & corde coniecit Dei legem, iam tunc docentis
 non in solo pane viuere hominem, sed in verbo Dei. Cur autem caro
 saginata, & in pradam libidini data inhabilis sit ad speculationem ve-
 ritatis, & faciat recalcitret, experimento probat sensatissimo idem
 Tertull. eod. cap. 6. Ceterum quolus quisque meminit Religionis occupatis
 memoria locis, impeditur sapientia membris, nemo ita ut decet, ita
 vi par est, ita ut vtilis est, recordabitur Dei, in eo tempore, quo ip-
 sam sibi hominem excidete solebat. Omnem disciplinam videtur
 aut occidit, aut vulnerat: mentior si non Dominus ipse obliuionem sub
 exprobrans Israels causam plenitudo ini reputat. Et post multa, quae
 in castigatione, & mortificatione carnis adduxit exempla, subiungit
 7. Aspice Danielis exemplum circa somnium Regis Babylonis. om-
 nes turbantur, Sophistae negant, ultra de praestantia humana posse
 cognosci. Solut Daniel Deo fidens, & sciens, quid ad merendam
 Dei gratiam faceret, spatium tridui postulat, cum sua fraternitate
 ieiunat, atque ita orationibus commendatis, & ordinem, & signifi-
 cationem somnij per omnia instruitur, tyranni Sophistis parcitur,
 Deus glorificatur, Daniel honoratur. Vides quomodo ad scientiam,
 & cognitionem Dei peruenitur ex mortificatione sensus, ieiuniorum,
 & mortificationum disciplina. Vnde mystice ex Gregorio in expos. 1.
 lib. Reg. c. 11. in tres partes diuiditur Populus cum percussus est An-
 mon, vt sacre abstinenciae fructus, & dignitas ostendatur, quia ad eam
 quam manducando perdidimus Sancta Trinitatis contemplationem
 ieiunando reuocamus; partes autem sunt, cum in exemplum abstinenciae
 legis, & Prophetarum, atque Euangelij ieiunia producantur. & tunc
 Naas percussit, & cum illo meroris Populus ceditur, quia ex vno
 gula vitio innumera vitiorum agmina ad conflictum producantur.
 Vnum quidem gula vitium est; sed aculei libidinis innumeri sunt, qui
 praecedentem illam quasi Regem sequuntur, & cum gula domantur,
 libidinum incitamenta perisunt. & notandum, quod victoria pra-
 dicta, & repromissa: erat erit vobis factus cum incaluerit Sol, vt dies
 claritas obscuritatem sensus illuminet, & calor Solis accendat amor-
 rem cordis, vt mens bonum, quod capiat per lucem videat, & quod
 videt, per calorem concupiscat; nam primo suffunduntur tenebrae ma-
 larum concupiscentiarum; deinde flammae accenduntur, & ab utro-
 que malo in aduentu gratia releuatur, dum contra tenebras lucem
 accipit, & per calorem aduenientis spiritus, abscit frigus mentis; in-
 cipit enim videre caelestia, qui leuare mentem a carnalibus non vult.

R 2 dat,

bat, & qua amanter afficit, ardentè cupit, & ita ex diuina gratiæ celeritate subleuatur ad lucem cordis, & virtutem magnæ charitatis.

Satis ergo apparet ex depreffione gulæ, & Veneris per abftinencias, & mortificationes, animas aptari ad lucem veritatis, & etiam ad virtutem charitatis.

5. Mollis, & delicata fapientia eft, quæ abftinentijs eft deftituta, & molliter, & effeminatè vult incedere. *Non inuenitur fapientia in terra fuauiter viuentium.* In Ephrata auditur, quæ interpretatur abundantia; fed in campis fyluæ reperitur, in aufferitate, & mortificatione, & ab hominû confpectu femota. & tamen non defuerunt dicentes ad felicitatem, & facilitatem ingenij conferre multum cibos, qui funt optimi fucci, nec veriti funt afferere etiam Chrifti Domini ingenium optimum fuiſſe, quia nutriebatur butyro, & melle, morſatis craſſo eam ſcripturam intelligentes *butyrum, & mel comedet, ut ſcias reprobare malum, & eligere bonum.* Scimus Chriftum Dominum infantili vobis cibis paſtum, at non ad eum finem, vt bonum, & malum diſcerneret ex illorum ciborum virtute, melle enim paſtus eſt butyro ſtendiatuſ, vt infantilia membra ſe habere monſtraret, & horum ciborum nomine (ait S. Thomas in hunc locum) *omnes humanos cibos intelligit, & particula (ut ſcias) non cauſaliter, ſed conſecutiua accipitur, vt ſenſus ſit, adhuc puer ſcias reprobare malum ſine experimento, & eligere bonum ſine conſilio, perfectam habens omnium ſcientiam.* Delicatis cibis paſti eſſent tot Sancti Doctores in artiſſimis cœnobijs vitam tranſigentes, cum tamen herbis leguminibus, & groſſioribus cibis veſcerentur. quid? etiam coctum aliquid comedere luxuria fuit exiſtimatum à Cœnobitis Hieronymianis. Vterius proceſſit alius Anonymus vellicans Religioſorum ieiunia, & macerationes carnis rigidam, & auſteram vitam, quaſi ſupponens eam vitam Chriftum non ſectatum eſſe, & Ioanni fuiſſe reſeruatam. Sed aliud eſt abſolutè loquendo, Chriftum eam non duxiſſe, aliud pro tempore prædicationis, vt inſirmis condeſcenderet, & peccatores ad ſe traheret, manducans, & bibens cum illis, intermiſſiſſe; quare ieiunium, ſegregationem ab hominibus interdum intermiſiſſe, legatur S. Th. 3. p. q. 41. a. 3. ad 1. *Chriſtus ſtatim poſt baptiſmum auſteritatem vitæ aſſumpſiſſe, vt doceret poſt carnem edomitam oportere alios ad prædicationis officium tranſire, ſecundum illud Apoſtoli: caſtigo corpus meum, & in ſeruiſſimam redigo, ne forte cum alijs prædicauero, ipſe reprobus efficiar.* Mollis ergo, & effeminata incedit illa ſapientia doctrina, vel prædicatio, quæ Chrifti mortificationem non imitatur. moſtruoſum eſt, & indecorum, vt dicebat Hieronymus, ſi inſtructor virtutum pleno ventre diſputes de ieiunijs, & in c. 2. Michæ in Coment.

*An non confuso, & ignominia est Iesum crucifixum magistrum, pauperem, atq; esurientem fartis predicare corporibus, ieiuniorumq; doctrinam, rubentes buccas, tumentiaq; ora proferre. si in Apostolorum locum sumus, non solum sermonem eorum imitemur, sed conversationem quoq; & abstinentiam amplectamur. Sed hoc lachrymabile, quod illius Anonymi doctrinam abstinentiam fugillantem, mundus, cui mollia placent conatur amplecti, & ex potentia sequaces habeat; ac iniquarum potentia, vt ponderavit Greg. 17. Moral. c. 5. *feni floribus comparatur, quia nimium carnalis gloria dum nitet, cadit, dum apud se extollitur, repentino intercepta sine terminatur; sic namq; aurorum flatu in altum stipula rapitur, sed casu concito ad ima reuocatur. Sic ad nubila fumus attollitur, sed repente in nihillo detumescendo dissipatur. Sic ab infirmis nebula ascendendo se eripit, sed exortus hanc solis radius, ac si non fuerit abstergit: sic in herbarum perficis nocturni voris humor aspergitur, sed diurni luminis subito calore siccat; sic spumosa aquarum bulla inchoantibus pluuijs excitata ab intimis certatim prodeunt; sed eo celerius disrupta deperunt, quo inflata citius extenduntur; canq; excrescunt, vt appareant, crescendo pereunt, ne subsistant, &c.**

Plura contra illum Anonymum scripsit Frater Nicolaus à S. Maria, Polonus, Discalceatus Carmelita, cuius memoria in benedictione sit, in Apologia perfectionis: ad eum Lectorem remittimus.

Interim explicatis signis, & notis Orthodoxæ doctrinæ in genere, quomodo Cherubicæ doctrinæ in specie conueniant, sequenti Libro videamus.

Finis Primi Libri.



LIBER SECVNDVS

DE NOTIS ORTHODOXAE

Doctrinae S. Thomae.

C A P V T I.

Quomodo Theologia Doctoris Angelici, Antiquitatis canitiem fuerit venerata.



QUOD in Catholica Fide ostensum est, Characterem Orthodoxae esse antiquitatem; hoc ostendendum in Theologica Doctrina Aquinatis fuisse seruatum, de illo namque in Lectionibus Officij canit Ecclesia ex libris Sapientialibus: *Sapientiam omnium antiquorum exquiret sapiens, & in Prophetis vacabit, in medio magnatorum ministrabit.* Est autem ille sapiens, cui *versapiunt, prout sunt,* ex Bernardo, & qui in hac, vel illa facultate se exercent, sapientes dicuntur in tali, vel tal facultate, qui vero vniuersalem finem respiciunt, altissimas causas considerantes, architectonici vocantur; sic medicina principatur pigmentariae, & ars gubernatoria nauifactorum, & militaris equestri; vnde merito Apostolus de diuinis differens, & pertractans, est architectonicum vocat, *ut sapiens architectus fundamentum posuit.* ex 1. Corinth. 3. prudens certe architectus non super arenam extruit, qui enim super parietes inclinatos, vel macerias depulsas nititur edificare, vel super arenam, vel glebas, ruinam obnoxias domos superextruit: Primum & omnium antiquissimum fundamentum sapientiae, Deus est, super eum constat edificatam sapientiam Iudaeorum; vnde Clem. Alex. 1. Strom. *posteriora dicit tempora ad comparationem aetatis Moysi, & antiquissima eius Philosophiae;* respectu vero reuelatae doctrinae per Christum, antiquior est Ecclesiae doctrina quavis haeresi; vnde quaelibet veritas catholica super Ecclesiam fundatur, quae est fundata super sua-

fundamentum Apostolorum, & Prophetarum, &c.

2 Cum ergo hæc sacra Scriptura vtriusq; testamenti procedat a Deo, & principaliter ei innitatur (dicente S. Th. in Prolog. p. partis) *se inuestigaturum, qua pertinent ad sacram doctrinam, cuius præcipua pars est sacra Scriptura* (de qua plura inquirat. a. 9. & 10.) cuius authoritati innititur Theologia, ex necessitate arguendo; cum innumereis Scripturis sacris Cherubica Theologia procedat ad explanationem dogmatum, & Theologicarum conclusionum, velut sapiens architectus super antiquam doctrinam fundamenta iecit; ut omnem novitiam hæresim excluderet. Vnde sicut veteres à scripturis Prophetarum, & Apostolorum sua monumenta, semina, & segetes mutuati sunt; sic & S. Thomas diligentissimè id præstitit, in exponendis sacris Scripturis eosdem imitatus *Novellitatis omnis inimicus*, quam ut suspectam habendam admonuit non semel Tertul. & in ipsam inuehitur 1. cont. Marcionem c. 8. Traditioni Apostolorum, & Ecclesie frequentissime inheret, ut cum agit de multis materijs, & formis Sacramentorum, quas ex traditione acceptas fatetur ex Dionysio: ex eadem sacras imagines veneratur, & eiusmodi: decretis Conciliorum, & Summorum Pontificum non rarò Theologiam corroborat; sic passim in tota summa, & toto corpore sue doctrinæ his locis utentem S. Doctorem inspicies. Patrum monumentis (ut postea videbitur) in vnaquaque materia res definit S. D. Hinc .i. sent. q. 1. ad 5. *modum argumentationum in qq. Sacra Scriptura in Originalibus Sanctorum* seruari dicit, & lib. sent. quasi *ex ipsis constari* docet. Id Sectatores Doctrinæ Thomisticæ dicere possunt, quod Patres Concil. Niceni 2. a. 5. dixerunt. *Diuino loquorum Patrum doctrinam nos correxerunt, ex illis hærentes fidem, & veritatem potati sumus, illos insequentes, mendacium persecuti sumus.* ex libris Gentilium non parua supellectilè asportauit in obsequium Christi ex rationibus, & lumine naturæ (quo ipsi nihil antiquius) sæpissimè arguit. Vnde quantum ad hæc omnia (quæ sunt Cherubicæ doctrinæ argumentorum sedes) illud Ecclesiastici 34. recitatur in eius officio (ut supra dictum est) magnū Elogium: *Sapientiam omnium antiquorum acquirit sapiens*, nempe Canoniceorum Scriptorum, in Prophetis vacabit; Prophetæ autem quoque dicuntur 2. PP. diuinorum eloquiorum tractatores, *narrationem viuorum nominatorum conseruabit*, Philosophorum doctrinas etiam assumens ad diuina explicanda, & defendenda. *In medio Magnatorum ministrabit* sedentium in porta, & in subfellijs; dum ad nouitias, & peregrinas doctrinas ex deposito repellendas in Generalibus Concilijs congregantur. Id præstiterunt contra hæreticos, qui ut dicebat Augustinus contra Donatistas, *maluerunt aliquid nouum moriri, quam tenere consuetudinem, & vetustam traditionem, cuius diffinitionem non intelli-*

lige-

lipabant. Et iterum optime callebat Angelicus diuinum praeceptum: *Stare super vias, & videte, & in. rogare de semitis antiquis, quae sive via bona, & ambulare in ea.* Antiquas (ait S. Thomas in hunc locum Hierem. 6.) *quae Sanctorum vestigijs sunt vitae, vt etiam prius exposuit Hieronymus. Vias idem exponit esse Prophetas, & per consequens Apostolos, &c. & ad alliciendum eos (ex eodem S. Th.) ex praecepto imposto de imitatione Sanctorum, ponit praecepti fructum, & inuenietis refrigerium animabus vestris, magnum enim refrigerium humilibus praestatur, dicente Domino, & inuoluetis requiem animabus vestris, ad humilitatem hortans, & obedientiam, qui enim vijs antiquis, & tritis non se accomodat, lassantur in via semper querendo, & nunquam ad viam veritatis perueniendo, ambulantes vias difficiles. Sed tali praecepto non defuerunt, qui resisterent, & diceret: non ambulabimus. Vide, ait Angelicus, praecepti contemptum: & ad huc Praedicatores, veluti speculatores constituit, vt audirent Dei verbum, quos etiam repudiasse, ibidem subditur; vnde poenam comminatus est. *Ecce adduco mala super Populum istum, fructum cogitationum eius, quia verba mea non audierunt.* Maxima certe pna fructus cogitationum, & nouellarum adinventionum Nouantium, cum relictis vijs antiquis, in praecipitia tandem, & in mortem incurrunt. Aded autem tenax fuit Antiquitatis S. Thomas, vt fructus spiritualis Beseleel reportarit, eadem .n. quae didicit, docuit, vt nihil de suo nisi formam, & artificium apposuerit, non noua, sed noue dicendo, adiuciendo gratiam, splendorem, venustatem, sculpendo gemmas, & materiam, non supponendo vnum pro alio, quod est depositum immutare, sed ab antiquitate accepta expoliendo. munus Beseleel mystice adimplendo.*

3 Licet ex Basilio excerpere, quae Ep. 62. dixit de Episcopo Musonio, & S. Thomae adaptare; quod fuerit *eufros risuum paternorum, inimicus nouandarum rerum, ita nihil de suo, nihil quod noue alienius cogitationis inuentum reciperet, attulit hic vir; sed iuxta benedictionem Moysi, ex ipsis arcanis cordis sui, ac bonis thesauris veterum, & quae ante faciem iuniorum vetera essent, proferre nouit, hac sane ratione, & in ipsis consortium, & coequalium consilijs primo honore potitus est, non propter aetatis prerogatiuam, sed quoniam omnes sapientia vetustate superabat.* & ob id puto Angelicum sub nomine Doctoris communis celebratum, non enim declinavit, aeque ad dexteram, vel sinistram; sed trita vestigia insectatus est vetustatis; & antiquos sectatus est, & nouos quoque, antiquos tamen sectantes. Aded insignis haec laus est, vt cum innumeri sint tituli celebrandi Doctorum insignes, hic ceteris superemineat; quod ante me obseruauit Annaeus conditor anno 363. de Musonio tractans; post enim Bas.

hij verba sic scripsit. *Ex quibus probe intelligas Lector, nullo inquam latissimo virtutum campo Basilium de ipso laudando argumentum dignius delegisse, quam de servata in decendo amiq̄uorum doctrina & de explosa recentiorum nouitate efferre praeconia. ex his planè cõspicis, quali, quantaque detestatione, & execratione insectandi sunt illi, qui noua quotidie pro animi sententia monstra parturiant, inde sibi laudem maiorem aucupari conantes, si deformius ceteris portentum ediderint.* Aurea certè verba tam insignis Card. memouè comèdanda hoc præsertim luctuosissimo seculo, vbi nouandi prurigo leniù animos titillat, & vt loquar cum Tertull. de præit. c. 6. merito nouitioli, qui veluti casuli infantia adhuc recentis, nec perfectis luminibus per incerta respiciat. Hac nota cū S. Th. doctrina signata demonstratur, signis veræ, & orthodoxæ doctrinæ characteribus sigillata comprobatur.

4 Quâuis verò Antiquitate obfignata sit Angelici doctrinæ, nihil pro proprio statuendo, forma tamen artificiosa noua est, & dispositio S. Thomæ attribuitur, quæ doctrinam quoq; antiquam illustrauit. Hæc est catholice doctrinæ admiranda proprietates, vt in Antiquitate persisterens, nouos labores, & industrias (quibus excelsior Antiquitas, & in lucem prodeat) non repellat: non admittit in antiquis dogmatibus permutationem, compatitur vero secum explicationem. Hoc latè discussum est in Conc. Florentino p. 3. Collatione 14. cum enim prætenderent Græci Latinos innodandos anathemate, quia symbolo additum fuit parabola *Filiq;* hoc ariete eos reuincebant, non debere fieri additamentum contra veritatem, quod nec ab aliquo primato, nec ab Ecclesia potest fieri, sed quod continet explicationem; & Patrum intentionem non se extendere nisi ad verba, & Syllabas fidem mutantis, non declarantia veritatem: sic respondebat Cardinalis Cæsarinus Marco Ephesio: *Et non quæcumq; additio facit diuersitatem, quæ enim (ait idem coll. 13.) in substantia conueniunt, licet differant verbis, nõ deficiunt esse eadem, quia vna, & eadem res potest denominari diuersis nominibus.* Potest quoque additamentum fieri ad illud, quod non est contra veritatem; sed virtualiter habetur ex precedentibus symbolis (vt dicitur coll. 10. vnde quæ virtualiter ex principijs reuelatis colliguntur, nullo modo possunt dici additameta extrinseca; sed tunc (dicebat Cardinalis eadem coll. 10.) quando non ex principijs reuelatis deducuntur; vnde sic dicitur. *Dogmata fidei sumuntur ex fonte Scripturarum, quæ sunt principia fidei, ex hoc dicto inferimus nos, quod declaratio, expressio, & explicatio, quæ fit circa articulum fidei, vel Symboli per Scripturas Euangelij, Epistolæ Pauli, & veteris, & noui testamenti; nullo modo est extrinseca reputanda, aut alterius doctrine, cum sit doctrina Dei, & Ecclesia, quia tunc tantam*

dicitur probatio extrinseca, quando fit non per principia propria illius doctrinae, sed per principia alterius generis scientiae, ut si conclusionem Physicam probarem per principia Geometrica, &c. Quare ipsa Ecclesia Catholica (ut dicebat Lerinenfis e. 32.) in suis definitionibus nihil nouum, & extrinsecum in suis decretis consignat; sed intrinseca proponit; & vetera fideliter tradendo; & tractando, propter intelligentiae lucem, non nouum fidei sensum tradendo (id enim esset extrinsecum) sed eundem noua appellationis proprietate signando. Id certe ad profectum fidei spectat, non ad permutationem. Profectus uero est ex c. 28. ciuisiam Lexin. ut unaq; res amplificetur, ad permutationem uero, ut aliquid ex alio in aliud (quod est extrinsecum) conuertatur. Non tam unius hominis, quam totius Ecclesiae, etatum, & seculorum gradibus intelligentia, seu sapientia crescit, sed in suo distinctas genere, in eodem scilicet dogmate, eodem sensu, eademque sententia. Hoc modo c. 29. exemplificat in operibus, quae licet annorum processu numeros suos euoluant, & explicent, eadem tamen, quae orant, permanent (ut elegantissime prosequitur) ut non sit aliud corpus iuuenis, ac pueri; & senis, ac iuuenis una, eademque persona est; status uero solum mutatur; ita in dogmatibus, nullam permutationem admittimus. Idem recenset fieri in tritico, ubi appositio fit per contrarium errorem, ut si admisceantur zizania, vel si triticum uertatur in lolium, sed si nihil de germibus proprietate mutetur, licet addatur forma, & species, & distinctio apponatur, quia eadem natura permanet germinis, eadem natura perseverare merito dicitur ita in dogmatibus dicendum idem spiritus pronunciat.

3 Quod in Concilijs praestat Ecclesia ad similitudinem accretionis corporis, & triticeae messis institutione, S. Thomas praestitit in tractatione Theologiae, nunquam enim aliquid nouum, & peregrinum induxit, quod rectis dogmatibus aduersaretur, nunquam diuina ista plantaria in lolium, vel auenas conuersa sunt, nunquam rosa ista germina in carduos, spinasq; degenerauit, nec in isto spirituali Paradiso Theologicae doctrinae, qui Cherubim nostri custodiae commissus est) de cinnamomi, & balsami furculis lolium repente, atq; acornis profecerunt; & sectaria ad principia Theologica tanta sapientia deduxit, quae virtualiter in principijs continebantur, ut uideatur ueluti granum sinapis, in arboreta magna excreuisse (profundas radices figens) in innumeris articulo:um ramos se explicans, in quibus Caeli, non aeris ates, in penitus sapientiae, & prudentiae uolatu fidei, ac securitate requiescant, ut qui terrenas bestias fugiunt, uel uoraces uulures cuitare student, terram deserere satagunt, columbae pennas de argentatas asserentes, diuini Solis fulgore radiantes, & in eam arborem confugiant, de tali secessu solliciti, & de tanta mansione securi.

Pe-

6 Peculiaris forma quoq; inducta inspicitur, ut quasi in tribunali non decisivo, sed consultivo pronunciare uideatur, & quia sapientis est ordinare, & iudicare, sic partes distribuit, quæstiones secuit, articulos diuisit, ut ordo iste, qui ex August. est parium, dispariumque sua cuiq; loca tribuens dispositio, diuinitus eam ordinatam demonstrat; quæ .m. à Deo sūt, ordinata sunt: sic mysticus Beſeleel, prout describit eleganter Lærentius contra Proph. uoc. nouit. c. 17. preciosas diuini dogmatis gemmas exculpſit, fideliter coaptauit suis quibusq; locis, materias tractans ex proprijs, inersisq; & consecrarijs, non substantiam rerum mutando, nunquam rem propriam, aut nouam pro ueteri substituendo, sed adiciens splendorem, gratiam, uenustatem: cumq; ut S. Th. edocuit 2. 2. q. 51. a. 3. Forma iudicij in rebus sapientia, dum spiritui sapientiæ impletus est, ut Beſeleel uel ut legit Caiet. *spiritus iudicij*, ut exponit idem *relatio ad alios artifice, ut in illigatur constitutus eorum. Præceptor*, cuius officium est iudicare; propterea ueluti mysticus Dauid (besti tenerrimus quasi ligni uermiculus) *sedet in Cathedra* quasi sententiam pronuncians, ac inter partes iudicans, dicendo: *Respondendo discordans*, non quod ultima sententia iudicij definitiua ipsi collata sit, cum sit Romanz Cathedre, sed ueluti consultiua; unde frequentissime ex *Respondendo dicendum*, hoc est sententia ista consultiua nostri Cherubim deuentum in Concilijs ad definitiões decisiuas, ut patet præcipuè in Tridentino; ubi post sententiam definitiuam, subiungitur errorum damnatio. *Si quis dixerit* &c. & eius thema sit: et calamus S. Thomæ, uirga autoritatiq; decisionis affirmatiua uidetur, illi. s. qui Angelo datus est: ad dicente Apocal. 3. *Datus est mihi calamus similis uirgæ* .i. expositione Ruperti, *calamus*, idest, *facultas scribendi* cum magisterij autoritate; *calamus namq; Scriptorum*, uirga Magistrorum est, uel similis scepro potestatis iudicarij Ecclesiæ, definiendo, non secundu identitatem, sed similitudinem; & sicut ad decisionē Ecclesiæ lis terminatur, sic suo modo ad *Respondendo dicendum* S. Thomæ acquiescunt litigantes, & digitum imponunt ori suo, & ab ore eius pēdeat filij Ecclesiæ, quem ueluti Principem Theologiz merito uenerantur, & laudant, quasi summam Theologicam uidentes in formam Tribunalis redactam, sententiam proferentem. Vnde S. Doctor non solum Bona scripsit, sed Bene, ex modo, specie & ordine, clarè & lucidè, multa paucis uerbis Angelica mente comprehendens, ut in breuitate non sit obscurus, & in explicando angustiora minime prolixus, sed suauis, ea præstando, quæ in uera methodo docendi descripsit in prologo summæ suæ Theologicæ,

CAPUT II.

Uniuersitatis tessera pariter eadem An-
gelica doctrina decorata
ostenditur.



Uniuersitatis quoque elucidissimam notā exhibet Angelici doctrina, nulla enim formē Cathedra Theologalis fundata est, quae D. Th. doctrinae opera non utatur ad positiones proprias (etiam si alios Duces Illustres sequantur alij Academici) quae non sint quoque saepe Angelici condita. Quin generali plausu omnium Academicarum, ueluti Principem Scholasticæ meriti uenerantur, & laudant. Et quemadmodum, ubi Saul electus est in Regem, Populus clamauit: *Uiuat Rex*, non locus, ubi altissimus elegit eum ex omni carne, & dedit illi coram præcepta, & legem uisæ, & disciplina, docere *Iacob testamentum suum*, &c. uniuersæ Scholæ primatum, & principatum ei uniuersaliter detulerunt: *Princeps esto noster*, acclamando, & iterum: *uiuat Thomas*, uiuat Thomas. Item de Saul dictū est 1. Reg. 9. *Saul electus et bonus, & non erat uir de filijs Israel, ad humeros, & sursum eminabat super omnes Populos. Præcessit Rex* (dicebat Greg. c. 9. in-exposit. super lib. Regum) *Collo, & capite. Quid enim in collo nisi locutio? quid in capite, nisi mensuræ contemplatio designatur? capite ergo, & collo subditorum omnium capita exoellit. Si contemplationis altitudinæ mirabilis est, & sublimitate doctrinae, quasi enim capite sublimis est. cum illa de secretis caelestibus contempletur, quæ alijs contemplari non possunt: collum quoque super alios habet, qui altitudine locutionis suæ mirabilis est, æquandus ad alijs non est, quasi enim caput in sublime extulerat, qui dicebat: ueniam ad diuisiones gratiarum, & reuelationes Domini, &c. Sed uelut electus, & bonus Rex, ut collum etiam super capita omnia se tenere offenderet, ait: *audisi arcana uerba, quæ non licet homini loqui: quid uero quasi emittens collum eius miramur in ijs, quæ tacuit; adque nemus eum, si possumus in ijs quæ dixit: de collo Pauli processerunt Epi-**

stola

*Sola eius, & cum ab illo tempore caperint eas viri sapientior expo-
nere, adhuc conantur ea qua dixit melius scire; cumquo quotidie
in eius eruditione proficiunt, quasi ad summitatem colli innitentes per-
tingere nequaquam possunt. An non super capita omnia, qui eius do-
ctrinam sequuntur, & super alios, qui in vniuersis Orbis Acade-
miis ex doctrina S. Thomæ enucleant diuina mytheria, collocatur
merito, quia supereminet ex contemplatione, & sublimitate doctrine,
eum ea secreta quæ ipse intuitus est, alij inferioris notæ contemplari
non possunt, qui & si ad illam sublimitatem Apostoli non peruenit,
in superexcedenti raptu ei se corquando, etiam infra latitudinem
raptus, factus est noster Benjamin in mentis excessu, multa per reue-
lationem accipiendo, & in ijs quæ tacuit, & exprimeere non potuit,
nec voluit faciem imponendo in vltimo raptu scriptioni suæ, & in ijs,
quæ expressit, nullum post S. Thomam eidem videmus adæquatam. Et
collo eius processerunt omnia opera eius, & ex quo tempore sunt
enulgata, enucleata, exposita, & exponuntur in dies, vt mentem eius
assequantur, & ex eius eruditione proficientes; ad altitudinem colli
eius non pertingentes, ipsum tanquam Parentem Theologorum in-
numera Scholæ venerantur, & admirantur.*

2 Merito illi adaptatur illud: *Vos estis Sal Terra, Vos estis Lux
Mundi, Sale, & Sole* (dictum) nihil vtilius ex vniuersali remedio, quod
Orbi affertur. Ex vniuersalitate Sal omnibus Sacrosocijs admisceri mā-
dabatur, vt (ex Damiano sermo de S. Io. Apostoli, & Euangelista)
*Omnis boni operis Sacrificium, rationis, discretionis, ac cælestis sa-
pientia sale fit conditum; lex verò ex splendore, & diffusionis eiusdem
doctrina; vnde & Sol comparatur quasi Sol resurgens inter nebu-
las gloria. De Sole hæc scribit Dionysius Magnus: Iste superlucens
Sol, omnia quæcumq; ipsi participare possunt, illuminat, & superexten-
sum habet lumen ad omnem extendens visibilem mundum. Et sur-
sum, & deorsum propriarum radiorum splendorem &c. & nihil est
visibilem, ad quod non peringat secundum proprium splendorem exce-
dentem magnitudinem. An non vniuersalis Sol, dum in Concilijs, quæ
vniuersalem Ecclesiam representant, vt eminentissimum. Sidus agno-
scitur? nonne in Conc. Florentino, vt dicit Cai. 1. 2. q. 113. a. 4. tota
doctrina, S. Th. de Sacram. quasi ad verbum canonizata est? & 3. p. q.
72. a. 8. dicit, ratio D. Th. firmata in Concil. Florent. circa ministrum
confirmationis. & Bar. in Martyrol. dicit, illius alibata doctrine a
S. P. P. in Concil. Trid. fuisse acclamatum. Nonne totius Orbis nomi-
ne hunc Solem salutarum? Quid ergo murmurat Sacerdos Antel. 4.
Sect. 12. fol. 151. dicendo. *Reuelata sideribus alijs multa, quæ Solis
radiorum effugerunt, ex verbo Chryso. dicentis quod Stella, quæ appa-
ruit Magis, Solis radiorum proprio quodam, præcipueq; fulgere supera-*
*bit.**

bat, inferunt ergo si Stella Doctorum Symbola, quid superata diu-
 miori Sydera Solis radiatio indicat, nisi usque in aliquibus parte a
 recentioris Scholae Magistris veteris Lycæi etiam Coriphæos? Non
 exiit S. Max. Hom. 3. hoc tantum decus Syderi tribuisse, quia Iesu
 obsequijs specialiter dedicabatur, venerat enim tantum semitas do-
 ctore, quibus ad Iesum itur, Iesu itaque quoniam peculiaribus nomi-
 nibus Stella erat, decabat illam super astra cetera praeire. Hæc ibi
 le. Sed esto vni, vel alteri aliquid melius reueletur, nunquid vniuersa
 doctrina ei explicanda committitur? nonne electi proceres eminentes
 res ab humero, & sursum supereminet, inter quos Angelicus? Sed à
 bellam Analogiam, vt quod encomiasticè à Chrysothoma dictum est,
 quod prælata sit Stella Soli, recentioris Scholæ viri veteribus Cori-
 phæis præferantur! Sicus Stella, ait, quia Iesu obsequijs specialiter
 dedicata ducens ad Iesum, Soli prælata est: quasi Coriphæis non id
 excellentius competat ad Iesum adducere, qui ducti sunt per vias re-
 ctas, & ostensum est eis Dei Regnum, & data est pariter scientia San-
 ctorum, &c. quis ergò nunc Stellis excellentius datum esse ad Christi
 adducere, posthac pronuntiabit prætermisso Sole?

3 Libet pro hac vniuersitate vsurpare, quod Cælestius dixit de
 Augustino, *Quod bene de eo omnes in commune senserunt, utpote qui
 ubiq; cunctis, & amori fuerit, & honori.* & Prosper ad obiecta
 Gallorum dicit, *constitutiones Carthagenensium PP.* (inter quos Au-
 gust.) *contra inimicos gratiæ Christi, totus mundus amplexus est.* &
 contra Collatorem. *Vnam cunctorum Sacerdotum, manu sententiam
 scripsit.* Et Cassiodorus præf. in Psal. *Totus catholicus, totus ortho-
 doxus inuenitur, & in Ecclesia Domini suavissimo nitore resplendens,
 superni luminis claritate radiat.* Vnde non mirum si vniuersalis Ec-
 clesiæ præfulgidum lumen vocetur ab Episcopo Parisiensi, & Clemente
 iv. a d Tholosano scribit, *vt eam doctrinam tanquam Catholicam, &
 veridicam studeant ampliare, & nota vniuersitatis motus, cum eius
 doctrinam (vt dicebatur) totus mundus amplexus est, & una fuerit
 Thomæ manus, quæ cunctorum Patrum sententiam scripsit, quasi ex v-
 niuerso Orbe sensum illius exprimens, & in sua opera importando, vt
 in vniuersum Orbem, splendorem veræ, & illibatæ doctrinæ diffunde-
 ret.* De hac ergo Doctrina nostri Cherubim, ex hac vniuersitatis notâ
 declamando, quod de Ioan. Evangelista scripsit Damianus (supra) di-
 cam, quod sit. *Os Dei, Lingua spiritus Sancti, Cedrus Paradisi,
 Lux Ecclesiæ, Decus Orbis, Præco Cæli, Lumen Mandati, Syderis homi-
 nam, Specimen Angelorum, Lapis vivus, Speculum lucis, Logotheca
 Diuinitatis, Forma fidei, Columna Cali, Architectus veri tabernacu-
 culi, quod fixit Deus, & non homo; nam & Cherubim vere perhibe-
 batur, qui scientiæ plurimam ex ipso cadamptore, p̄cipare, perce-
 pisse*

per cognoscitur. Ad Confessionem, aeternam notam Orthodoxie firmamentis.

C A P V T I I I.

In eadem Vniuersitate consensus Patrum relucet



Vantum verò D. Thomas confessionem Patrum infectatus sit in sua doctrina, demonstratur in suis operibus, nullus enim ferè articulus est, qui Patris alicuius documentis, & monumentis non inuenitur. videtur assimilari viro illi (qui Angelus erat) ad Danielem missus ad predicendū, & exponendum diuina mysteria, Dan. c. 10. & leuauit oculos suos, & vidi, & ecce vir vnus vestitus

linis, & renes eius accincti auro obrizo, & corpus eius quasi chrysolithus, & facies eius velut spectus fulgoris, & oculi eius, ut lapsus ardens, & brachia eius, & quæ deorsum sunt vsq: ad pedes, quasi species aris candentis, & vox sermonum eius, ut vox multitudinis. Quid per Angelum, nisi aptius in nostro proposito, quam Doctorem Angelicum possumus denotare? quid per vestimenta linis, nisi eius innocentiam baptismalem accipere possumus? nam (ex Petro Damian. serm. 13. de S. Georgio Martyre) per baptismum, vnus homo renascitur, non ut pellat tunicas mortalitatis v3. indices vestiat, sed deposito veteri homine, nouum induat, & in eo per vnde conuersationis studium innocens viuat; lineæ autem istæ velles describuntur, per linum quippe ad candorem cum labore perducitur, & virtutum vita non acquiritur sub torpore desidii; sed in labore potius & exercitio disciplinæ; cuius etiam renes accincti auro obrizo perhibentur, non simplici zona castitatis, sed virginali munditiæ; vnde & aurum vocantur ex Greg. 18. mor. c. 26. quia lucent claritate interioris, obrizum verò non nuncupantur, quia corpus, quod corrumpitur, grauatur animâ, & deprimit terrena inhabitatio sensum multa

co.

*cogitant. unde & Angeli (ait idem Sanctus) aurum obrizum nunc-
 Pater, qui in ea qua conditus sunt innocentia perdurantes, & nullis
 vel minimis maculantur sordibus culpa. Et Angelicus post susceptam
 innocentiam baptismalem, lætalis criminis vitam expertem duxit, &
 cinctus Angelica Zona, carnis stimulos nunquam sensit, sicut nec pe-
 rifieret superbiæ aculeos, ut merito auro obrizo, nedum lumbi, sed
 (quod maius est) mens, & intellectus præcincti fuerint, ut Angelicam
 imitari uideretur puritatem, & virginitatem. Corpus eius quasi Chry-
 solithus, qui lapis est, & aurum nitens, ut ignis scintillans in colore
 mari similis, & denotatur in auro sapientia, in inflammatione ignis
 charitas; colori maris assimilatur, qui & cæruleus est inclinans ad viro-
 rem sicut æther; à Cælo enim impressionem recipiens, omnia ad Cæ-
 lestia transfuisse significatus est Thomas, dicens: *Nostra conuersatio
 in Cælis est, & quid mihi est in Cælo, & à te quid volui super terrâ?*
 ad nullam mercedem respiciens, nisi ad solum Deum. Vnde sapienter
 requisitus de mercede: *quam ergo recipies pro tuo labore mercedem?*
 respondit, *non aliam præter te.* Species faciei eius, ut fulguris; nam
 & eius doctrina torpentes mentes excitat, percutit, & casque percutien-
 do excitat, & inflammat. Oculi vero ignis dicuntur; nam (ut dicit
 Greg. in Ezech. Hom. 3.) Lapidés lucem suam longius spargunt, &
 cum in alio sint, in alio resplendent, qui enim spiritu prophetiæ,
 verbo doctrinæ, miraculorum pollet gratia, huius opinio longè latèq;
 ut ignis lucet, & quot instructi à S. D. ad cælestia se eleuant quasi ex
 huius lampadis lumine splendent; similiter & brachia, per quæ ope-
 ratio denotatur, etiam ignis sunt, nec enim tantum præstat Angelicus,
 ut intellectu conspiciamus, quæ docuit, sed quæ egit imitatione com-
 pleamus, quæ deorsum sunt, æri candenti assimilantur, propter doctri-
 næ approbationem, quæ non ut plumbum liquefacta, sed magis à per-
 secutionum flamma probata est. Vnde Greg. admonit. 14. in cura pa-
 stor. dicebat. *Aer quippe dum percutitur, amplius metallis catervis
 sonitum redit; & maiorem tinnitum dedit iuxta Alberti prophetiam,*
*quo magis despicabilis à condiscipulis habebatur, & magis ab æmulis
 postea repercussus.* Et tandem vox eius quasi *vox multitudinis*, do-
 ctrina enim Angelici iam per Cathedras, & suggesta explicata, in-
 multorum Populorum conuersatione resonat, & per Orbem terrarum
 diffunditur. quot paruuli, quot grandiores, quot fortes iuuenes, quot
 imbecilles senes, quot conuersæ peccatrices, quot innuptæ virgines, per
 fidem, per spem, & charitatem, ceterasq; virtutes informant, ad cæle-
 stia euolant, & uolare non cessant? quis dicere, vel enarrare suffi-
 ciat? Quasi multitudinis, vna vox S. Thomæ videtur; vniuersa enim
 est vox Sanctorum quasi quinta essentia à Patribus distillata. Vox Pa-
 trum ipsissima est, omnium Patrum linguis loquens. Vnde acutè scrip-
 sit*

de Caiet. 2. 2. q. 148. 2. in fine. *quia summus veneratur est factor Dei
Bona, ideo intellectum omnium quodammodo sortitus est; scriptum
est enim, quod declaratio sermonum tuorum illuminas, & intellectum
datur parvulis. Dentibus ego speravi declarationem divinarum sermonum
per Prophetas, Apostolos, Doctoresque (traditos) lumen datur, & in-
tellectus, ut ipse parvulis in oculis suis, & se ipse submittebat illi-
orum doctrina.* Ergo si intellectum omnium affectus est, intellectus
possibilis S. Th. omnia factus videtur, in suam Theologiam Patrum
Theologiam vertendo, ut in ipso inclusos appareat antiquos proceres
quodammodo intellectus S. Thomae factos, & in S. Thomam domer-
fos. Secundum doctrinam S. Dionysij c. 4. de divinis nominibus, &
1. p. q. 67. 4. ad 2. *Prima illa lux fuit lux Solis, sed adhuc informis
quantum ad hoc, quod iam erat substantia Solis, & habebat virtutem
illuminationis in communi; sed postmodum data est ei specialiter
& determinata virtus ad particulares effectus.* Lux certe primo in
Ecclesia formata fuit S. Dionysij, Ironei, & ceterorum doctrina Ba-
siliij, Nazianzeni, Augustini; sed applicata est hæc doctrina ad diver-
sos tractatus de Deo, Trinitate, Oeconomia Salvatoris, Sacramentis, in
forma Scholastica. Non minuit id Patrum Sanctorum gloriam,
quod doctrinam S. Thomæ vocaverimus Solem; nam hic Sol primam
lucem velut matrem habet, & Theologia Thomæ partus est doctrinæ
Sanctorum: non obscurat gloriam Christi, quod ortus sit de Virgine
velut Sol de Stella; nam hæc dignitas à Christo matri confertur, ut
Solem pariat, & gloria Patris est filius sapiens in maxima Patrum
gloriam cedit, quod ex eorum luce prima ortus sit hic Sol, idem in
substantia cum luce: non sunt plures Soles, vnus est Sol ex consanguini-
tate doctrinæ, in sola informitate, & ordinatione differentes. Sicut
Sancti Patres veluti virgæ auri; S. Th. doctrinæ est veluti moneta pu-
blica, illo caractere signata, *Bene scripsisti de me Thomas;* vnde idè
aurum est Patrum, & Doctoris Angelici doctrinæ, sola accidentaliter
differentia discreti, & differentes. Fabulosè, quandoque introducta
est mensa Solis lautissimis cibus referta: at verè non à Principibus
Æthiopiæ, sed à Doctoribus Ecclesiæ (ex quo dicitur *Æthiopia præ-
sentis manus eius Deo*) vbi sunt omnia fercula, quibus abundè refer-
ta est Theologica doctrinæ Angelici, & his refertus, & Thomas; vnde
scriptum est: *Escauit eum pane vita, & intellectus, & aqua sapientiæ
salutaris potavit illum Deus.* Transubstantiavit Christus pro fideli-
bus panem in carnem, & vinum in sanguinem, & Angelicus omnium
Doctorum sapientiam in se ipsum transmutasse, visus est.


3 Porro inter hos Doctores; Angelicum præcipuè sibi sequendos,
& venerandos Ecclesiæ Catholica suscepit, Augustinum, Hieronymum,
Ambrosium, Gregorium, qui per quatuor Sæcra illa animalia sunt signa-

ti; nam vt (teste Greg. Hom. 2. in Ezech.) per illa significati sunt Euangelistae; ita post illos significatos Doctores istos dicimus, qui horum Euangelia exposuerunt; *Facies Hominis vni. facies Leonis vni, Bovis vni, Aquila vni.* In homine, Greg. humanos mores componens exprimitur; in boue Hieronym. qui sic semetipsum vocauit. *Bos lassus fortius figit pedem*, in Leone Ambrosius designatur, qui velut Leon rugiens, nec Theodosio peperit, cum à liminibus Ecclesiae pellendo, in Aquila Augustinus denotatur, in Aquila symbolo omnes superexcedens; vnde Sol vocatur in lumine excedens omnes planetas. Rheginon Antistidor. in 2. ad Cor. Illud mirum, quod quatuor facies vni, quia ex Greg. Hom. 3. in Ezech. *Dominum nostrum Iesum Christum simul omnes concordet praedicant.* Simul pennati suas pennas commiscebant, quia sibi in peccato, atq; unanimitate coniungunt. & eorū virtus, atq; sapientia, visissima ex societate, & concordia sociantur. Penna autem alterius ab altero diuisa esset, si in hoc, quod vnusquisq; in sapientia euolat, habere pacem cum altero recusaret, illudq; mirabile, quod & si omnia animalia videbantur habere facies distinctas; tamen planta eorum, quasi planta pedis vituli, quia enim (ait Gregoriū ibidem) vnusquisq; praedicator bouis nomine designatur, & in Sanctis Praedicatoribus planta pedis vituli est. s. maturè incedens, fortis & diuisa, quia vnusquisq; Praedicator, & venerationem habet in maturitate, & fortitudine in opere, & diuisionem vulgare in discretionem. Et in nostro proposito omnes quatuor illi Doctores incedere videntur, & feliciter ad maturitatem, & fortitudinem, & discretionem S. Thomae; hoc est eius inessu ambulans (quia maturè, fortiter, & discretè, Sanctorum horum sensus expressit, hoc est maturè perpedit, fortiter defendit, discretè interpretatur, praecipit S. Augustinum, vt vna, & eadem facies Bouis, & Aquilae apparcat, & ad incassum Bouis nostri procedere videatur; adeo enim tanta est sententia Augustini, vt nunquam eum deseruit, & visus sit; vnde 3. p. q. 39. a. 6. vbi prius reuenerat 12. sent. d. 16. a. 3. Columbam, quae apparuit in Iordane, non fuisse verum animal; motus auctoritate Augustini, defendit verum fuisse animal. Ex quo aduertit, quod tantam habuit auctoritatem ad Augustinum, vt abique trepidatione aliqua affirmarit columbam illam fuisse verum animal, propter Augustini auctoritatem, potius quam ob rationem, quae auctor visus contra suam in 12. sent. d. 16. a. 3. ad 3. quam probabilem quoque defendit. (Porella notante) visa est probabilior opposita sequendo Augustinum, & oppositam voluit sequi magis quam suam; similiter 1. p. q. 70. a. 3. vbi proposuisset an caeli sint animati, & recensisset opinionem veterum aliquorum Patrum, Origenis, Hieronymi, tenentis partem affirmatiuam; Basil. verò, & Damasceni sententiam partem negatiuam, quae ipse S. D. sequitur refert mox sententiam

eiam Augustini, qui rem in dubio relinquit. Idem Sanctus, (vt dicit Caiet.) vbi scripſisset 2. contra Gent. c. 70. Oportere de mente Aristotelis ponere Calum animatum anima, quæ illi vnſatur vt forma; dicit in p. p. ex quadam authoritate Augustini, quod vnſatur tanquam motor mobili in 3. de Trin. c. 4. vbi dicit moueri, ab aliqua substantiâ apprehendente, ne discere videretur à S. Augustino per hanc distinctionem mouentis ab intrinſeco, & ab extrinſeco, vt est motor in mobili; concordat DD. omnes in fine corporis articuli dicens: *Vnde interponentes ea esse animata, & ponentes ea inanimata, parua, vel nulla differentia inuenitur in re, sed in voce tantum.* Et in 3. p. q. 33. a. 3. ad 2. proponit questionem, vtum, qui surrexerunt cum Christo, resurrexerint iterum morituri: & affert duas opiniones, vnâ negantem, cuius meminit S. Aug. ep. ad Euodium; & talem præstitam resurrectionem iustis, qualis in fine nobis promittitur. Augustinus tamen eadem Epist. dicit resurrexisse iterum morituros, & postea cum Hieronymo adduxisset eadem sententiam, subdit, *quamuis hoc serm. de assumpti. sub dubio relinquat, rationes tamen, ait Aug. multo efficaciores videntur.* Et 2. 2. q. 174. a. 1. propriam videtur relinquere sententiam tractando, an omnes prophetiæ sint eiusdem speciei, ponendo diuersas ad prædicationes ad saluandas authoritates Sacre Scripturæ; vbi Caietanus dicit: *Reuerentia Doctorum conuenit tanto viro, ratio est horum doctorum; propria autem sententia fuit prior doctorum.* Quidam vbi aliquos SS. Patres excusare non potuit, modestissime sententiam eorum reflectebat. exemplum est in Chrylost. qui cum 3. p. q. 25. a. 4. ad 2. allegasset authoritatem Chrylostomi, quasi ipse posuerit Beatam Virginem humanum quid passam esse, quasi ex vanagloria miracula expectaret, dixit: *in illis verbis Chrylost. excessisse.* Iterum exponit, non intellexisse Chrylostomum fuisse eius sententiæ, quod in B. Viginæ fuerit motus vanagloriæ in se; sed secundum quod posset ab alijs extirpari; vbi Caiet. sic dicit: *Considera reuerentiam, modestiam, sapientiamque tanti Doctoris: inuenit Chrylostomum in hac materia contrarium Aug. rationique non clamauit accusando, exaggerando; vt hodie faciunt multi) modestissime dixit, excessisse; sapientissime subiunxit verba ipsa reduci posse ad sanum sensum, quicquid author senserit, subiunctione, sequenter enim author. sicut in Philosophia Aristotelis, vt in Philosophia exponit, quicquid ipse Aristoteles senserit; ita in Theologia Doctores, vt Theologos, quicquid illi auctores senserint, exponere conatur, vt in sano saluentur eorum verba sensu.* Quid diceret hodie Caietanus de quibusdam, qui nedum pie non exponunt leuiuscula quædam dicta Patrum; sed imponunt, & errores affigunt? sic illi fecerunt, qui errorem Anomæorum tribuunt Chrylostomo, quasi dixerit, Beatos non videre Deum per essentiam; & ille alius, Augustinum disputantem

contra Pelagianos in tanta obscuritate Pelagianismi dixit, nondum inuenisse concordiam liberi arbitrij, quam se inuenisse gloriatur; quasi cæcus fuerit, & obfuscatus Augustinus; ipse verò videns quasi diuinarit de supra conciliatione, & post tot sæcula, & victoriam reportatam de Pelagianis, & Semipelagianis, tãdem illuxit veritas, quæ post nouissimos istos mundo reuelanda expectabatur, quare non mirum si in S. Thomam insurgunt, cum nec S. Augustino pepercerint.

4. Vterq; caræ Cherubim Ecclesiæ Augustinus, & Thomas; sed quid per duo Cherubim, qui Greg. Hom. 6. plenitudo scientiæ dicitur, nisi duo hi insignes Doctores, qui expandunt alas suas, & oraculum operiunt, ne sancta deat. caribus, & diuina mysteria euulget? vicissim etiam se respiciunt, & in propitiatorium intendunt; concorditer enim de diuinis loquuntur, quod enim vnus firmat, alius explicat, dum vnus enucleat, alter enucleat, in propitiatorium intendentes ad œconomiam Saluatoris elucidandam, quem proposuit Deus propitiationem per fidem in sanguine ipsius. Volat Augustinus, ut Aquila, sed ascendit etiam Deus super Cherubim, bos mutus auolare non poterat; sed pennatus pari volatu potest pariter auolare, & hoc est mysterium, quod illemet bos, qui in 1. Ezech. c. describitur cum ceteris tribus, in cap. 10. non amplius sub nomine bouis exprimitur; sed sub nomine Cherub. volauit enim pari passu cum Aquila sublimis, & bos in Cherubim versus est; hi enim à Deo postea ad obsequiũ oraculorũ cœlestium circa propitiatorium collocati sunt. Et valde notandum est, quod cum maiorem affinitatem habeat facies hominis cum Cherub. & maiorem Leo, vel Aquila cum Cherub; solus Bos in Cherub. transformatus recensetur; hoc est mysterium, quod cum ceteris sancta animalia iacebant, quasi planta pedis vituli, Bos eminenter ceteros cõginebat, & videt bouem omnes alios videre erat, & mutato boue in Cherub. ceteros in Cherub. transformatos esset aspicere. Et aquila in boue contenta, transmutato boue in Cherubim, aquila pariter transmutabatur; proinde velut vnus, & idem Cherub, ex identitate doctrinæ, & transmutatione Aug. in Thomam. i. in Cherubim admirabili Symmetria cõiunctos in Thomam, tanquam vnã diuersorum imaginẽ cœni eisdemq; in vno communi sensu copulatos.



CAPUT IV.

Doctrina Angelica ab Apostolica
Throno approbata.

AD constructionem tabernaculi, ut legitur. Ex. 35. Moyse astante, & promulgatè vocavit Beseleel, Filius Iristo implevit eum spiritu Dei, sapientia, & scientia, & omni doctrina ad excogitandum, & faciendum opus in auro, & argento, & Ooliab filium Achisamach de tribu Dan, & amhos. eruditit sapientia, ut faciant operam adiesarij, Polymitary, ac plumary de hiacyntha, & purpura, & cocco his tincto, & qua in usum sanctuarij necessaria erant, quibus expletis ex Divina Scripte. Postquam Moyses cuncta vidit completa benedixit eis. Sed aliter benedicere Deus aliter homo ex S. Thoma c. 1. ad Corinth. loc. 2. *Benedicere Dei est bonum facere, & donum infundere, benedicere nostrum non est causale, sed recognoscitivum, seu expressivum, & idem est, & donum recognoscere.* Certè simplex rerum cognitio continere potest ad eos, qui sunt periti in aliqua arte, sed cognitio non est omnium, sed qui præter peritiam habent ius recognoscendi, quæ ab artificibus fabre facta sunt, & hæc ex Cic. in Verrem, *Summa cura, & diligentia recognita, & collata, & ad honestissimis obsignata sunt.* Est autem cognitio eorum, quæ nobis alias nota fuerunt, iterata ex intervallo cognitio, quæ ad censores, & emendatores præcipue pertinet.

2. Benedixisse ergo Deum operibus suis, fuit bonum fieri, & bonum infundere: benedixisse Moysem operi Beseleel fuit per modum recognitionis approbatiuz, nempe probando spiritu Dei fuisse illustratum, & electum ad hæc opera, & sic de unoquoque Scriptore Ecclesiastico dicendum est, & mystico Beseleel (ut inferius explicabitur) S. Th. accomodatur, qui gemmas exculpit, diligenter apravit, adiciens gratiam, splendorem, uenustatem, operi eius benedictum est, & summa cura recognitam, & à Romana Sede obsignatum, ob id orthodoxiam eius doctrina undique spirat.

3. Audiamus primâ obsignationem. Ioannes 2. in Bulla Canonica

zationis, Illud Psalmi impletum in eo fuisse scribit, Rigans montes de superioribus suis, de fructu operum suorum satiabitur terra, in eo verissime impletur. Quod utiq; thema idem S. dum esset in sacra pagina magisterium susceptorus, assumpsit, quodq; (ut feritur revelatione sibi facta) didicerat; dum propter iuuentutem suam ipse se inhabilem ad Magisterium reputans, quid proponeret in instanti principio basitaret. Cum & in primitiuis scientiis, & diuersis Philosophia partibus (ut non esset otiosus) sed operaretur terram, nec non in S. Scriptura pagina tam super nouum, quam vetus testamentum scripta, plurimaq; alia Dei opera in laudem Dei, dilatationem, eruditionemque studium, clara cum scientia esset (famosa) cum cognitus, non absq; speciali Dei infusione perfecit. Doctrina quippe prudentium facili, & omnino scientis est posse docere.

Quid ad hæc opposites? id non dogmaticè dictū, hoc id Hyperbolicum esse: & iterum: esse revelationes hæc S. Thomae Apostolica Sedis autoritate destitutas. Sed hæc omnia ex perspicuis verbis Pontificis, facile corrumpunt, & de dissectis manibus maiora, & rebusiōtia, moenia edificantur, ne aduersus Thomam iterum possint insurgere.

4 Urbanus IV. ep. ad Tholosanos. Nos attendentes quantum a Deo scientia dotatus Ordinem Priorum Predicatorum, & uniuersalem Ecclesiam illustrauerit; ac B. Augustini vestigia insequens Ecclesiam eandem doctrinis, & scientiis quam plurimis ornauerit, &c. volumus in super, & senore presentium vobis iniungimus, ut dicti B. Thomae doctrinam, tanquam veridicam, & catholicam suscipiatis, eamque studeatis totis viribus ampliare.

Si maior obsequatio, & approbatio reperiri potest, proferant aduersarij, & tacebimus. Respondet quidam non reperiri certiores probationes, quam quod in Doctorum cuneum sit adscriptus, & quod viros habeat grauissimos sectatores. Sed maius argumentum desumi debet ex approbatione, cum approbatio sit vnus præ altero electio. Quid ita? nisi quia Ecclesia nescio quid altius, & sublimius reperit, quod in multis, & si famosissimis non inuenit. Innoc. VI. in quodam sermone dicebat, huius Doctoris sapientia præ ceteris (excepta canonica) habet proprietatem verborum, modum dicendorum, veridicitatem sententiarum, ita ut nunquam, qui eum tenuit inueniatur à crimine veritatis deuiasse, & qui eum impugnavit, semper fuit de veritate suspectus. Quid miri? ut suppositum hoc testimonium reputas; sed quid dicunt cum legerint hoc elogium impressum in operibus S. Doct. Romæ ex mandato Pij V. Lambertus de monte initio lib. de Anima impress. Colou. 1494. multo priusquam hæc oppugnationes sengerentur idem testimonium refert. Quid maxime S. Thomae Catherinus in lib. de imm. concept. pag. 51. dicebat: *Recipimus & nos præclarum sum.*

sumorum virorum testimonium de eius doctrina, quod quidam Pontifex de illo testatur esse observatum esse, nullum unquam eius impugnasse doctrinam, qui non fuerit de veritate suspectus, facile comprobavimus. An tale testimonium est incredibile, quod excepta canonica scriptura tantam sibi S. D. vendiceret autoritatem? dicerem, nisi simile legeré in Nysseno laudate sui fratris Basilij scripta initio Examer. in hæc verba. *Sed antequam exordiar illud testatum esse volo, mihi captum esse nulla in re contradicere his, quæ à Basilio in mundi procreatione conscripta sunt, etiam si me dicendi ordo ad aliam expositionem adduxerit. Rara igitur sint illius scripta, præsentq; neq; ullis nisi divini testamenti, divina spiritu dictante exaratis monumentis cedant.*

5 Pius V. in Bulla doctoratus S. Thomæ 1567. dicit de S. Thomæ quod ex certissima Christiana regula doctrinæ, Ecclesiam innumeris confusatis hæresibus illustravit, & Dei providentia factum est, ut Angelicæ doctrinæ, ex eo tempore, quo celestibus civibus adscriptus fuit, multa deinceps exorta hæreses, confusa, & convulsa dissiparentur, quod & ante sæpe, & liquido nuper in S. Concilij Trident. decretis apparuit, & iterum, quod eius meritis Orbis Terrarum a pestiferis, quorundam erroribus liberatur. Vnde ergo sunt, qui fingentes hostem, quem feriant dicunt à nostris assertum S. Thomam esse regulam Christianæ fidei; & Pium V. non aliter probasse eius doctrinam, quam commemoratione fructus eius; & institutione festi, ceterum eius doctrinam, nec sequendam proponit, nec præcipit. At quis catholicorum ignorat aliud esse regulam fidei, aliud ex regula fidei aliquid pronunciarî: esse regulam fidei est esse regulam credendorum, talis sola est Ecclesiæ doctrina, summique Pontificis definitio 2. 2. q. 1. a. 10. vnde nec symbolum Athanasij regula fidei dicenda esset, nisi a Summo Pontifice, ut talis recepta esset. Ex regula fidei aliquem pronunciarî, maximum pondus pronuncianti tribuitur; vnde maxima laus fuit aliquorum Patrum, quos adducit Aug. contra doctrinam Pelagianorum, quod è tali regula loquerentur; cumque id fecerit Angelicus, ut testatur Pius V. an parva eius erit doctrinæ autoritas, cuius commemorantur rivus ex purissimis fontibus dimanasse? sed quod sit regula sub regula doctrinæ Angelicæ, maximam sibi laudem ex hac subordinatione comparavit, eidemq; innixus, quod Angelo in Apocalypsi datus sit calamus virgæ ad metiendum, non parva fuit prerogativa Angelicæ mensurationis, ita, & magnam privilegium, cum nosset Cherubin ex regula fidei pronunciarî, contra hæreses, & errores securè descripsit; & si proprium est regulæ distincta à rebus separare, quid ergo obest Sancti Thomæ doctrinæ, ut ex applicatione primæ regulæ, quæ mensuranda sunt metiatur? sic regula regula: a tamen;

& subordinata primæ regulæ merito dici potest.

6 Clem. 8. in breui ad Cines Neapolitanos 1622. Proinde p̄d, prudenterq; cogitatis de nouo ciuitati Patrono adfiscendo, cime vos pro diuina voluntatis Angelico interprete, cuius doctrina tantum fuit tributum, ut Christiana eruditionis suæ illud habeat testimoniu. Bene de me Thoma scripsisti. Quid ad hæc quidam hæc elogia ex verbis Crucifixi, &c. admitto; & malignus est, qui negat S. Th. bene de Christo scripsisse, aut doctrinam eius esse sanam, vel veridicam: hic tamen (ait) nihil prohibet, quin & alij in Ecclesia fuerint sani, & veridici.] sed an ex prærogatiua speciali S. Doct. aliquod præiudicium alijs Doctoribus aggeneratur? Dicant an ceteris Prophetis præiudicatum, quod Deus Moysi locutus sit ore ad os? aut specialis fauor, ut Ioannes supra pectus Domini in cæna recumberet, ceteros fauores abstulit, & communem dilectionem factam cet. Apostolis? quid? an quia præuentus est S. Thomas in benedictionibus dulcedinis, ad vnam benedictionem Christus Dominus est restrictus, ut non habeat alios Doctores, quos alijs benedictionibus cumulet, & gratijs in docendo diuerfis? Non vnum gradum, tantum habet scientia, & sapientia Dei, cum multiformis sit, variaq; charismata habeat, quæ diffundat, ut non nisi inuidus alijs succenseat, quia meliora, vel præstantiora possident; vel sit malus censor præfigendo modum Deo largitori munerum, ut prout ipse optat, non prout Deus vult, sua dona elargiend.

Sed et in alio Breui ad Deput. Neap. inter alia sic dicit. *Hic siquidem honor eius cum virtutibus, cum admirabili doctrina conueniens, iure optimo debetur, ac doctrina quidem testis est ingens librorum numerus, quos breuissimo tempore in omni disciplinarum genere singulari ordine, ac mira perspicacitate sine vilo profuso errore conscripsit. In quibus conscribendis interdum S. S. Apostolos Petrum, & Paulum alloquentes, locosq; illi quoque Dei iussu enarrantes habuit, & quos deinde conscripsit expressa Christi voce comprobatos audiuit. Quid ergo iustitiam Elucidista de his visionibus, ac si essent somnia nocturna? quid murmurat habens tot testium nubem impositam: quod in Si Doctore plures deprehendantur errores? ita ne ob signationem Pontificis reueretur; ut suæ philautie, & uanitati velis esse magis credendū, quam Pontificis authoritati? Quid est hoc nisi Doctorem se spernere, & ob signatorem tantæ doctrinæ pessundare?*

Discat, uel tandem emulus (ex eodera in Breui ad Protegem Neap.) quid de eius sapientia idem Pontifex statuerit. *Diuino Eloquio, ac caelesti doctrina, miraculisq; illa quidem illustri merito apud remotissimas nationes summa Christiani nominis, cum laude, atq; Ecclesie utilitate celebratur, & postea huic certè ardentiori quadam uoluntate annuimus, quod nos ipsi Angelico huic Doctore & nostro, &*

totius Christiane Ecclesie nomine plurimū debemus. At ille inuidiæ facibus extimulatus, in omne latus se vertit, ut S. D. denigret, & merita obscuret.

8. Claudamus discursum obſignationis ex Breui Pauli V. 1607. 17. Decemb. ubi ſic dicit, *Splendidiffimi catholicae fidei athletæ B. Th. ma Aquinatis, cuius ſcriptorum clypeo militans Eccleſia hereticorum tela feliciter eludit; honores, & venerationem in diebus magis magiſque augeſcere cupimus: at Philauti honores decreſcere uellent, & titulos obſcurari, cum tamen in Sole poſuerit tabernaculum ſuum: in manifeſtatione Eccleſiam ſuam, dicebat Aug. in Pl. 15. dicamus etiam in diſtatione doctrinæ S. Th. Non quæ lateat, non uelut operta nec forte fiat operta ſuper greges hereticorum, propterea lucida eſt doctrina illuminans oculos, deſiderabilia continens ſuper aurum, & lapidē precioſum multum, aut multum aurum, aut multum precioſum, aut multum deſiderabilia. Tamen multum; (dicebat idem Aug.) hoc heretico (dicamus ad noſtrum propoſitum, hoc etiam catholico tractatori, inuido) parum &c. & qui id ipſum non uult, recuſat, recalcitrant, reſpuit, non illi eſt deſiderabile hoc ſuper aurum, & lapidem precioſum multum: inſuper continet eadem doctrinā dulciora ſuper mel, & ſauū, ſed dicam cum Auguſt. Sed hoc aduerſum eſt erranti, vel ſuperbienti, & malè affecto, mel amarum eſt febrienti, dulca tamen, & acceptabile ſanato, quia charum eſt ſanitati; deſiderabilia ſuper aurum, & lapidem precioſum multum; &c. Sed rectè idem S. ſubdit ſed amār hereticus animoſitatem ſuam, nec uidit hunc ſplendorem hereticus (dicamus inuidus, & Philautus) nec ſentiit dulcedinem.*

9. Quibus ergo hæc obſignatio doctrinæ S. Thomæ facta ab Apoſtolico Throno dicamus illis, quod dixit Theodoſius ex lib. 7. Sozomen. c. 12. qui cum variarum ſectarum authores conuocaſſet, & ab illis petiſſet num benè de orthodoxa doctrina Eccleſiæ proceres ſcripſiſſent, & illud reſponſū reportaſſet. Rectè de doctrina Eccleſiæ ſcripſiſſe, ſic intulit. *Examinemus ergo doctrinam ueſtram ad illorum ſcripta, & ſi cum illiſ conſenſerit, retineatur; ſi minus abſciatur.* Ita ad noſtrum propoſitum dicamus, an S. Thomas ueridicè, & orthodoxè locutus ſit in ſua doctrina: ſi abnuant Pontifices, illos damnare opus eſt, qui dicunt eius doctrinam ueridicam, & catholicam eſſe; & iterum, ſpeciali infuſione acquiſitam, & feliciter eludentē tela hereticorum. Si aſſentiantur, deſinant contra Sanctum adlatrare. vel dicamus, an in uniuerſum Angelici potius, au æmulorum ſit ſequenda doctrina? ſi Angelici, iam deſinant in S. Thom. tela contorquere, ſi nouorum, & æmulorum (O egregium ueritatis patrocinium) è loco amoueantur ab Eccleſia approbati DD. & noui, recentreſq; pro illis ſtatuantur qui tamen tanta probatione ſunt deſtituti. Sed iam habemus quandam

prærogatiuam Thomæ à summis Sacerdotibus exhibitam conformiter ad ea, quæ ab ipso numine eis data est, quæ non obfuscatu detractionibus. Potest aliquid (dicebat Senec. 1. lib. controu. *Seruitus cogere, seruitus, & Barbaris pyratibus, apud illos mansit. & iterum, etiam si tentetur proficisci pudicitia intacta seruetur, hostis gladio non succumbet; imò si opus fuerit, pudicitiam vindicabit.* Non secus pudica seruata semper est Angelici doctrina, & contra illius temeratores fortiter dimicauit; inde merito absque uouo, & errore conscripta, illibata à summis Proceribus commendata.

C A P V T V.

Concilia pariter nostri Cherubim doctrinam probarunt.



Rauis in primordijs Ecclesiæ quæstio exurgens de legalibus, quæ credentium animos in partes diuidebat, conciliari sententia sopita est, doctrina catholica triumphante, hæretica in angulis prostrata, & trucidata. Inde ad extirpandam quancunq; hæresim ea praxis viguit, vt verba Pastorum, & Procerum Ecclesiæ in publicis Comitiorum, vel Conciliorum legitimorum subsellij prolata, esset quasi stimuli ad virtutes, & norma ad credendum, vt nihil de nostro saperemus, & secundum horum vestigia incederemus. Ad probationem quoque Doctorum Concilia præstò fuerunt, id in Romana Synodo sub Gelasio factum est. idem in Lateranensi sub Innocentio I I. Ad probationem etiam doctrinæ S. Thomæ Concilia ferè omnia in pixide Spiritus S. & atramentario Angelico calamum intinxisse liquet, & exinde decreta condidisse, & subscripsisse, & anathematis fulmine acies hæreticorum profigasse, ex gestis Conciliorum apparet.

2 Ad Concilium Lugdunense proficiscitur Angelicus; sed eò non peruenit, & in Coenobio Fossæ nouæ diem clausit extremum; nihilominus si præsentia S. Thomæ non adfuit, doctrina eius præstò fuit, qua

Grz-

Græcorum errores fuerunt debellati. Idem accidit Auguft. qui cum eſſet deſtinatus ad Concilium Ephel. fatiſ eodem concedere, Capreo- lus præſedit, & in Concilio Chartagiæniſ conuocans Ep̄os Charta- ginenſes, vt ſuo tempore Ephelſum adirent; id patet ex epiſtola eiuf- dem Capreoli ad Synod. Ephelſin. apud Baron. 431. Permiſit id diui- na prouidentia hos duces abeſſe à Concilijs, ne ipſorum ſapientiæ tribueretur de perduellens triumphare, & diuinæ virtuti tota tribue- retur victoria.

3 Item poſt S. Doctoris obitum generale Concilium Viennæſe celebratur. Ibi doctrina, quod anima rationalis ſit corporis forma, quam S. D. propugnat 1. p. q. 76. a. 1. deſinitur de fide, & oppoſita, vt erronea, & veritati catholicæ inimica ſacro probante Concilio elimi- natur.

4 Opinionem item, quæ aſſerit, tam paruulis, quàm adultis con- ferri in baptiſmo informantem gratiam, & virtutes, tanquam probabi- liorem, & diſtis S. S. & P. P. modernis, Theologis magis conſonam, & concordem, *Sacro approbante Concilio, duximus eligendam*, ait Concil. & S. Thomas id propugnat 1. 2. q. 69. art. 4. & 6. & in Trid. maiori certitudine qualificata eſt.

5 Errores Begardorum, & Beguinarum (& habetur in Clement. ad noſtrum de hæreticis) & error aſſerentium uſuras exercere, non eſſe peccatum; recenſentur, & perſtringuntur, ac contraria his catholica dogmata eruditiffimè tractantur à S. Doct. in proprijs materijs in- ſumma, quæ iam pridem errores contrarios tanto tempore poſtmodum orituros elidebat.

6 Concilium Cõſtantiæſe aduerſus doctrinam Hus, & Vicleph valido, & exquisito præſidio uſum eſſe apparet; dum damnationes er- rorum illorum, ex damnatione Magiſtrali D. Sancti, quæ autè præ- uuit, cum Theologicam ſummam ſcriberet, collatione facta curioſus le- ctor reperiet. Quis ergò in Thomam arietabit, & authoritatis pondus ei abrogare tentabit? certè omnium iudicio ſi quis poſthac attentare conabitur, nulla ratione, nullo conſilio, nullo cerebro præditum ſe demonſtrabit, & non ſolum in Theologis tardum, ſed etiam in Politi- cis inconfultum.

7 Ad Concilium Florentinum propero: hic quæcunque de pro- ceſſione Spiritus S. proferuntur, à Thomæ fontibus hauſta cognosceſ; & qui in palæſtram ad conſerendum manus deſcenderunt contra Græ- cos pugnaturi, hoc umbone, & elypeo proceſſerunt ad agonem. Ta- ceo doctrinam de Sacramentis, quæ tota integra eſt in Opuſc. 5. in v- mione Armenorũ, & in canones redacta eſt, & vt merito dixit Cai. to- ta fermè canonizata eſt; ſic ait 1. 2. q. 103. a. 4. *Scito, ait, quod in eadem Flor. Concilia canonizata eſt, quaſi ad uerbum hæc doctrina.*

Certè arguè quidam nostræ familæ Emeritissimus Episcopus Marci-
 censîs F. Ioseph Ciantes dixit, Prædicatorem familiam suam Classi-
 cum Doctorem paulatim amittere; nam in dies eius doctrina non
 in opiniones, quas multas habet; sed in dogmata præstante Ecclesiæ,
 erumpit, & quæ prius sine sollemnitate delitescerat in chartis, nunc
 super candelabrum Ecclesiæ definitione vallata, præconiata, assensum
 firmum exquirat, ut si quis sepe dispere contendat, mordeat eum
 coluber. prouolat nunc in medium nuperus ille, nouitias inueniendi
 noua extimulatur phætasia, attollat supercilium, frontem perfricat, ru-
 gosa facie incedat, adfum suspendat, & in talem obfignationem Flo-
 rentinam obmurmuret. Repertus est, qui fatis meretur castigari, quæ
 ut bouem lassum fortius figentem pedem impeteret, ausus est extimula-
 re, & pungere; sed sit vitulus extimulatus, Angelicus, non à suo in-
 cæssu dimouebitur. & ab aratro, laborando pro cultura, ut suis labori-
 bus releuet studiosos à laboribus multis, non recedet. Ipse videat si
 quiescèdo absq; punctione, & stimulo, *aranea*; potius velut *in eo vitula*
Samarie intexantur ad capiendas muscas, idest vanitates, & insanias
 fallas. Olex cap. 8. Is est Bæza in lib. attitulato Christus figuratus t. 1.
 l. 4. §. 31. qui laboribus S. Thomæ inuidens, scripsit, Græcos in Concil.
 Florent. quos refutare, ait, non valuit S. Thomæ doctrina, S. Bona-
 uenturæ documentis fuisse prostratos; sed vndecumq; sit parca victo-
 ria, e Monachorum choro procedit, quos (cum Erasmo) nuperus a-
 lius inutilia terræ pondera, & carcinomata non erubuit appellare: si
 triumphat Thomas; Bouauenturæ persona in Thoma triumphat; sed
 dum canit tuba ante se, nec vtriusque, vel alterutrius Sancti canit eu-
 comia, nisi seipsum; qui horum censorem se facit, hostilis tuba est, quæ
 facit Encomiastes, seditionis vernula, non alumna pietatis, ostentatio-
 nis nundinatio, non contesseratio charitatis. Sed ulterius processit, ut
 non solum Thomam non vicisse Græcos Florentiæ occinat; sed nec
 vincere potuisse audeat pronunciare, quasi de impotentia inopis pom-
 pæ suæ gloriatione inquirat, & laudem suam ex depressione Cherubim
 dilatare conatur. Dictatoriè ex solo Olympico censuram edocens.
 Sed quæso te figurarum collator, quibus actibus conciliaribus, sub quo
 Consule, sub quo Scriptore reperisti hanc historiam, nisi in tuo cere-
 bro, vel in Orbe Luna Halones inspicere assuetus, aliaq; eiusmodi fi-
 guris; hoc quoque inspexisses, ut Angelicum hac via te deprimere,
 posse somnasses, & tuos auditores ad tuæ vertiginis periculose cal-
 culos inspiciendos exegisses.

Evoluamus acta conciliaria. Quid in eo Concilio gestum sit, inspi-
 ciet. .f. frequentes sessiones, vbi veluti gemmis, dictis S. Thomæ cou-
 sperfas, & aliorum similiter PP. quos idem Angelicus in disputatis,
 & Opusculo contra errores Græcorum doctissime illustrauit obserua-
 bis

bis; sed quibus armis munitus palæstrita ille noster F. Ioannes de Montenigro Prouincialis cum Marco Ephesio decertauit ad propugnandam processionem Spiritus S. ne dum à Patre, sed etiam à Filio? ex illo principio: Spiritum S. à Filio non distinctum iri (quod Ioannes noster urgebat) nisi ab illo procederet, ut ineluctabile telum obiectans à S. Thoma desumptum principium, quod à meditullio Theol. acceptum erat, videlicet, in diuinis nullam admitti realem distinctionem, nisi quam relationis faceret oppositio, ea, dempta origine, ac relatione personarum illas in naturæ identitate nunquam secerni, & non tantum Latinarum confessio Græcis transmissa est Sess. 25. quæ nedom dogma, sed & ratio, & ipsamet verba S. Doctoris continebat: *Sed ne identitatem, unitatemque essentia diuidamus, atque ut essentiam ab Hypostasibus non esse differentem; sed ratione tantum, & actu intelligendâ assueres, & nulla suspicio sit Spiritum S. esse ex solo Patre, triumque substantiis, quæ unica est in tres partes dissecta cuiuspiam videatur, vocem illam (ex Filio) pronunciamus in Symbolo, & postea dicimus Spiritum S. procedere ex Patre, & Filio, ut ex vno principio.* Hæc erat PP. consequentia, s. Spiritus S. non procedit à Filio, aut non est idem cum eo in essentia, aut non est ab illo distinctus, nec id à Bonauentura, dicit aliquis (nisi habeat oculos in calcaneo) fuisse desumptum, reperiet.

Fit quidem mentio S. Bonauenturæ honorificè cum in collat. 9. p. 2. (iuxta nouissimam dispositionem nunquam fati laudati Domini Horatii Iustiniani, cum tractatum est eam particulam non fuisse additionem, ex expositione prolog. l. 1. dub. 2, sed reuocatur etiam ibidem sententia S. Thomæ 2. 2. q. 1. a. x. quod nunquam fuit facta additio noua symbolo fidei, idque fuisse prohibitum, solumque relictum declarare, extendere, & exponere, quæ in illo continebantur; id non omnibus licuisse, sed solum in Concilio Generali, &c. in collat. 22. p. 2. in materia de Purgatorio pro memorijs defunctorum, qui fideliter dormierunt, adducitur autoritas Damasceni, quam affert S. Th. 4. sent. dist. 45. 1. 2. ibidem de Primatu S. Peeri, & Prouincialis de Montenigro disseruit multis autoritatibus, & testimonijs in actis adductis, sicut, & fecerat S. Thomas Opusculo contra errores Græcorum, Ioannes quoque de Turrecremata ibidem, Christum Dominum in azigno consecrare ostendit, quod ex Euangelio quoque demonstrat fol. 249. eaque doctrina iuculenter habetur in S. Tho. 4. c. G. c. 69. versus finem, & pag. 105. idem Turrecremata demonstrat formam Consecrationis Euangelistæ veram esse, & ipsius Christi verbis confici transubstantiationem, adducitque rationem S. Tho. 3. p. q. 28. a. 1. ad 4. vides bone vis, quæ tu non videras, vel inuideras ad parua respiciens contra Doctorem Angelicum iudicasti; quem si reclus oculis intueri

uoluisses, titulum illum, quo antagonistam illum tuum potius quam S. Aug. ornare uoluisti, quod inuulnerabilia arma haberet, & reman-
 se inuulnerabilis de gratia, & arbitrio disputans, quasi Poenus Aug.
 vulneratus prostratus iacuisset: sed meliori ratione, atque consilio in
 S. Thoma laudando hos, & maiores titulos transfallices; sed crudeli
 arte laborans Thomæ truncas articulos, mucrones (ut putas) virtutū,
 quas in Bonauētura effert, & de remedijs aduersus hostes creas mor-
 bos, & cōfiscis de medicina languores, doctrinam vertis in vaniloquiū,
 at in ipso pelago naufragasti, tibi lucrum parari putasti ex hac odiosa
 comparatione, & non nisi vanitatem mercatus es: proinde scias bouis
 labores remuneratos in eo Concilio Sanctorum, & suum laborem in-
 cessum reddere laborasti, qui præmens ararum, quo malæ doctrinæ
 gramina eradicata sunt, non semina ipse iactas digna diuina agricul-
 tura, sed potius antiqua sata eradicare procurasti.

8 Ad nouissimum Concilium Tridentinum oculos dirigamus, ad
 illam scholam prouoco, quæ fuit totius Orbis florentissimum theatrum,
 Rerumpublicarum splendor, medulla Theologorum, quot ibi Aca-
 demici flores? quot linguz? quanta subtilitas? quantus labor? quam
 infinita lectio, quot virtutum, & studiorum diuitiæ Sacrarum illud
 veritatis impleuerunt? sed pelagus illud innatabile decidendarum
 quæstionum, quo præsidio transuadarunt nisi, nautico instrumento
 Thomisticæ doctrinæ post Concil. & Patres, quæ scopulos, syrtesque
 cauendas edocebat, & ad fidæ stationes impellebat? [Vix] dicebat
 Cardinalis Bar. in Rom. Martyrol. notis, [quisquam enarrare suffi-
 ceret quot vir Sanctissimus, atque eruditissimus Theologorum præ-
 conijs celebraret, quantumque illius illibate doctrinæ à SS. Patribus
 in sac. Concil. Trid. confidentibus fuerit acclamatus.]

Sed et quidam Orator in eodem Concil. hæc protulit Encomia in
 ferm. habito in illo Concil. ad laudem S. Tho. *Nec potuit D. S. Ec-
 clesiasticis interesse Concilijs morte præuentus. Verum ecce superstes,
 atque in æternum victurus nobis adest, bona spiritualis doctrina, the-
 sauros hereditario iure vobis delegauit. Nulla proinde ab eius fe-
 licis transitu Concilia sine Sacro Doctore celebrata sunt, ut enim de
 ceteris silent, quod audiuimus, quod videmus, quod manibus nostris
 contrectauimus, quid ni aperta voce ad eius laudem testemur? Vestra
 comitia perpendisse, ex plurimo, eoque honorabili Doctorum cætu, quo-
 tusquisq; consultor accedit, qui D. Tho. autoritate veluti splenden-
 ti gemma suam scientiam non exornet? at in consultissimo Patrum
 recessu Doctor hic sententiam rogatus frequentissimè censet, ad quem,
 ut ad lydiū lapidem, si quid ambiguitatis, aut controuersie fuerit
 exortum communibus votis referendum existimetis, quin certam iudi-
 ciorū alicui non sit aduersus, quin secundum eam sententiā ferenda sit*

Di-

Didacus Payua in quodam sermone de S. Thoma refert multoties sacrum Concilium sua decreta, cum in controuersiam caderet, num & statuebatur esset contra mentem S. Thomæ, sententiam suspendisse, donec de mente S. Doctoris constaret. In feil. 22. eum dubitaretur num Christus Dominus in nocte conæ ijs verbis: *hæc quotiescumq; faceritis*, & Apostolos consecravit in Sacerdotes, cumq; lis esset, & in contrarias scinderetur partes illa sessio, suspensa est definitio, quousq; de mente S. Thomæ constitisset. Si Concilium adeò veneratus est doctrinam S. Thomæ, vt in re tam graui manum suspenderit à subscriptione, & decreti obfignatione; & quis erit adeò præceptus, vt in eum Doctorem irruat temere, quem tanti fecit Ecclesiæ si nauigatio ex ea incerta videbitur, quia nauclerus non extimatur esse tantæ peritæ, hoc debet mouere Theologum, quod cum tali nauclero nauigatur, tanta fides Ecclesiæ; timeat naufragium ille, qui desequente vento, & turbato mari, absque ductore pelago se committit; in sequela enim Sancti Doctoris, si non videtur omnibus præstari, quod cupiunt, rationis, plus Ecclesiæ exemplo, subministratur autoritatis. Tanta veritatis, & tanta vis est veræ doctrinæ, vt vincat nostras phantasias veri adituendi necessitas, sed grauisimum, & humanæ stultitiæ, & insolentiæ dedecus veritatem humanis velle impugnare doctrinis, & sua audere loqui, & Ecclesiæ subsellia nolle imitari, quæ tantum Thomistico nomini splendorem dedit, vt vltima sit furoris audacia adimere eam autoritatem Thomæ ad fidem adituendam, cui tantam venerationem præstitit diuinus Patrum consensus, vt tutum redderet Thomæ sectatorem, cum eundem Consiliarium, testem, Magistrum, ductorem in super, & directorem in suis sessionibus, clarè conspiciat.

Porro id in magnâ Dei prouidentiam cedit, quod talem virum, elegerit, virum inquam voluntatis suæ, cui reuelaret arcana secretorum suorum, & in Concilijs Sanctorum, & congregatione, Ecclesiam vniuersalem illuminaret. *A Deo autem est intelligentia*, dicebat Clem. 6. lib. Strom. & iterum, *ad usum enim bonorum virorum enata est uis eorum, quæ data sunt diuinis. Quin etiam cogitata eorum, qui sunt virtute præditæ per diuinam sunt inspirationem, cum anima aliquo modo afficitur, & diuina voluntas in humanos animas transmittitur, dum qui sunt singulares diuini administrari ad talia opera ferunt Ministros. Nam per gentes, & Ciuitates sunt distributi. Angelorum præfecturæ, fortasse autem (imò certè) etiam ex ijs sunt deputati singulis. Pastor autem, & singularum ouium curam gerit; eos maximè prouidendi, & visendi tenet studium, qui sunt; & præstare ingenia, & Populo multum prædesse possunt. Talis electus est S. Tho. ex omni carne, vt Ecclesiæ Dei prædesse posset. reuocetur, & marmuret Momus, nihil efficiet; nã ante victoriâ, & triûphû ignauos gallos occinere ceruimus.*

C A P V T V I.

Eadem doctrina diuinis charismatibus,
& attestationibus refulget.

NON ordinaria fuit doctrina nostri Cherubim, sed diuinis charismatibus, & attestationibus rutilans, atque refulgens. Eiusdem Sancti doctrina ad eiusdem doctrinam, commendandam vtimur. In Magistro (dicebat Angelicus) scientia completa, requiritur 1. p. q. 117. a. 5. ad 4. vnde refert, *sum quis scientiam aliquam per se ipsum acquirit non potest dici docere seipsum, vel esse sui ipsius Magister, quia non* præexistit in eo scientia completa, qualis requiritur in Magistro. Requiritur autem scientia, vel per propriam inuentionem (ex lumine intellectus agentis) quod Deus super nos signat, & dicitur secundum hoc docere hominem scientiam, vel per disciplinam, in quantum Magister adhibetur, non quidem causans lumen intelligibile, vel species intelligibiles directe, sed vt per suam doctrinam proponit quædam, quibus intellectus vtitur ad scientiam acquirendam, & eiusmodi, quibus manuducitur in cognitionem veritatis ignotæ, vel indicando principia, vt possit conclusiones deducere. mirum certè fuit, quod Aug. 4. confess. c. 16. de seipso scribit, nempe, quod *cathegorias Aristotelis per seipsum legerit, item, quod omnes libros artium, quas liberales vocat, per seipsum legerit, & intellexerit, itè de arte loquendi, differendi, de mensurionibus, de numeris sine magna difficultate nullo hominum tradente intellexerit, & id totum celeritati ingenij, & discendi acuminis, quod donû Dei erat, attribuebat, sed sui Magister dici non poterat; & Deo attribuebat, qui lumen intellectus tribuerat, celeritatem ingenij per illas doctrinas agilis, vt nullo adminiculo humani magisterij, tot notissimissimi libri enodarentur.*

Nec solum scientia completa requiritur in Magistro; sed, vt fit in perfectioni gradu doctoratus, docere possit scientiam altiore 1. p. q. 108. a. 2. *Vnusquisq; (dicitur ibi) perfectius habet ab eo, qui potest illud communicare, quam ab eo, qui non potest, sicut perfectius est candidum, quod potest calefacere, quam quod non potest, & perfectius sit, qui*

qui potest docere, quam quæstionem potest, & quanto perfectius donum aliquis communicare potest, tanto in perfectiori gradu est, sicut in perfectiori gradu Magisterij est, qui potest docere altiore scientiam, quod ponderauit in Bulla Ioannes 22. dicens: doctrina prudentis facilis, & signum scientis est posse docere.

2 Cum ergo constitutus sit à Deo S. Thomas Doctor Ecclesie, Theologica scientia imbutus ad plenū apparuit, cumq; Theol. altior sit scientijs, & Phycis disciplinis, de optimo Magistro prouisum, qui hanc altiore scientiam potuit Ecclesiam edocere.

Quamuis autem Theologia secundum substantiam naturalis sit, potest, si Deus voluerit, Theologum illustrare diuinitus, vt res naturales inoffenso pede erroris pertractet, vt intellectus etiam quantum ad ea, quæ naturaliter cognosci possunt, tutius, citius, sine errore pertractet, & magis illustretur ex adiutorio diuini luminis, & infusione diuina; vnde & Salomoni datum est, vt de multis ad cognitionem rerum naturalium pertinentium etiam disputaret, ab altissima cedro vsque ad humilem Hyslopum: & quantum ad cognitionem Dei supernaturalem etiam poterit esse gradatio cognitionis; vnde de Adam dixit Angelicus, cognitionem Dei, quam habuit Adam 1. p. q. 44. 1. fuisse perfectissimam, mediā inter cognitionem vitæ præsentis, & patris, per quā ipse videtur Deus in se. idem repetit. 22. q. 5. 2. 1. dicens quod Angelus ante confirmationem, & homo ante peccatum, quædam de diuinis mysterijs manifesta cognitione cognouerunt, quæ nos non possumus cognoscere nisi credendo. Vnde et habemus Prophetas, & Apostolos sublimiori lumine illustratos, vt non solum fidei lumine infuso diuina mysteria cognoscerēt, sed & lumine prophetiæ, &c. habuerūt. n. euidētiā in attestante. Et Moyfes, & Paulus etiam viderūt diuinam essentiam per modum raptus, instructi de altissimis mysterijs; vnde dicebat: *audiuī arcana verba, quæ non licet homini loqui*, idque satis congruenter factum est, dicit Angelicus 22. q. 177. a. 1. quia *Moyfes fuit primus Doctor Iudeorum, & Paulus primus Doctor Gentium.*

3 Illustratus ergo S. Thomas diuinitus; nam vt dicebat Ioannes 22. *Scientijs primitiuis, & diuersis Philosophiæ partibus imbutus est, & quia (vt dicitur) eam captiuare debebat in obsequium Christi altiori intelligentiā donatus est. quā quiuis interpres, & Commentator. Quia ergo veritates Philosophicæ vsui futuræ erant ad constructionem mystici tabernaculi, congruum quoque fuit, vt D. Tho. peculiariter illustraretur, ne falsa principia traderet, vel passim erraret in positionibus Phycis, vt ad principia Theologica capessenda. Philosophi manuduceretur, & in conclusionibus Theologicis eliciendis ex vna de fide, altera rationali lumine cognita, nō vacillarent Theologi. Idque per necessarium quoque erat, cum verum verò non con-*

radicat, ostendere, aduersus scientiam dei, oppositas Philosophorum ratiunculas non demonstrationes esse, sed frivolas, & sophisticas apparentias, idque tangere videtur Breue Clementis 8. vbi doctrinam admirabilem S. Thomae testatam docuit ex ingenti librorum copia, quos in omni disciplinarum genere, singulari ordine, ac mira perspicacitate, sine villo prorsus errore conscripsit. Nam & si multa opinabilia, praesertim in Philosophia tradidit, non fuerunt paradoxetera, sed rationabiles opiniones, & probabilia non vt demonstrata accepit, sed vt opinabilia, & in hoc non erat deceptio, & si à parte rei posuit in opinabilibus opinio aliqua habere falsitatem; habebat enim hanc existimationem, opinionem illam habere possibilitatem. Exemplum de primo homine ex 1. p. q. 94. a. 4. ad 4. qui non deceptus esset, si etià aliquid fallum dixisset, non enim credidisset illud ita esse, existimare .n. poterat illud esse probabile.

4. In modo verò tradendi, & singulari isto ordine & methodo, & perspicuitate non exiguum Dei donum in S. Tho. fuit, tam multa paucis comprehendere, ad elucidandam Theologiam, nam ad ea quae etiam naturali ratione possumus de Deo cogitare, multa oportet accipere ex consideratione totius Philosophiae, hunc autem laborem pauci subire volunt, cumq; ex profunditate veritatis longum tempus exigatur, & frequens exercitium, & maturitas requiratur aetatis, vt intellectus sit idoneus ad capeffendum diuina (nam in pueris stultitia alligata est, & in iuuenibus anima ex passionibus fluctuat; vnde & in matura aetate anima quiescendo fit prudentior) deterretur certè animus a subeundo iugi labore, & magis optat iacere in ignorantiae tenebris, quam tanto labore, & sudore aetate studiorum se committere: & rursus cum quidam ex natura ob indispositionem complexionis inepti sint, & parum habiles ad intelligenda diuina, vel alias impediuntur ex necessitate rei familiaris, & ij, quibus scintilla aliqua lucis inest, propter debilitatem intellectus nostri, in iudicando, & phantasmatum permutationes, multa naturali ratione demonstrata in dubitationem caderent, nec penetrantes vim demonstrationis, uec vt indubitata accipientes, quae dicuntur à sapientibus (cum diuersi sint, & in diuersas sententias distraherentur) diuina promidentia, vt ad ea etiam, quae naturali lumine cognosci possit dirigeretur, puisus est de Angelico Doct. qui breuiter, dilucidè, talia traderet, quae nec prolixum tempus exquirent, nec ex multitudine rerum confunderentur, & ab inquisitione eximia releuarentur, & ab infinitis laboribus: & nedum sapientes, sed et haereticos pro suo modulo omnes participes esse possent diuinæ cognitionis, nec essent ambulantes in vanitate (sensus sui, obscurum habentes intellectum), & ex isto celesti Magistro per Thomae Cath. erectionem, ponerentur vniuersi filij Ecclesiae (sua eorum graduationem) edocti à Dño.

Id

Id etiam affectus est, ut infusione Dei, multa quoque, quæ personalem cognitionem acquirere poterat Angelicus, affectus sit, multarum rerum infusas habens scientias, (vt supponere videtur Ioannes 22.) ex tunc rerum scriptione, nec propriè alterius rationis fuit ista scientia à nostra, vt docuit de Adam idem S. D. qui omnium rerum scientiam per species infusas habuit 1. p. q. 94. a. 3. ad 1. sicut nec oculi, quos cæco nato dedit Christus, fuerunt alterius rationis ab his, quos natura produxit.

5 Quantum verò ad supernaturalia, impleuit eum Dominus spiritu sapientiæ, & intellectus; nam præter labores adhibitos in studendis sacris litteris, & sacra Theologia, impleuit eum Dominus spiritu peculiari intelligentiæ, vt ei adaptari possit, q̄ dixit Rex Nabuchodonosor Danieli; *Intelligentia, scientia, & sapientiâ ampliorer sunt, Sec. Pan. 5.* Habuit .n. quantum ad numerû scitorû nouas reuelationes noster Cherubim, sicut & Angeli proficiunt per nouas reuelationes ex p. p. q. 44. a. 3. ad 3. inde ex Clem. in Breui Apostolico iuxta historiam Petrum, & Paulum alloquentes habuit, locosq; illi Dei iussu enarrantes habuit, ex his illuminationibus, & illustrationibus merito dicitur est S. Thomas interpret Angelicus diuinæ voluntatis. Et quidem interpret dicitur, qui in aliqua re medius est, veluti conciliator, & author; vnde 4. Æneid. introducta est Iuno, quæ & sapientiæ estimata, *7 aq; harum interpret curarum, & conscia Iuno.* In agendis nihil sequendum pro securitate conscientiæ, Angelicus interpret est Thomas: similiter interpret dicitur, qui obscura exponit; vnde de illo dictum est 3. Æneid. *Troiana interpret diuum*: sic dicebatur interpret varicinator, qui metem deorum mortalibus publicabat. Cur verò Clemens non dixit S. Thomam interpretem diuinæ intellectus, & volens eum potius interpretem diuinæ voluntatis, tanquam cum sit Doctor Angelicus, Angelus ex Dionys. de diu. nom. c. 4. datum est: *esse lumen clarum interpretatum eius, quod est in abditis, & Theologice* ait Origen. præf. in Ioan. datum est, *penetrare Mysteria, & humanis moribus insinare.* Illa etiam non leuis est responsio, quod sicut Augustinus specialiter laudatus est in materia prædestinationis, & gratiæ à Gelasio, Cælestino, & alijs Pontificibus; cum per omnia sectatus sit S. D. vestigia Augustini, præcipuè illum sectatus est in materia prædestinationis, & gratiæ, non per prauis merita ad has, vel illas hypotheses diuinandq; sed ad consiliu recurrendq; diuinæ voluntatis, tanquam in primâ ratione prædestinationis arcana reduxit cum Apostolo Paulo Eph. 1. *quæ prædestinavit nos in adoptionem filiorum per Jesum Christum in ipsum; secundum propositum voluntatis sue.* quæ locum elegantissimè enarrans S. Thomas tandem concludit in fine lect. primæ: *diuinæ voluntatis prædestinantis, non est alia ratio, quam*

quàm divina bonitas filijs communicanda.

At si etiam vis eo titulo cohonestare, quòd sit interpres diuini quòque intellectus, non abnuo; de terra enim longinqua vocauit eum Dominus, & fecit illum confcium arcanorum suorum. *Quis hominum scit, quae sunt in homine nisi spiritus hominis, qui in ipso est?* ita & quae Dei sunt: *nemo cognouit nisi spiritus Dei*, 1. Cor. 2. & spiritus. *Scrutatur etiam profunda Dei*. Cum ergò Angelicus diuino fuerit repletus spiritu, arcana diuina excellentissimè intellexit, & ex communicatione diuinæ lucis abyssus illustrata est dicente Scripturà. *Oculi eius lucidiores Sole*, Ecclesiast. 33. *circumspicientes omnes vias hominum, & profundà abyssus*, & c. 24. *à Mari abundabit cogitatio eius, & consilium illius in abyssis magna*; illuxit certè cum arcanum consilium voluntatis suae manifestatum seruo suo, in materia praedestinationis, vt supra dictum est.

6 Et quis non videt, quàm abundè Angelicus traditis sibi scientie clauibus omnium Sacramentorum caelestium thesauros expendit, & gazophilacium diuitiarum Dei, quas tanta cumulatione perceperat, vt per participationem fidelibus largiter erogaret; Quae haeretica prauitas? Quae Iudaeorum perfidia? Quae gentium calumnia? Quae Schismaticorum abominanda diuisio, scripto Cherubim nostri non est superata, atq; contrita? Si ab hostibus veritatis myriades occurrunt questionum, illico Cherubim adest, in modum adducitur, verbosus calūnijs silentium imponit: si de Deo vno, Trino, operibus Dei ad extra, Oeconomia Saluatoris, Sacramentis quæstio incidit, ad libros Cherubim accurrimus, & in fortissima acie arma, ex Angelico petuntur, & mox litigiosa certaminis prælia conualescunt, nà arcus, gladij, contumetur, & scuta igni comburuntur.

7 Exuberans verò cognitio ista doctrina Cherubim apparet ex rapibus; Benjamin enim in dulcissimo thalamo conualesces diuine contemplationis, super naturali exaltati maiorem mensuram diuinorum cognitionum, & multo magis ex raptu naturæ eiusdem doctrina. 1. p. q. 12. 2. 2. *Anima, postquam quanto magis à corporalibus abstrahitur, tanto intelligibilem abstractiorum fit capacior; unde in somnijs, & alienationibus à sensibus corporis, magis diuinae reuelationes percipiuntur, & prævisiones futurorum*. Deo verò raptus fuisse prædium S. Doctorem apparet ex eius vita; qui cum super exaltatum adiacet aliquid, & raptus ille nò attribui possit, vt notauit Caiet. 2. 2. q. 179. a. 2.) causis naturalibus, vel ægritudinibus, vel demonibus; superest dicere, dicit Caiet. 2. 2. cum locum, *quod extrinseca causa, alienabitur à sensibus*, s. ex nimia attentione ad speculabilia, vel affectione ad fruibilia. *Immersa autem in nullam potest reduci corporis, vel anima causam illius raptus, quoniam corporaliter eleuatus à terra inspiciebatur, quod &*

cor-

C A P V T VII.

Quod S. Thomae doctrina de Hæreticis,
Iudæis, & Gentilibus triumphauit.

Vomodo autem de hæreticis, Gentilibus, atque Iudæis triumphauit, operosus discutendum est. E delicijs Edem primo homine ablegato, & in miseriarum uallem deportato, è supernis Ministris Cherubim seligitur, qui lignum uitæ custodiret, flammeum gladium, atque versatilem assumens, ne pes uictoris alicuius, uel limæ calcare cecidaret, nec audax manus, uel arborem scientiæ boni, & mali, uel lignum uictoriam auderet, ac quantum fac-

hium assumendo, temerare.

2 Sed cur è nouem Hierarchieis hæc eodem delectus sit, diligentius inquirendum est. Si essentiam beatitudinis in quas secundum Thomam doctrinam, in cognitione repositam esse cognosces. *Ita est uita æterna*, dicebat Christus apud Ioannem c. 14. *ut cognoscatis se Deum Verum, ut quæ missi Iesum Christum*. Illius ordinis aure merito demandata est custodia ligni uitæ; nam scientiæ Angelus est, quando & nomen plenitudinem scientiæ resonat. Subsequitur, ut complementum dilectio cælestis, & amor in beatitudine; in uia autem præcipua est dilectio, quia secundum mensuram dilectionis est premium maius uisus, non autem secundum maiorem cognitionem est maior uisio. Dilectitas huius est, quia in hæc uita magis attingimus Deum per effectum, quam per cognitionem; in patria serua quia ibi per intellectus operationem attingimus Deum, sicuti est, in qua actione profuit amor tanquam complementum beatitudinis; & quamuis non defuerint Scholastici aliqui, qui docerent Theologiam eorum esse effectum, finis enim contemplationis Theologicæ amor est, & non est intelligendum formaliter, sed causaliter, qui uisio odigit uoluntatem ad amorem, sicuti ars factiua se habet ad operabilia. Cumque Theologia uictorum subalternetur scientiæ Dei, & Beatorum, magis cognitionem, quam affectionem præcipit.

3 Sit in amore Seraphicus Bonauentura excellens, noster Cherubim

bim ex plenitudine scientiæ suum sortitur splendorem. sed quis eius scientiam apprehendet, si habet flammæum gladium, atq; versatilem? R. ex Gaufrido apud Firmānum in catēna ad c. 3. Rom. [Non id desperationem, sed desiderium magiā ingerat, consilium suggerat hæc custodia: opus est diligentia; opus est prudentia, nemo simulatoriæ, nemo temere accedat ad lignum, quod à Cherubim custoditur, in quo est plenitudo scientiæ: opus est temperantia, quia gladius imminet, qui superflua refecet vniuersa; sed nec tepidè accedendum, magnanimitate opus est, & seruore, quia gladius etiam flammæus perhibetur: nihilominus sectanda est iustitia, quia gladius versatilis nihil dissimulat, nihil intactum permanet, & nuoc si sic apprehenditur sapientia, in ea viuatur, & ex ea.]

Ad hæc [Plantatus (dicebat Ire. lib. 5. aduers. hæres.) Ecclesiæ Paradisus in hoc mundo, ab omni ergò ligno Paradisi escas manducabis, ait spiritus Dei, idest ab omni Scriptura Dominica manducate, superelato autem sensu ne manducaueritis, neque terigeritis vniuersã hæreticã diffensionem. Ipsi. n. confitentur semetiplos habere agnitionē boni, & mali, & super Deum, qui fecit eos iaculantur sensus suos impios, supra igitur sentiunt, quàm est mensura sententionis. Quapropter & Apostolus ait, non plus sapere quàm oportet sapere, sed sapere ad prudentiam, vt non illorum manducantes agnitionem, eam quæ plusquam oportet sapere, sed sapere ad prudentiam, ne proiciamur de Paradiso vitæ, in quem Dominus inducit eos, qui obediunt præconio eius, &c.] Illi ergò qui attentant superelato sensu super cognitionem Ecclesiæ, sunt (ex eodem Irenæo ibidem) *hæretici, & qui se plus aliquid præter veritatem inuenire putant, sequentes eam, quæ prædicta sunt variè, & multiforme, & imbecille facientes, iterum de ipsidem, non semper easdem sententias habentes, velut cæci à cæcis circumducuntur iustè cadent in sublatentem ignorantie fossam, semper querentes, & nunquam verum inuenientes. Fugere igitur oportet sententias ipsorum, & intentius obseruare, vti nō vaxemur ab ipsis, &c.* Sicut ergo proiciuntur huiusmodi suffocantes fructum scientiæ boni, & mali, ita arcetur ab ingressu eiusdem, vt omnis aditus ei præcludatur, qui hæresim, vel nouitatem, vel variam, & imbecilem temperaturam inducere conatur.

Enoluantur hæreses primi sæculi, & S. Thomæ scriptis confutatas intueberis, Simonianos, Thebutes, Pseudoapostolicos, Menandrum, Cherinthum, Ebionitas, Nicolaitas, Sacramentarios, de quibus tom. 1. præscript. 614. eorum dogmata, & confutationes annotatis locis D. Angelici apposuimus.

In secundo seculo Saturninus, Basilides in Ecclesiam linguas armantur, quibus succurrunt Carpoocrates, Valentinus, Aquila, & Theodotion,

tion, Nazarei, Ophitæ, Caiani, Sethiani, Ptolomeitæ, Marcionitæ, Marcionitæ, Continentes, Lucianitæ, Apellitæ, Hermogenitæ, Lucianitæ, Montanistæ, Hermogenitæ, seu Enekratitæ, Seuegeniani, Bandesanitæ, Achrontici, Adamitæ. His postmodum adiuncti sunt Quartadecimani, Florinus, & Blaſus, Melchisedeciani, Praxianitæ. Ortus est Sol S. Thomas, & congregati sunt, & in cubilibus suis collocati sunt; dogmata, & confutationes Angelicas annotauimus loc. cit. fol. 642.

Erupit tertio seculo Tertullianus magna in Ecclesia Dei tentatio, post quem Patriciani, Symmachiani, Arabici, Homusianitæ, Origeniani, qui etiam Turpes, & alij Adamantij Origenis sectatores. Item & Mentangismonitæ, Helcheseitæ, Vallesij, Nouaciani, Hydroparastæ, Noetiani, Angelici ab Angellina Vrbe Mesopotaniæ, Apostolici, Chiliaitæ, Pauliciani, Manichæi, Hierachitæ: & nulla hoc seculo est heresis exorta, vel peruersa dogmata eruperunt, quæ Angelicus noster magnis rationibus, velut fulminibus non euerterit. Id notauimus eodem lib. 1. fol. 642. & deinceps.

Quarto seculo pharetras in Ecclesiam direxerunt Donatistæ, vt sagittarent fideles in obscura Luna: post hos Meletiani, Ariani, Colluthiani, Audiani, Semiariani, Macedoniani, Eustaciani, Aetiani, Mesalliani: item Luciferiani, Hypsistarij, Agnoitæ, Rhetoriani, Apollinaristæ, Seleuciani, Priscillianistæ. Heluidius, & Iouinianus: Dilcalceati suas acies direxerunt ad præliandum contra eandem Ecclesiam; sed sagitta Ionathæ repressi, & fugati, nunquam ea retrorsum abeunte. videantur horum asserta, & placita confutata ab Angelico pag. 554. tom. 1. cit.

Quinto seculo insurrexerunt aduersus Orthodoxiam Faustus, Felix, Secundinus, & aliorum Manichæorum soboles, post quos Vigilantius, Pelagius, Semipelagiani, Abeloitæ, Nestoriani, Acephali, Eutichiani, Theodoriani, Pacificatores, Theopaschitæ, Prædestinati (sic dicti) & Angelici; sed omnes hi, qui Christo, & Deo, & Ecclesie bellum indixerunt, a Thomæ quoque eiecti, & effugati, & tanquam nebula ab hoc Sole dissipati 664. & supra tom. 1.

Sexto seculo. Senerus, Gaiani, Apameiani, Themistiani, Trideitæ, Schemmatici, Iacobitæ, Barfaniani, Christolitæ, Contobalditæ variarum hæresum architecti eruperunt; sed ab Angelico repressi, & confutati extirpanti, tom. 1. pag. 66.

Septimum seculum alios hæreticos præcedentibus copulat. Monothelitæ enim Ecclesiam turbare cœperunt, vt & Gnosymani, Armenij, Thnetophysitæ, Echnophrones, Parmenentæ, Lampetiani, & aduersus istos Angelicus D. inuicta tela conorsit, vt patet ex primo lib. præcomp. pag. 668.

Ottavo seculo veluti Cyniphe eruperunt, Agonychitz, Iconoclastz, & illi insignes impostores Adalbertus, & Clemens, Pauliciani, Elipandus, & Felix; sed ex Orthodoxiz principijs Angelicus noster nobilitatem, & Maiestatem sacrorum dogmatum ostendens, in voraginem hæreseos eos incurrisse demonstravit, loc. cit. pag. 670.

Nono seculo non defuerunt, qui hæreticæ prauitatis venena disfundere, & velut Harpyz manibus in sacrosancta dogmata euolarét. Ita Claudius Taurinensis, Godescalcus, Photius, Erigenitz, quos feliciter Angelicus disiecit, atque dispunxit, vt ostendi 1. tom. fol. 672.

Decimo seculo orti Arnulphus Aurelianensis, & Gerbertus Monachus, qui in Romanum Pontificem arietarunt. Item Nicephori Imperatoris errores profeminati. Leutarus, similis & Vigaldus, exortit; Antropomorphyz asserentes Deum esse corporeum, his succenturiati: aduersus quos etiam desonauit noster Cherubim, & super omnes, qui erecta ceruice aduersus Dominum erexerunt caput, hos gladio Spiritus verbi Dei, & Ecclesie traditione feliciter traiecit Angelicus lege 1. r. fol. 674.

Vndecimo seculo Berengarius Sacramentarium sectam introduxit. His suppres Manichei noui, Henriciani, Simoniana hæresis, Reordinatores, & Cerularij errores introducti, & Vicelionis Moguntiaci hæreses, & iterum nouorum Sabellianorum hæresis ab Orco euocata; sed hæc Hydre capita, Thomæ machera iterum truncata, & exusta vide 1. r. præscript. hæres. 675.

Duodecimo seculo Bogomili fanaticos errores iamdiu sepultos profana manu ventilantes, excitarunt. Petrobusiani, Arnolditz, Abzardus, Gilbertus Porretanus, Apostolici, sic dicti, & Eudonitz contra Ecclesiam Dei arietarunt; sed puduit eos cæcitate, cum Angelico oculos eorum percuciente, non potuerunt doctrinæ eius radios intrare 1. tom. pag. 168.

Tertiodecimo seculo Almerici, Valdensem, siue pauperum de Lugduno, Cathari, Patareni, Gulielmi de sancto amore, Pseudoapostolicorum, & Fraticellorum improbitas suas cohortes armavit ad pugnam aduersus Orthodoxiam; sed ad horum impietatem euicendam Thomas suos lacertos intendit, & inimicas acies solo equauit tom. 1. pag. 682.

Quartodecimo seculo Begardi, Beghine, Fraticelli exarsenti, Cesena, cum socijs, Henricus de Senis, Lollardi, Io: de Palsio, Cuggerius, Marfilus Patavinus Pontificem Romanum exagitarunt. Postea Turrelupini, & similes facces & alimenta gehennæ exorti: post quos Vuicleph, Hus, Taboritz, Orebitz, Oxoniensis, & hi omnes gladio verbi Dei percussi, & trucidati ostenduntur tom. 1. pag. 683.

Quintodecimo seculo erupit bellua illa Martinus Lutherus habens cornua decem, & capita 7. aperiens os suum contra Deum, & Sacerdotium eius, contra Sacramenta, caeremonias, omnia ferme dogmata iam pridem damnata exsuscitans, qui non parvam partem Orbis dementauit, ex quo colluuiis hæreticorum erumpens Caluiniani, Sacramentarij Trinitarij Anabaptistæ (vt descripsimus in 1. tom.) qui tanquam locusta loricate ex puteo abyssi prodierunt; sed omnium fontes errorum, obstructi Cherubini sapientia, & omnis ceruix hæreticorum erecta: depressa est, nec quia cecidit victam se vult confiteri: *contortus unns, & euisceratus*, apparet Luther, vt verbis Hieron. vtar ep. 71. ad Theophil. *in caeuernarum tenebris delitescis, Solem clarum ferre non sustinet*, Angelici doctrinam impetens, & totis viribus in Thomam, & Thomamilitatem verba furore plena effundens, vndiq; virus mortiferum spirat.

5. Videtur certe hæresis assimilari illi arbori, quam Danielis & Nabuchodonosor inuissit describitur, cuius folia amplissima, fructus eius nimius, & esca vniuersorum in ea, subter eam habitabant animalia, & bestia, & in ramis eius conuersabantur volucres, Calix, & ex ea vestebatur omnis caro. & S. Hieronymus in arbore hac superbiam designari interpretatur, & in c. 13. Esai. hæreticorum superbiam describitur, *qui in montibus se esse credentes, eriguntur contra scientiam Dei, & iniquitatem in excelsum loquuntur, & ponunt in Caelum os suum, qui & ipsi habent Populos, habent Reges, qui deceptum Populum daerant*. Et perbellè Aug. *Vna mater superbia omnes hæreses genuit* proceram videtur arbor, freti enim auctoritate Principum hæreticorum suos ramos, & folia extendunt, & volunt sua dogmata esse eam vniuersorum Populorum; nam ex eodem Hieron. in c. 7. Amos lib. 3. *commagat de eiusmodi fauore gloriari solent, & dicunt Imperator nobis communicat, & si quis est resistit statim calumniatur: vrgit in eum a Imperatorem facit Augusti mandata contemnit, & tamen consideramus, quod multi Reges Christiani, qui persecuti sunt Ecclesiam Dei, & Arianam impietatem in toto Orbe fundere conati sunt, nunquam in scelere Hieroboam Regem Israel; nec mirum si multitudine animalium, & autum ad eos confluant (ex eodem enim Hieronymo in Pl. 67.) Simpliciores decipiunt, hoc est multitudinem insipientium, & ad eandem pellicendam (ex eodem Hieronymo in c. 10. Hieron. iniquitas pellicentur, & simularum vani cultus de suo corde confluunt. Iactans grandia, & ad decipiendos simplices quoque, quasi uarris se asinus, & eloquij argenti splendore fulgentibus imperiorum ad obstringant aurem, vt à suis iuuentoribus subleuentur. Campum sine manri, & gula dediti, & voluptuosissimi contionatores pellicunt eos in desiderijs carnis, & vbi hæresis ramos suos extendit*

(vt dicebat Hieronymus) nulla fuit in Orde Provincia, qua reciperet præconium voluptatis, in quam coluber tortuosus irrepere; & vbi vexillum crucis, & prædicationis austeritas idolorum templa destruxerat, à regione luxuria veneris, & gatturis subuertere nititur fortissimum Crucis. 2. contra Iouinianum. Ad præcidendam ergo hanc hæresis arborem, vbi tot immunda animalia pascebantur, & volucres Czli superbarum mentium nidificauerant; opus erat, vt præcideretur & de terra auferretur tot abominationes pessimæ. *Et ecce vigil, Sæcius de Cælo clamauit fortiter, & sic ait, succidite arborum, & præcidite ramos eius, excuite folia eius, & dispergite fructus eius. fugiant bestie, qua subter eam sunt, & volucres de ramis eius.* Ad eo creuerat arbor ista, vt imperio, & voce Angelica opus esset, vt præcideretur. Id & factum est cum Doctorum, & præsulum S. Thomæ doctrina deterræ armavit anathematum (vt patet in Concilijs) ad hæresis eradicationem. Nec sufficit dicam cum Hieronymo in c. 1. Danielis, *vincens dispergere, sicamque confringere, nisi scrutans scrutetur eas, & quicquid in ipsis vitale fuerit interficiat, vt omni vitore consumpto, albi atque emortui ramusculi remaneant.*

6 Dispersa animalia mundus videt. Exultet (ep. ex Hieron. 70. ad Theophil.) *Et in victory; [Thomæ] gloriatur, & aduersus hæresim trophaea fulgentia gaudens Populorum turba prospiciet, & ex ep. 78. Oppressa hæresis eius auctoritate, & in morem demoniacorum spirituum de terra loquitur, nescit enim eum, qui desursum veniens ea loquitur, qua sursum sunt.* In Abacuch quoque scriptum est, *dedit abyssus, hoc est Thomas, vocem suam, altitudo manus suas leuauit;* Nam eodem S. Thoma interprete in Festo S. Thomæ Apostoli, Dydimus dedie-vocem Confessionis cum dixit, *Dominus meus, & Deus meus,* & altitudo id est Christus manus suas ostendit, præbendo ei manus, *vide manus meas, & pedes meos,* id ipsum dicere possumus de Angelico: *dedit abyssus vocem suam,* Christum crucifixum alloquendo, nullam aliam expectans mercedem nisi Dominum, *non aliam præter te, & altitudo manus suas leuauit,* cum crucifixi effigiem exprimens manus intricate eleuatas ostendens eius doctrinam probauit; vnde si legamus secundum aliam litteram, *dedit abyssus vocem suam ab altitudine phantasia sue,* mira Angelici Doctoris sapientia demonstratur, dum vox eius ab altitudine sapientiz, & phantasiae suæ processit, nihil petens pro scriptorum præmio, nisi solum Deum; sed si legamus secundum aliam versionem: *dedit abyssus vocem suam, altitudinem phantasiae sue,* in malam partem (vt S. Hier. c. 3. Abacuch annotat) denotatur hæretica falsitas; vnde aduertit, *quod non dixerit altitudinem suam, sed altitudinem phantasiae sue; id est umbra, & imaginis; videtur enim heretici habere altitudinem, & scientiam scripturarum;*

sic omnis altitudo eorum vanitati comparatur, phantasia est, & frustra extollit vocem suam; quare ut umbra à veritate effugatur, ita umbra, & imago sapientiae haeticorum à veritate, & ab abyssumagna dissipata est, & euanida remanfit.

7 Erexit quondam Diabolus bellicam apparatus per suos emissarios falsos Doctores, in vasis papyri, seu in epistolis biblicis (iuxta vers. septuaginta) vel ex libris papyraceis (ex versione Arabica) ex Esa. 18. c. loquente de Populo Aegyptio, qui mittebat nuncios suos legatos duabus tribubus auxilium illud promittentes (quod falsis Doctoribus legatis Sathanæ applicatur) populos seducenibus ad Christi hereditatem debellandam. Erant autem vasa papyri, ex S. Thoma in Esa. genus iunci, ex quo *sebant capsella ad portandas litteras, vel arundines tam magna, quod ex eis sebant naues, ut legitur in historia Alexandrina.* Verum sicut aduersus Dei Populum ex papyro compactæ naues Aegypti, ita carthaceis quoque opellis diaboli copiae profligandæ. Vnde in humis rei typum delicatulus infans Moyses in fuscis scirpis cooperta fluuio expositus, velut in nani suauiter incubabat, leuæ que papyro conferta cymba sine pondere natabat, naualis certaminis dux, & si puerulus infantili ætate vagitibus ad arma conuocans signum belli non tuba, sed lacrymis indicendo Aegyptios, Magosque illos subterfurus, contra scriptores partis diabolicæ ponderauit Ruperrus Abbas, ad propugnandam veritatem. Idem præstitit et secundum suorum temporum successorem Doctores, & egregij fidei tractatores, descendentes mare in nauibus, facientes operationes in aquis multis, omnem apparatus, & munitionem extolentem se aduersus scientiam Dei erectam destruentes. Sed inter hos S. Thomas noster. Cherubim eminet, adhuc enim puerulus cum in balneo lauaretur, charrulam manu tenebat, quam vi extractam à nutrice, multis lacrymis repetitam, in qua descripta erat Angelica salutatio, quæ in illa Oeconomia Saluatoris præfigurabatur, deglutit, quasi in vasis papyri illam propugnaturus, adaptabatur, & quasi infans ab ubere delectabatur super foramina apertis, & in caeuerna regali. Es. 11. cum ablactatus fuisset, manum suam misit ad expellendum diabolum de cordibus infidelium, confutando, & debellando errores, ut nulla penè hæresis intacta remaneret, quæ non fuerit Thomæ lacrymis, & manu trucidata.

8 Quantum verò attinet ad confutationem Iudæorum (ex Opusculo P. Damiani, qui est antilogus contra Iudæos) ex voluminibus Iudæorum, unitatem essentiam cum Trinitate personarum aptissime repetimus traditam à Rabbinijs, & quamprimum Opusculum edetur a spectabilissimo, & doctissimo Episcopo Maricano F. Ioseph Ciantes, ubi processio diuinarum personarum, cum earundem æqualitate, ex Rabbiniarum traditione eodem modo, quo à S. Thoma proponitur, &

de-

defenditur ostenditur. Quam verò eleganter Christus esse Messias demonstraretur, & Dei Filius in 3. p. ostenditur, ut parum Iudæis suffragetur varijs, & subdolis tergiversationibus effugere, & velut lubricos angues elabi, ut quisquis Deo aspirante ad intelligentiam sacrosanctas scripturarum cor adaptaret, malitiq; velamen abijceret, tanta enim est vniuersorum mysteriorum fidei suppeditatur argumentorum materia, ut in meridie Solem veritatis fulgentem non possit eorum duritia impedire quin videant Solem enitescere, & densæ tenebræ, cecitatis locum relinquere non possint.

Quando nullum confutandæ equitatis Iudaicæ argumentum superesset, sola tractatio in p. 2. de lege veteri à S. D. edita, vbi de ipsa lege, de ipsius præceptis, tam moralibus, quàm ceremonialibus, & iudicialibus, causis, duratione, &c. sic eleganter disserit, ut ex locutione horum tractatum proficere ille insignis Episcopus ex Hebræo Christianus, ex Christiano Episcopus, Paulus ille Burgenfis ad fidem Christi amplectendum motiua multa illi subministrata, ut Hebraismo abrenunciato, Christo Domino falcem submitteret.

8 Quid de Gemilibus, & Philosophis? multi veteres contra Gentiles decertarunt, sed ij felicis, qui ita scripturarum, ut errores refutarentur, & docti ad veram sapientiam, & indocti ad veram religionem renouerentur, quam si qui sola eloquentia rem pertractarunt, sæpè enim suauis eloquentia, & elocutione possunt ferri auditores in præcepta, ut parent audientes illa delinatas ferri, non ad virtutem, sed argutam malitiam erudiri. Illi præstantissimi, & longe præstabiles, qui candido, & sincero stylo rem tradentes, ipsamque veritatem, quam sine eloquentia defendi potest, tradiderunt claritate, & nitore sermone illustrarunt, ut potius in animos induerent, & vi sua instruerent, & hæc orationis ornata, de qua re consulendus Lactan. de fals. relig. c. 1. Sed & quidam alio genere processerunt, qui ex eod. c. 5. illud genus probationis assumpserunt, ut proprijs testimonijs eorum Gentiles reuincerent: & quia non sat est aliena refellere, nisi propria fradeamus, vt idem scripsit Lactan. de fal. sap. c. 16. *Primus sapientie gradus est falsa intelligere, secundus vera cognoscere*, ij neruosa rem attigerunt, qui, & falsa refutarunt, & vera, vel ostensua via, vel mauductione tradiderunt; nam qui per argumenta ad impossibile, & ad hominem processerunt, etiam quæ veritati obstabant, ad veram Religionem imbuerunt.

In speciali autem descendens Lactantius, qui fuerunt contra gentes assertores, & veritatis præcones robusti, ait lib. 5. c. 1. *Minutius Felix non ignobilis inter Confidicos loci fuit. Huius liber, cui Octauia titulus est, declarat quam idoneam veritatis assertor esse potuisset si se totum ad id studium contulisset. Septimius quoque Tertullianus fuit*

omni

omni genere litterarum peritus; sed in loquendo parum facilius, & minus comptus, & multum obscurus Ergone hic quidem satis celebritatis invenit. Nus igitur, & precipuus existit Cyprianus, qui magnam sibi gloriam ex artis oratoris professione quaesierat, & admodum multa conscripsit in suo genere miranda. Erat enim ingenio facili copioso, suavis (& quæ sermonis maxima est virtus) aperto, ut discernere nequeas utrumne ornatior sit loquendo, an facilius explicanda, an potentior in persuadendo quisquam fuerit. Hic tamen placere ultra verba Sacramentum ignorantibus non potest, quoniam mystica sunt, quæ locuta est, & ad id præparata, ut à solis fidelibus audiantur, denique à doctis huius seculi, quibus fortè scripta eius innotuerunt derideri solet. Audini ego quendam hominem dissentium sancto qui eum una immutata littera Cyprianum vocaret, quasi quoddam elegans ingenium, & melioribus rebus aptum ad amiles fabulas contulisset. Quod si accidit hoc ei, cuius eloquætia non insuavis est, qui tandem patemur accidere illis, quorum sermo icivnus est, & ingratus, qui neque vim persuadendi, neque subtilitatem argumentandi, neque ullam profus acribitatis ad revincendum habere poterunt? Ceterum, ut dicebat Aug. 2. de doctrina Christiana c. 4. auro, & argento suffarctinatus de Aegypto extens vocatur Cyprianus addito titulo, quod sit Doctor suavissimus, & 2. de bono persequ. c. 19. Doctor incidissimus, Et Tertul. (ut Lerin. c. 24. dicit) quot ponè verba, ut sententiæ sancti, quot sententiæ tot victorie. Sciunt hoc Marciones, Apelles, Praxeus, Hermogenes, Iudæi, Gnostici, ipserique quorum ille blasphemias multis, ac magnis voluminibus suorum molibus, velut quibusdam fulminibus emersit. Sed S. Th. in euerfione Gentiliū mirifice elaboravit, docta clara, nitida sententiæ; unde ei applicare possumus, quæ p. 1. p. q. 84. a. 5. de Aug. prælat. Augustinus, qui doctrinis Platonicis imbutus fuerat, si quæ inveniunt fidei accomoda in eorum dictis assumptis, quæ verò inveniunt fidei nostræ aduersa in multis commutatis. Idem præstitit S. Th. in Gentilium libris euoluendis, quæ enim aduersa erant Orthodoxæ Religionis confutavit, quæ consona ad usum Theologicum adaptavit. Ad eò Gentiles confutavit Philosophicis rationibus; ut ex solo libriscripto contra Gentiles, insigne hoc miraculum appareat, Myriades fortissimum hæreticorum illorum, qui errores Gentilium infectati sunt, præsertim confutatas, atque contritas. Consideremus, dicam cum Hieronymo in c. 3. Nahum, Sapientes Græcia, & Aegyptiorum, & Persarum, Indorumque Gymnosophistas, & Samaritanos, & varias inter ipsos sententiæ, & Iudeos Phariseosque eorum, & Saduceos, & Ecclesiæ multipliciter hereses, & videbimus Attelabum (est autem species quædam Lota ex Plinio) à terra se pantum subleuantem, & locustam volitantem quidem, sed non plene cursum, & quia non habet

calorem Solis inhitia, frigentq; in Deum charitate, sedere in spineis, sepibus. Omnia enim dogmata cum frigent, & volare non possunt, sedam sibi, & requiem inter Aristotelis, & Chrysostomi spinata (ubi à veritate deviant) reperiunt, inde Eunimius profert, quod natum est non fuit antequam nasceretur, &c. (& per abusum) de illis fontibus universa dogmata argumentationis suarum in vias trahunt, ut loca quoq; ipsa, de quibus argumenta sumuntur, Topica subscripserint. Vnde rectè canimus in officio peculiari S. Thomæ, plusquam Doctores castri purgans de gema Gentilium, & papyraceis membranis, classes armauit ad eos debellandos; vnde non sècus David contra Goliath; sed etiam, ut Banaias 2. Reg. 23. *Vi hastam excorsisti de manu Aegypti, & intarfecisti eum hasta sua, & quod maius est, chartis & calamo de universo Genticismo triumphavit.* Puto victoriam chartis obtinuisse; nam in quodam processu canonizationis S. Th. fabricato, tempore F. Jacobi Victrivensis Ord. S. Aug. Archiep. Neap. deponit F. Antonius de Bricta hæc verba: *dum scriberet librum contra Genticos non habebat chartas de papyra, in quibus illum scriberet, sed eum scripsit in schedis minutis, & concorsam esse potuisse habere chartas, sed de temporalibus: nihil curabat.* Non ergo politorum & platoniorum papyro opus elaboravit; sed schedis minutis, ac vtilissimam libellam, & chartis brevis temporaneis non satis expaluit, ut magis Deo in triumpho victoriam, qui per pauperes Piscatores Genticismum eversit. Libellam que admirabilis, ex S. Thomæ contra Genticos, & quod non ita sonant ipse nona singulorum errorum dicta sacrilega, ut ex his, que eduntur per finem rationes assumere ad eorum errores destruendos. Hoc enim modo, ut sunt antiqui Doctores in d. Iruditionem errorum Gentilium quorundam positiones scire poterant, quia & ipse Gentiles fuerant, & velut Judæi in Genticis conversati, & ut conuicti dicitur Iruditi. Vnde de illi opus fuit ad naturalium rationum recurrere, ut posset eorum dicta eisdem demonstrare esse falsa; & eorum obiectiones inanes, & vanas ostendere, & veritatem naturalis luminis notam Christianorum veritati congruere. Peritne id? Blucidius in tota sua Academia selectissimæ, ut papyro sua Hæreticos, Gentiles, & Judæos profligaret. Vt enim dicebat in simili Hier. ad Pammach. ep. 73. *ut simpliciter nasam tractat, ut resistat defendat sua, ut forte male amos, qui nobis mandati, qui querendi.* Nunc autem, novum disputandæ genus, oderunt, non quia falsitas, quorum fidem publice negare non audent. *Rogo, quis est iste dolus, qui nos temporis, ut rationis curatur.*

C A P V T V I I I .

A contradictionibus innumeris laceffita;
impelli non potuit.



*Primum est, pronunciauit Hilarius lib. 2. de Trinit. Quicquid a pleribus incurra-
satum, a nullo tamen poterit impelli. ta-
lis est, dicebat Chrysostomus Hom. 4.
de laudibus Pauli, conditis erroris, ut
nullo etiam sibi obstitente consenscat,
ac defluat, talis autem est a diverso ve-
rstatu status, etiam multis impugnan-
tibus suscitatur, & crescit. Sic Christi
gloriam videmus, inquit idem magis
inimicorum impugnatione creuisse. Quid aduersus Pauli doctrinam,
non machinatus est diabolus? undiq; inuidia igne succenso a domi-
bus ab Urbibus, ab agris, &c. a Gentibus, a Iudaeis, a Principibus,
a Plebibus, a Regibus, a Regum Ministris, cum omnes ad crudelitate-
tem se maturo cohortarentur, & omnes ferissime, sensusq; conuulserit,
tamen Paulus, &c. quamq; illius omnium exciperet, non modo tam
obstratus ipse non est, sed etiam omnes illos in partem transtulit, vortan-
tis: illas supra modum sustinuit Apostolus, domesticorum dolus ruina
inuentus; multi enim ex faelium numera habebantur, qui per con-
tentationem Christum annuuciabant, existimantes Paulinis vocantia pres-
suram fuscitare; sed etiam contra ista proualuit.*

Non dissimiliter doctrinae Angelici accidit, cui multoties ex inui-
dia est contradicium, quod, & in Ioseph designatum video apud Cle-
lib. 5. Strom. Cum ei dicitur *adolefcenti fratres inuidissent, ut qui am-
plius aliquid prouideres in cognitione, vide motium contradictionis
inuidiam, quod praeter ceteris cognitione praestaret, cum varia inuidia
exorant, & acceptum in lacum proiecerunt. Lacus autem inanis non
habet aquam, ut qui uariam uiri boni cognitionem ex diligenti stu-
dio amouissent, & ualere iussissent, &c. uacuum autem scientia la-
cus, in quem proiectus est, cum exuisset cognitionem, uidebatur supbia
Fratribus & uadus cognitione, qui delinerat sapiens. Sic enim xru-
li, & maleuoli S. Thomae inuiderunt, ut polymita ueste nudatum vel-
lent, & in inani lacu absq; aqua sapientiae collocarent. Accidit autem
diuina prouidentia disponente, ut contradictionibus iusti exercean-
tur;*

potuissent; nemp̄ didicisse, quid elegendis, et dolens; quis si vultu
 detis in dolore laesi est: ergo enim fructus eius cunctis non dolendo,
 ipse dolet: necesse est amissione fructus sui: tunc enim non modo illisus ibi,
 quod etiam solum sibi sufficit, sed insper aduersarij sui, et s. astru
 tione, obiectatus, et dolore defensus, et quod maius est, vexillum ex
 eor̄ contradictionibus de inimicis gloriæ crexit, et velut inimicus opor
 tatus ille victoriz Dei, recusus omnibus iaculis: contradictionis, laetis
 et, clypeoq; patientiz, et modestiz communicus.

2. In canonizationis eius processu: de quo supra referre Bartholo
 meus de Capua, ignod cum disputaret Parisijs cum Ioanne Pisano
 cuiusdam ordinis, qui postea fuit Archiepiscopus Cantuarionis, et q̄
 contradiceretur asperis verbis, et ampollois; nunquam ex contradi
 ctione illa commotus est Sanctus; sed verbis placidissimis cum dulce
 dine, et humanitate respondit. Firmitate eius peculiaris virtus in San
 cto, ex eodem processu, quod semper mitis, et humilis deprehende
 tur, nec amittit, et gloriose verbis utebatur, memor illius: discite
 à me, quia mitis sum; et humilis corde. Tanta est habitus ipsius patien
 tiz inter aduersa, etiam inter iacula, et contradictiones linguarum
 audiamus Prudentium in sua Psychomachia.

Bere modatam, graui stabat patientia vultu

Per medias immota arces, varioq; tumultu

Palustraq; et rigidis vitata pernis p̄llis,

Spe stabat defixa oculis, et lenta manebat.

Et Thymoticus lib. de patientia c. 15. [Age iam si, et efficiens, ha
 bitum; etia comprehendamus; vultus illi tranquillus, et placidus,
 sedemq; quilla mirroris, aut ira rugositate contracta, remissa, neq̄
 indolentem neq̄ duci superciliosa oculis, benignitate non infelicitate deio
 sicut in ecclesiasticis hinc signatur; color qualis securus, et anno
 tatus frequens capitis in diabolus; et manere etiam. Ceteru amictus
 p̄ncipis p̄ci ore amictus, et odor p̄ci impressus, et qui nec inflatur, nec
 inopiant, et det in a throno spiritus mitissimi, et mansuetissimi, qui h̄
 habere gloriatur in sua verbilo liuet; sed est tenerus serenitatis aper
 tus, et simplex, quem tertiu vidit Helias. Nam ubi Deus, ibidem, et
 gloriose eius patientia. Cum ergo Spiritus Dei descendit, individua
 patientia comittit in cum. Si nos cum Spiritu admiserimus, in nobis
 morabitur, semper; quod nobis a diuino persisteret, in sua commu
 et in illis. Omnidoce; et ut tempore tangatur necesse est, quodcumque
 p̄ncipis eius in diuina, solus in diuina non poterit, omnia in diuina
 edificandis. In illi clypeo patientia communi pariter Christus cum
 Deo se adiungens, ex patientia, et modestia, et in illic spiritus. Et
 in illi, et in illi, et in illi, et in illi, et in illi, et in illi, et in illi, et in illi,
 et.

tebat; vade & scriptum est Prou. 19. *Doctrina viri per patientiam* nescitur.

3 Hinc videmus Moysen in doctoratus munere superexcedente exaltatum; nam ob hoc detractiones, & iniurias illatas illud promeruit, ut vultus eius irradiatus appareret, et Deus Pharaonis vocaretur. Hinc merito scripsit Ambrosius in Off. lib. 2. c. 7. *extimatus est super homines*, ut & vultui eius non possent intendere, & in sepultura eius non repertum crederent. quid ita? quia Moyses excellit in domesticis iniurijs tolerandis, in contumelijs, quas ab exteris patiebatur, & a suis quoque innumeras contradictiones; unde moruit, ut Deus Pharaonis haberetur, & qui sustinere contradictiones, & ex conspultatione iniuriarum super homines extimaretur, ut quodammodo pro Deo haberetur, & sepulchrum ignoraretur; unde idem Ambrosius. *Quidam Moyses a Populo illatas absorbebat contumelias, & cum Dominus insolens vindicare vellet, se tamen pro populo offerebat, ut indignationi diuinae plebem subduceret: quam nisi sermone post iniurias appellabat populum, consolabatur in laboribus, delinibat oraculis, soubat operibus merito: extimatus est super homines; imo & Deus Pharaonis.* ac si dicat (ait Rupertus in Exod. 26. *quoniam tu mississimus virorum, pro tam glorioso negotio cum Pharaone dimicare, & cum Regibus confingere indignum te existimabas; ecce ego sustollam te super altitudinem nubium, faciamque te Deum, non quem ille fideliter adoret, sed quem similiter formidet.* At unde tanta gloria ex illa clausula: *quoniam tu mississimus virorum*, & quoniam probatus est ad quas contradictionis. Fuerunt autem aque illae ex Augustino figurae duplicis hominum generis, contradicentium gratiae Christi, & peripientium gratiae Christi; ut illis sic aqua contradictionis, illis sanctificationis; nam de ipso Domino in Euangelio legitur, *ubi in synagoga eius contradicentur*, ubi Augustinus in Ps. 80. aquam contradictionis Gentilissimi oppugnationem interpretatur; sed postea ait, *quid ergo iam intelligimus per aquam contradictionis, quae prope homines facta est?* Sed non deest contradictio haereticum, & (ait Augustinus ibidem) [Multi haeretici cum Paganis alios, & alios Deos sibi fecerunt, si non in templis, tamen, quod est peius in sua corde posuerunt, & saltem ridendorumque simulacrorum templa ipsi facti sunt. Et isti Dei recentis sunt, & nouiter conficti; proinde vero Deo sempiternae contradicentes: omnes enim isti alium, & aliud sentientes, alios, atque alios Deos sibi facientes, ipsamque fidem salutate variantes, videntur discordare; sed omnes à terrenis cogitationibus non recedunt: horum cogitationibus consensuunt sibi, opinio diuersa est, veritas una est: De illis in alio Ps. dicitur. ipsi de vanitate in vnum colligantur, quamuis opinionum varietate discordent, & ipsi quia vanitas, reus est, possunt

rior est; ideo illa, quae retro oblitus est, ideo vanitatem oblitus, in eâ quae antea sunt, ideo in veritatem extensus, sequitur, ad palmam suæ peræ, vocationis Dei in Christo Iesu, & infra faciunt ergo sibi Deos recentes, quippe quales volunt,] (vide selectius opiniones) [quod non impedit officinam decepti cordis fabricare phantasma, quale voluerit, sed omnes hi in posterioribus consentiunt, ideo simili vanitate deridentur.] Istos verò idem Aug. ibidem diuersos, & aduersa sentientes in eam tamen malitiam colligatos assimilat vulpibus Sansonis, qui in peius sibi consentiunt, vocatque eos, dolosos fraudulentos cauernosis anfractibus latentes, & decipientes, odore etiam terro putentes foueas tales habentes, vt ex vna parte intrent, & ex alia parte exeant, & sequitur; vnde Sanson noster, qui etiam interpretatur Sol ipsorum, eorû quibus lucet, non omnium, sicut est oriens super bonos, & malos; sed sol quorundam, figuram enim habebat Christi, colligauit (vt dicere caperem) caudas vulpium, & ibi ignem alligauit ad incendendum, sed messes alienigenarum. Proinde tales consentientes in posterioribus (nempe posterioribus adinventionibus) tanquam caudis colligati trahunt ignem contramponentis, sed non accendunt nostrorum segetes. Vnde quomodo, qui contradictiones excitant inter sese, & contra Ecclesiam, licet ad inuicem colligati, ipsam fidem falsitate variantes, & dissentientes, tandem fidem, & quæ sibi aduersantur affirmant, & per contradictiones ipsorum, & posteriora placita adinuenta, fidem orthodoxam, & antiquam affirmant. Ab his verò contradictionibus probata Ecclesia, quod canit: *Eripies me de contradictionibus Populi, constitues me in caput gentium*; & quemadmodum per contradictiones exaltata meruit primatum in iudicio fidei, sic S. Thomas ex cõtradictionibus exaltatus promeruit, vt omnes Academiae eum tanquam Principem Theologorum venerentur, & laudent.

4. Ad cæcandas verò has contradictiones, ad Ecclesiam fidelis accurrat, ad interpretæ Angelicû festinet, vt liberetur, preferatur, & vincat, dicat cû Proph. *protes me in tabernaculo tuo à cõtradictione linguarum: in Tabernaculo*, ait Aug. *Ecclesia presignatur, contradicens lingue multas, diuersas hereses, diuersa Schismata personans, Lingue multæ cõtradiciunt veritati doctrinae. Tu curte ad tabernaculû Dei, Ecclesiâ Catholicam tene, à regula veritatis noli discedere, & protegeris à contradictione linguarum.* Sic similiter cum posteriores, nouas, peregrinas sibi inuicem dissidentes doctrinas insperetis, quas S. Tho. expulset, & nouis Theologiis, curte ad eius doctrinam, ad tabernaculum eius festinet, & sicut per contradictionem magis eius doctrinam firmam insperetis, per tandem doctrinam protegeris, & vincas contradictiones linguarum.

5. *Grædis certe est hic triumphus ex contradictione linguarum.*

erophetum erigi veritatis; vnde David cecinit: precipita Domine, & diuide linguas eorum, velut Augustinus legit: *Submerge, vbi idem Aug. in Pl. 54. qui male conspirauerunt, expedit eis, ut submergantur, qui male conspirauerunt, expedit eis, ut lingua eorum diuidantur, &c. diuidantur linguæ eorum, non sibi consentiant. Et infra, per superbos homines diuise sunt linguæ in erectione turris, vbi vna lingua erat, at vbi illa collecta in conspiratione superbia, precipitata est, percipit illis Deus, ut diuideret linguas eorum, ne se intelligendo perniciosa facerent veritatem.* Et hic fructus ex eo reportatur, quom idem Propheta annuit, *quoniam vidi iniquitatem, & contradictionem in Ciuitate.* Contradictio veritatem, & Orthodoxiam vexans, magis illam vnit, & firmat, ipsaq; contradictio oppugnans, velut appositio antiparistesis magis in vnum congregat orthodoxe sentientes, & vbi discors lingua discordibus obest, vna lingua humilibus, & recte sentientibus prodest. Interim pius sustinens contradictiones linguarum, *Duret inter contradicentes, perferat minas, bibat opprobria, expectet eum, qui saluum faciat à pusillanimitate spiritus, & temperate. Intueatur caput exemplum vite sue, tranquilletur in se, & si turbatur in re. Claudamus discursum cum Hil. 7. de Trinit. Dum sibi partes singule aduersantur, non solum suis, sed etiam aduersantium est intelligenda doctrinis, ut dum aduersus*

vnam eam omnes sunt, impissimum tamen errorem

omnium per id, quod sola est, atque vna, confutes

&c. vt ergo mirifice proficit fides ex contradi-

ctione linguarum, ita doctrina S. Th.

fidei pedissequa mirum in mo

dum ex contradictione,

profecit.



C A P V T IX.

Scientias humanitas partes captiuauit
 noster Cherubim in obsequium
 Christi, & Ecclesiz.



Abulata est olim Gentilitas, Echionem,
 cū Bacchi sacra contemneret, Numinio
 furore actis matre, scilicet ac sorore ab
 eis dilaceratum esse, vt scribit Ouid. 3.
 Metamor. Hanc Mythologiam expli-
 cat Alexandrinus lib. 1. Stromat. & per
 diuulsa membra tam Græcæ, quam
 Barbaræ Theologiz intelligit ea, quæ
 æternæ, & primæ veritatis, velut anu-
 las quasdam particulas decerpserunt.

Æterna namque veritas per reuela-
 tionem Barbaram sibi adlegit, vt diuinæ sapientiz interpretem re-
 uelando diuina oracula, & mysteria prophetis, & per Græcam Gen-
 tes illustrando, & super illas, & Gentilium libros, veluit multa, quæ
 lumine naturali cognosci possunt intelligi; vnde quicumque assequi
 desiderarunt veritatē, alij quidem non pauca; alij verò partem aliquā
 mutuati sunt. Sed (vt idem ibidem prosequitur) qui diuisa rursus com-
 posuerit, & perfectum vnum verbum fecerit, sciat futurum, vt veri-
 tatem citra periculum contempletur. Hoc satis iucundè præstitit An-
 gelicus noster, quia tanto foedere Philosophiam cum Theologia cop-
 pulauit, vt ex vna parte Gentilitas, & Hæretica malitia ex altera pos-
 set confutari. Hinc Theodoretus lib. de fide, meritò dicebat: *Credite
 vestris saltem Philosophis, & amicis, qui vos præuis quadam traditi-
 one disponunt, atq; ad nostras percipienda erudiunt, & Origenes lib.
 3. contra Celsum. Quod malij est eruditum esse disciplinæ optimis, ex-
 coluisse ingenium, prudentem esse, & haberi? quid hac obstant cog-
 nitioni Dei? an non potius conducunt ad consequendam verita-
 tem?*

Indignatur Strommateus eod. lib. 1. aduersus quosdā imperitè
 tumuluantes, qui dicunt oportere in *his* versari, quæ sunt maximè

necessaria, & qua fidem continent, externa mater, & qua sua sui peruatanea transilire, qua nos frustra conterunt, & detinēt in yr, qua ad suam nihil conferunt. Sed egregiē id refutat Clemens; nam Philosophia Græcos Pædagogū more docebat, sicut lex Hæbreos; præparabat ergo Philosophia viam muniens ei, qui à Christo persequitur. *Non, aut via veritatis; sed in eam tanquam in fluvium perennem, alia aliunde fluentia influunt. omnes ergo veritates, quæ in scientijs naturalibus loguntur, in Theologie vastum mare iurant, & veluti tributa respondent.*

3. Et quemadmodum (ait idem) *liberales artes, quæ sunt in circumculo disciplina, conferunt ad philosophiam quæ est ipsorum Dominæ, ita et ipsa Philosophia conducit ad parandam sapientiam; est enim Philosophia quidem exercitatio, sapientia verò scientia rerum divinæ, & humanarum, & causarum ipsarum* ject enim sapientia Dominæ Philosophiæ, sicut illa eius, quæ prius auditur disciplinæ. *Hinc egregiē Cassiod. expositione in Cant. c. 8. respiciens ad hanc subordinationem exponens, ea verba, si verus est, & discemus super eum propugnacula argentea, ait. Cum taperint Apostoli mei predicare Ecclesie de gemibus congregata, fideles fuerint auditeres, qui moribus perfectionis vniuersi appellari possunt; dum v3. vel naturalis ingenio præditi, vel Philosophica eruditione præstantes, quasi alios defendere, & munire possunt vice vniuersi. ad discemus super hanc talia propugnacula argentea. i. addamus illi eloquia sanctarum Scripturarum &c.*

4. Nec est, quod obmurmurent Nouatores à Scholasticis. sicut per vsum scientiarum, inferiorum plausibilem mixturam affumendo earum principia ad explicationem Sac. Theologiæ, & in lege veteri prohibetur atteri lanâ cum lino; & Esai. reprehenditur vino aquam admisceri, *vinum tuum mixtum est aqua, & ut dicit Glof. vinum significat sapientiâ diuinam, & aqua sapientiâ secularis denotatur; egregiē namque S. Th. Opusc. 19. 2. 12. in resp. ad 4. mixtionem non esse quando vnum transit in alterum; sed quando in vnum tertium utrumque miscibilem conuertitur; ergo cum de sapientiâ seculari veritate naturalium assumimus ad explicationem diuinorum; quod cadit in fidei veritatem, & explicationem, & deductionem conclusionum, quæ ex fidei principijs, & axiomatibus cognitæ lumine nature deducantur; mixtio dici nullo modo potest; sed cum extranea, vel contraria doctrina, sapientiæ Theologicæ admiscetur, tunc mixtio deperit, dicitur, quæ veritatem corrumpit, & destruit. Specialiter antea vetera lanâ lino atteri, ad denotandum ex Rupertos & S. Thoma 1. 2. ad 101. q. 1. 6. ad 2. non esse simplicitatis; quæ per lanam denotatur admixtum, quod est subtile, in quo caliditas denotatur (ex Rupertos) quod hoc accidit, cum simplicitas manifestatur in simpliciter*

36. subtilitas malitia servatur in mente.
 5. Sobriè verò iisdem disciplinis utendum est, excessus enim temporis, vel rerum non necessariorum vsum, scriptura ipsa non celebrat. Propt. c. 7. dicitur. *Ne sis multū apud alienam, nam (ex eodem) Clem. vii quidem, sed non immorari, ac permanere in doctrina seculari admonet; verbo. n. Domini facultates inferiores preparant, ac prius insituantur, quæ temporibus convenientibus univariis generationis utiliter dase sunt. Iam. n. quidam ancillarum inescati amatorijs, contempserunt dominar Philosophiam, & quod magis est, sapientiam Theologicam, & ex ipsi ali quidem consensit in Musica, aliq̄ verò in Geometria; aliq̄ autem in Grammatica, plurimi autem in Rhetorica. Egregiè his consonat nosser Angelicus 2. 2. q. 188. 2. 5. ad 3. quod Religiosis competit principaliter intendere studio litterarum pertinentium ad doctrinā, quæ secundum pietatem est, ut dicitur lit. 2. alijs autem doctrinis intendere non pertinet ad Religiosos, quorum tota vita dæivinis obsequijs mactipatur, nisi in quantum ordinatur ad sacram doctrinam; vnde Aug. dicat lib. 6. *Musices. Nos dum negligentes esse non abstinamus, quos heretici rationis, & scientiæ fallacijs pollicitatione decipiunt, tardim incādimus consideratione ipsarum viarum; quod tamen facere non auderemus, nisi multos pios Ecclesiæ filios eadem rejellendorum hereticorum necessitate fecisse videremus; super quæ verba Dominus Calet. sic dicit, [sicut negotia secularia non sunt absolutè prohibita Religiosis omnibus, ita studia scientiarum S. Philosophiæ, & Mathematicæ, & artium liberalium; vnde sicut pietatis gratia de superiorum licentiæ moderatè possunt Religiosi si secularia tractare negotia (ut dictum est superius) ita diuinæ scientiæ gratia licitum est Religiosis cum superiorum suorum beneplacito vacare Logicæ, Philosophiæ naturali, & huiusmodi; ut scilicet possint errores confutare, & diuinitatis Mystoria intelligere, & hæc benè aduertant Religiosi, qui totum vitæ suæ tempus in scientijs secularibus consumunt.] Hæc nota religiosè diligenter.**

6. Hæc verò omnia, quæ dicta sunt, egregio declarantur exemplo ab eodem Alexand. lib. 1. de Sara, quæ cum Abrahæ ob sterilitatem non pareret, ad liberorum susceptionem Agar Ægyptia permixta. *Habitat sapientia cum fidei; vnde fidelis, & iustus Abraham reperitur est; sed cum sterili adhuc sine liberis in illa generatione incessisset ex virtute non habens eam fecunditatem, ut qui p̄ offendi ad hoc tempus haberet; cum seculi disciplina, vel mundo in Ægyptia devotato congressum habuit, in illud tandem intendens, quod precipuum erat institutum genuendi Isaac, per quod denotabatur, quod qui disciplinæ prius est instructus, deventurus erat ad sapientiam, quæ vel quædam principum obsequat, quæ cum Agar & Philonæ*

Incolatam, significet, Sarra verò principatum exprimat, incolatus in congressu cum Agar exprimitur, diuturna verò cohabitatio cum Sarra denotatur, & ex cohabitatione cum prima, illud quoque veritatem habet ne multum sis apud alienam. Verum quia ex emulatione ancillæ in dominam solent insolescere, hæc in ancillas suam severitatem ex principatus ratione exercet; vnde ex eodem Alexandrino, cum Sarra amularetur Agar, quæ erat maiori, quam ipsa existimacione. (vt qui secularis Philosophiæ solum id, quod est vtile, elegisset) illud audiuit: *Ecco ancilla in manibus tuis, vtere ea, vt lubet. Quasi diceret: secularem quidem amplector doctrinam, & vt iunioram, & conseruam, scientiam autem tuam, vt perfectam Dominam honoro, & colo, & sequitur Scriptura: & affixit eam Sarra, quod perinde est, ac correxit, & admonuit; vnde dictum est. Noli negligere disciplinam Domini; neq; defatigeris cum ab eo argueris, &c.*

7 Ex principatu igitur Theologiæ super ceteras ancillas, quæ sunt naturales facultates, habet vt ei famulentur, & ad nutum obediant, vt quibus facultatibus, quantum, & quomodo, fideles, præsertim Religiosi, illis debeant incumbere, & eius ordinationes accipiamus; si quæ verò in dominam insolescant, & recalcitent, corrigantur, atque mulcètur. Quare satis reprehensibiles deprehenduntur illi, qui Theologicum istum principatum ad nudum nomen contrahunt; dum ijs Physicis rationibus moti, quæ demonstrationes tamen non sunt, sed verisimilitudines; ita illis inhærent, vt ipsa fidei fundamenta concutiant. Ex hoc principatu Leo X. motus in Concil. Lateranensi Sess. 8. correxit, & multauit multos, qui Philosophiam audebant in Theologicam sapientiam caput efferre, sic decernit: [Cum diebus nostris, nonnulli ausi sint dicere de natura animæ rationalis, quod mortalis sit, aut vnica in cunctis hominibus, & aliqui temerè Philosophantes salutem secundum Philosophiam verum esse asseuerant; sacro approbante Concilio; damnamus, & reprobamus asserentes animam intellectiuam mortalem esse, & vnicam in cunctis hominibus, & hæc in dubiū vertentes, &c. cumque verum verò minimè contradicat, omnem assertionem veritati illuminatæ fidei contrariam omnino falsam esse definimus, & vt aliter dogmatizare non liceat, districtius inhibemus, omnesq; eiusmodi erroneas propositionibus inhærentes tanquam hæreticos vitandos, & puniendos fore decernimus.] Vide rebelles facultates, si in Dominam insurgant, vel potius talium facultatum assertores; in veritatem reuelatam arietantes meritò puniri, & affligi. Et ne vsu studendi facultatibus, absque subiectione ad Sarram, perniciem afferret, subdit Pontifex ibidem. [Insuper omnibus, & singulis Philosophis in Vniuersitatibus studiorum generalium, & alibi publicè legentibus districtè præcipimus, vt cum Philosophorum principia, aut con-

clusiones, in quibus à recta fide deuiare noscuntur, auditoribus suis legerint, aut explicauerint, quale hoc de immortalitate animæ, aut veritate, & mundi æternitate, ac alia huiusmodi; teneantur eisdem veritatē Religionis Christianæ omni conatu manifestam facere, & persuadendo pro posse docere, ac omni studio huiusmodi Philosophorum argumenta, cum omnia solubilia existant, pro viribus excludere, atque resolvere.] Quid clarius ad demonstrandum cælestis sapientiæ principatum in emendando, & corrigendo inferiores facultates, cum contra Dei scientiam insurgunt? sed etiam præscriptio temporis designatur ab Ecclesia, quantum istis facultatibus incumbendum sit ab Ecclesiasticis. [Statuimus insuper, ne quis de cætero in sacris ordinibus constitutus in studijs generalibus, uel illis, publicè audiendo, Philosophiæ, aut Poesis studijs vlerà quinquenniū post Grammaticam, ac Dialecticam, sine aliquo studio Theologiæ, aut iuris Pontificij iacubât. Verù exacto quinquenio dicto, si illis studijs insudare uoluerit, liberum sit ei; dum tamen simul, aut seorsim Theologiæ, aut sacris canonibus operam nauauerit, ut in his sanctis, & utilibus professionibus Sacerdotes Domini lauentur, unde infectas Philosophiæ, & Poesis radices purgare, & sanare valeant.]

¶ Inuidit demon Dei emulus huic Sacro Principatui, & illum affestando in suis Orgijs introducere statuit. Legimus tam de increata, quam creata sapientia Eccles. 24. [In omni terra steti, & in omni populo primatum habui, & omnium excellentium, & humilium corda propria virtute calcaui,] & vt mortalibus illuderet, Deam Mineruam introduxit, sapientiæ Deam appellando, & ad fictæ Deitatis idolum erectum Sapientes, & Philosophos, atq; Poetas stimulabat ornandum, & colendum, & ad pelliciendos mortales fororum lingua instruebat. Sic sapientiæ Christianæ tumidi, & infatigabiles illudebant, & qui eos sunt subsecuti Gnostici, & non nisi crassam ignorantiam esse in Chryostomo clamitabant, de quibus Tertull. lib. 4. de præscripto c. 14. *Hæretici omnes tument: omnes scientiam pollicentur, ante sunt perfecti cathecumeni, quam edocti.* Seculi sapientia se armarunt aliarum lectarum magistris, ad sacra dogmata impetenda, per quorum semitas alij incesserunt hæretici. Extremè peccatum est, primò cum Iulianus interdixit Christianis, naturalibus facultatibus incumbere, & nostris, dicebat apud Naz. orat. 2. *sunt sermones, & nostrorum grecorū: vestra est autem infantia, & Barbaries; nec quicquam aliud, quam Credo sapientiæ vestra est,* secundò cum in alio extremo sic naturales facultates quidam excolebāt, vt subijcere Sapientiam Christianam illis artibus attentarent; sed vt bonè Naz. tueretur Christianos, quos vt imitatores Pythagoræ fugillabāt, dicens, idē esse in Christianis dici *Credo*; ac quod Pythagoræ sedatoribus: *Ipse dixi; Hoc n.*

ser-

*Sermone intelligitur non licere h̄s, qua ab hominibus diuino spiritu
afflatis dicta sunt fidem abrogare: verum pro sermonis, & doctrinae
confirmatione illorum auctoritatem esse omni rationali, ac disputa-
trice, & contradictoria facultate validiorem. Ceterum idem Cle-
mentissimus Imperator Christus (quò se simplices reciperent) fidei ar-
cem erexit, & vt scripsit Aug. ad eos tuendos fortissimos pugiles ar-
mauit, omni inuictissimarum rationum genere apparatus, vt sacram
doctrinam ab impiorum iaculis tuerentur. videatur ep. 56. verba
eius sunt: Ille fidei Imperator clementissimus, & per Conuentus cele-
berrimos Populorum, atq; Gentium, sedesq; ipsas Apostolorum arte
auctoritatis munivit Ecclesiam, & per pauciores pie doctos, & verè
spirituales viros, copiosissimis apparatus etiam inuictissima ratio-
nis armauit.*

Præstitit id tota Patrum antiquitas diligentissimè: præstitit, & no-
ster Cherubim, quamcumque enim doctrinæ suæ paginam euolueris,
in occursum pergit armatis, omnes munitiones destruens, quæ se au-
deat opponere aduersus scientiam Dei, & Saræ obsequijs deuinctus,
ancillas corrigit, easque captiuas ducit in arcem, captiuando Philoso-
phorum intellectum in obsequium Christi.

8. Et quod mirabilius est, idè noster Cherub, modò (quas vt demõ-
strationes proponunt Philosophi) sic eas dissoluit tanquã vitæas æcis,
& euidenter appareat, non nisi solubiles esse rationes, cum fortis-
sima ipsorum argumenta tanquam elationes mātis vsque ad-
sydera præcenduntur, vt omnis sapientia seculi deuorari appareat, flu-
ctus ex fidei aura silent, & appellant fideles in portum voluntatis eorū.
Probabilitas existimata à multis, quasi sophistica detegitur; vnde
scite illud ipsemet pronunciauit. [Ex quo euidenter colligitur quæ-
cumque argumenta contra fidei documenta ponantur, hæc ex princi-
pijs primis naturæ inditis per se notis, non rectè procedere; vnde nec
vim demonstræ rationis habent, sed vel sunt rationes probabiles, vel sop-
histica, & tunc ad ea soluenda locus relinquitur.] primo contra Gen-
c. 7. perpetuo tenore ex proprijs locis procedens, extranea non sper-
nens, quæ pro defensione aptari possunt eligens, quæ aduersa, & re-
pugnantia elidens. Pro pulchritudine, ordo in scribendo elucet, pro
cursu non interrumpendo, perpetua agitatio, pro viribus doctrinæ, ar-
gumentorum dispositio. In omnem terram videtur exisse sermo eius;
quæ hodie alia vilius cæteris læticia est, quæ tribunaliū fori voluptas, q̄
Monachorum, vel Cœnobarum exercitatio, etiam eorum, qui à no-
stra Religione alieni s̄nt existimatio, quam illius opera, & lucubrati-
ones euoluere? non Scripturibus materis alia copia est, quam bonis
lassi vestigia terere, silentur cætera quæcumque in diuinorum Oraculo-
rum explanatione à multis elaborata sunt, vnus omnium loco satis est

ad Philosophiam, & Theologicam eruditionem comparandam. Foras est, & puteus, vt in externo litteræ cortice si quis consistat, eorum quæ suæ capacitati satis sunt, aliquid attingat: & etiam si puteus alëus sit, nec in quo hauriri possit quis habeat, ex gurgite ad gurgitem pergit, abyssum abyssò inuocans, lumine lumen inueniens, quousq; tandem profundum attingat.

Hæc omnia tandem testimonijs Scripturarum, Traditionis, Patrum, cæterorumque Theologorum sic conficit, vt aduersarios constringat, vt nullo modo repugnare, vel contra niti possint. Vnde velut equus Dei sagittas despicit, vibratam hastam superat, *Oppositum clypeum vumpit, quia disputationem resistentium ratiocinando subigit.* Ex Greg. 31. Mor. c. 15. cadentibus myriadibus hostium Christi, & transfixis cordibus inimicorum Regis à gladio spiritus veritatis.

C A P V T X.

Non proprios ingenij fœtus inuexit in Orbem noster Cherub; sed quæ didicit, docuit, & quæ accepit, fideliter posteris consignauit.



Irabantur Iudei quomodo Christus Dominus litteras sciret, cum non didicerit, Ioa. 7. & in eis voces prorumpebant Matt. 13. *Vnde huic sapientia, & virtutes? nonne hic est filius fabri? sed eam admirationem depellit, dicens. Mæ doctrina non est mea, sed eius, qui misit me.* Nam quantum ad doctrinam increatam, non à seipso, sed à patre per æternam generationem habuit: *Omnia tradita mihi sunt à Patre meo;* quantum verò ad doctrinam creatam, sua non erat; quasi diceret, non mihi à me ipso eam tribuo, sed Deo, quia omne verum quod dicitur, à Spiritu S. est, & Deus est qui docet hominem scientiam, vel infundendo lumen

men naturale, vel supernaturale. Quod autem talis esset eius doctrinæ id manifestauit duplici arg. primo, quod sicut expertorū in aliqua arte iudicio standum est, an aliquis operetur secundum artem illam; ita iudicans de spiritali aliqua doctrina, non potest cognoscere num vera sit, nisi in diuina cognitione sit exercitatus, *animalis autē homo non percipit, quæ Dei sunt; spiritalis autē omnia diiudicat* 1. Cor. 2. cum enim, quæ dicuntur (ait ibidem) Chrysostomus Hom. 7. supernaturalia, *fide indigeant, & rationibus deprehendi nequeant. ipsorum namq; magnitudo mentis nostræ imbecillitatem maiorem in modum exuperant, propterea inquit omnia iudicat, & ipse à nemine, indicatur.* Non secus, ac videns quicquid in cæco est despicit, ita & in proposito. Et propterea subiungit ibid. *X. passim quis voluerit voluntatē eius facere, cognoscat de doctrina, utrum à Deo sit, an ego à me, ipso loquar;* depositis namque affectibus odij, inuidiæ, & huiusmodi, impedimenta tollantur, quibus diuina cognitio impeditur. Secundum argumentum, quia quī à semetipso loquitur, gloriam quærit humanam. Qui enim propriam vult doctrinam fingere, ad hoc tendit, ut gloriam acquirat humanā, ergo cum à memetipso non loquar, nec enim intendendo gloriam humanam, consequens est non à me ipso loqui, sed in Deum omnem refundere cognitionem. Firmum ergo remanet, ex S. D. in Ioan. c. 7. lect. 3. quod nulla cognitio humana homini inest à se, omnis enim veritatis cognitio, ab alio est, vel per modum disciplinæ, & sic addiscimus à Magistro, vel per modum reuelationis, ut à Deo, vel habemus cognitionem per inuentionem, sic ex visibilibus inuisibilis cognoscimus. Inde ab opposito ille loquitur à se, qui nec per humanam disciplinam, nec per inuentionem aliquid accepit, nec per reuelationem instructus est, & de corde suo loquitur proprios factus inducens, & proprias phantasias Hierem. 23. *visionem cordis sui loquuntur,* & Ezech. 13. *Verba Prophetarum insipientibus, qui vaticinantur de corde suo.*

2 Hoc autem admirandum extitit in Christi doctrina, quod Ministri missi ad Christum capiendum, non ex signis, sed ex doctrina crediderunt dicendo: *nunquam sic locutus est homo; tanti n.* (dicebat Chrysostomus ibidem c. 7.) *veritas est, ut incorrupto animo non laqueis opus sit;* breuissimè autem ex duobus dictis argumentis veritatem doctrinæ suæ comprobauit, & quī nec miracula viderant, nec scripturas legerant, vno tantum sermone persuasi sunt, & qui ad Christum capiendum venerant, eius admiratione capti redierunt.

3 Similiter Dei Ministri hoc caractere ueræ doctrinæ agniti sunt, quod non sua immiserunt, nec se ipsos, annunciantes verbum Domini, quod à Domino acceperunt; sic ait Clemens Alex. 1. Strom. *Propheta quidem, ut qui missi à Domino, & inspirati, non fures, sed ministri*

fri, & inferius. Latro autem, & fur dicitur diabolus, qui Prophetis Pseudoprophetas admisit, tanquam frumento xizania, omnes ergo, qui fuerant ante Dominum, fures, & latrones, non absoluit autem amnes homines, sed omnes Pseudoprophetas, & omnes, qui non propriè ab ipso missi sunt. Habuerunt autem Pseudopropheta quoque furtum, Prophetæ nomen, cum Prophetæ quidem essent, sed eius, qui mendax est, dicit Dominus: vos ex patre diabolo estis, & desideria patris vestri vultis facere: ille homicida erat ab initio, & in veritate non stetit, quia non est veritas in eò, cum locutus fueris falsum, ex proprijs loquitur, quia mendax est, & pater eius, quia ex Augustino ipse pater fuit mendacij; Ministri verò diaboli Gentiles, Philosophi, Hæretici, &c. fures quoque, & latrones mendacio instructi, & à diabolo mendacium accipientes de proprio locuti sunt. Philosophia quidem illa adulterata, qualis erat Epicurea, & huiusmodi, Non missa à Domino (ait idem Clemens) venit furto surrepta, vel à fure dimanauit; nã ab eo accepta, qui in veritate non mansit, hæc inspirauit, & furto surrepta docuit. Hæretici quoque de suo loquentes, ex qua Schola prodierint manifestè apparuit, alieni enim à veritate patres sunt eorum, quorum filij sicut nouellæ plantationes in iuuentate sua, & de his interpretatur Cassiodorus. Filios eorum dicit, qui prauis dogmatis predicatione generantur. Isti nouellis plantationibus exquantur, quia nulla à Patribus tradita predicatione viguerunt, sed exquisitis nouellis erroribus pullulant, malè stabiliti pessima radice defiguntur, non n. de Prophetis, non de Apostolis, non de aliqua diuina auctoritate firmati sunt, sed voluntaria peruersitate nouitatis à S. Ecclesia veritate discreti sunt. & Gregorius lib. 14 Moral. c. 24. idem docet exponens illum locum [Habet argentum venarum suarum principia, & auro locus est, in quo conflatur.] In argento eloquium, in auro vita, vel sapientia claritas designari solet, & quia hæretici sic de eloquij sui nitore superbiunt, ut nulla sacrorum librorum auctoritate solidentur, qui libri ad loquendum nobis quasi quadam argenti vena sunt, quia de ipsi locutionis nostræ originem trahimus, eos ad sacræ auctoritatis paginas vocat, ut si verè loqui desiderent, inde sumere debeant quid loquantur: & ait: Habet argentum venarum suarum principia, ac si apertè dicat. Qui ad veræ prædicationis verba se preparat, necesse est, aut causarum origines à sacris paginis sumat, ut omne, quod loquitur ad diuinæ auctoritatis fundamentum reuocet, atq; in eo edificiam locutionis suæ firmet. Vt n. prædiximus; sæpè heretici dum sua student peruersa astruere, ea proferunt, quæ profectò in sacrorum librorum paginis non tenentur. Vnde & discipulum suum Prædicatorem e-gregium admonet dicens. O Timothee, depositum custodi, deuittas præphetas vocam nominatè, quia dum laudare heretici tanquam de-

excellenti ingenio cupiunt, quasi noua quadam proferant, qua in antiquorum Patrum libris ueteribus non tenentur; sicq; si, ut dum uidentur sapientes desiderant, miseris suis auditoribus stultitig semina spargunt, & in eo, quod subditur, & auro locus est, in quo conflat, significatur ex eodem, quod uera sapientia est, cui uniuersalis Ecclesia locus est, qui enim, vel per hæresim, vel Schisma hunc locum deserit, charitatis igne priuatur.

Dilarent hæretici sua phylacteria, gloriantur in immensum de suis adinventionibus, nec argenti reperiunt uenarum principia, nec locum habent, vel conflatorem, ubi uera doctrina excolatur.

4 In hoc ergo admiranda est Angelici doctrina, quod eam non ut proprium suum mentis foetum uenditauit; sed uel disciplina, uel inuentione, & laborum sudore, uel quod excellentius est, a Domino reuelatam acceperit. Quatum ad animi dotes illud dicere potuit: *puer ingeniosus eram, & sortitus sum animam bonam*; temperamentum ad eam formam adaptatum habebat, quæ scientijs capeendis non leue argumentum administrabat. Sufficiens in Monte Cassino instructus est in Grammaticalibus, deinde in Logicalibus, & in naturalibus Magistrum habuit Petrum de Hibernia (erant tunc in Coenobijs Monachorum puerorum Scholæ, qui in eo Monasterio litteris, & moribus informabantur.) Coloniam ueniens ibidem litteris operam dedit sub Magno Alberto. Adeo autem admirandus apparuit, ut uideretur spiritui Dei plenus. Scribunt primò Parisios perductum Angelicum à F. Ioanne Theutonico; ubi aliquot mensibus commoratus est; deinde Coloniam profectus sub Alberti disciplina. In studio capis esse aduersus in oratione deuotus, & mirabiliter taciturnus, &c. In ipsa uirtutum, & studiorum delineatione, futuræ sanctitatis, & sapientiæ specimen ostendebat, & sapientiæ notis, quàm magna esset futurus in sanctitate, & doctrina exprimebatur. Loquantur ij, qui uel ipsum legentem audierunt, & ab ipso eruditi ingentem doctrinam suppelletili sibi compararunt. Magistrorum cuneus affurgat, & de reuerentia, quæ illi exhibebant, clarum det testimoniũ, quod non tantum ipsis æquaretur, sed in sapientia, & in omni doctrinæ genere illos superaret. Academicæ Orbis Principes, Populares, omne genus testium quantæ sint ex eruditione gloriam consecuti alloquantur. Parisiensem Uniuersitatem interpello, & doctrinæ palmam præripuisse suis cœtaneis non negabit; & ubi alij Ciuitatis ornamentis, uel curiosis antiquis, & nouis rebus gloriarentur, non nisi imperfectum Chrysostomi super Matthæum, præceteris, gloria, & nobilitate anteferre disertè Thomas pronociauit; adeo sapientiam super omnia, quæ mundus adorat, efferebat ille, quæ publicum Orbis Magistrum eo tempore Orbis proponebat. Siue ergo naturalia dotes, siue studiorum labores, siue scripta inspicias, nō sibi

sibi tribuebat, sed auctori donorum Deo, ut à semetipso non loqui profiteretur, etiamsi publicum litterarum domicilium extimaretur, nec enim suam, sed Dei gloriam quærebat; unde nec quæ acceperat pro suis venditabat, ab ambitione enim, & theatrica illa ingenij ostentatione plurimum abhorrebat.

5. Circa verò diuinas illustrationes, & oracula, quibus Angelicus doctrinam suam ditauit, non sibi, sed Domino quicquid accepit referebat; & Ecclesie calculo probari doctrinam voluit, sicut Paulus ad Petrum festinauit, ut Euangelium, quod per reuelationem acceperat, sua autoritate probaretur. Hinc puer Samuel vocatus à Domino, ad Heli cucurrit. Heli enim vox Dei esse cognoscitur, quoniam electi Patres ex Greg. c. 3. tertij lib. Regum, quicquid per sacra eloquia loquuntur, non à semetipsis, sed à Domino acceperant; unde, & in Prophetis per omnem ferè locutionem reperitur: hæc dicit Dominus, ut ea, quæ Propheta oraculo vox resonat, sentiamus, non esse loquentis hominis, sed præcipientis Dei. Hæc semel ad Heli cucurrit Samuel, sed quoties vocabatur, quia (ait Greg.) Sancti Prædicatores ne falsæ lucis imagine in intima contemplatione fallantur, modò occultæ reuelationis in aperta Scripturæ sanctæ veritate discant. Et ne multi sibi reuelata iactarent, ad Heli, qui summus Sacerdos est, quantumcumque diuinis quis reuelationibus instructus sit tanquam ad Magistrum oportet accurrere; diuinæ enim Scripturæ interpres quamuis optimis donis ornaretur, de suo proferre uideretur, & proprios factus obrudere, nisi quid dicendum, & quomodo cognoscendæ veritati animus intendi debeat, & quomodo cautè se debeat gerere in contemplatione, quæ proferre, quæ erronea reprobanda subtili examinatione, & præceptione summi Sacerdotis imperio demandatur.

6. Diuinus certè est iste character Angelicæ doctrinæ, quod etiam si magna ex parte diuina infusione acceptus sit, nunquam adduci potuit, ut propria induceret, nec sibi tanquam iudici confideret, sed per omnia cuncta submitteret Ecclesie probanda, vel improbanda.

Contra verò Origenes dum ingenio suo nimium indulsit, sibi que factis credit, cum paruipendit antiquam Christianæ Religionis simplicitatem; dum se plus cunctis sapere præsumit, dum Ecclesiasticæ traditiones, & veterum magisteria contemnens, quædam scripturarum capitula nonnò more interpretatur, &c. non sola tentatio, sed magna tentatio fuit, non quæ accepit, sed quæ adiuuenit intrudendo.

Iam Sanctus Ephrem in agone ferè constitutus erat, & percipiens pruritus propria obrudendi in Paulino suo discipulo; ad præcedendum è corde discipuli tam praua semina, quæ in hæreses uolens prorumpere, sic eum allocutus ex Hist. Eccl. lib. 9. c. 19. *Vide Paulino meo submittas cogitationes tuas, & clementer; sed sum te ad purgandum Deum*

Deum comprehendisse potaveris, credo nec intellexisses. profusus est, non illum ex studiis, vel sermonibus, nona investigare, & in immensum intellectum hareses tendere, unde Bardesane novellum eum vocabat, quod & contigit, nam amore primatus, & nominis (ex Niceph.) sepeans se ab Ecclesia, scripsit contraria fidei multa, &c.

Et ut hæc vitent ingenia magna, & feruentia, discant ex alieno precipitio ruinam, caueantque temeritatem, & imprudentiam audaciz parentem, & ante oculos sibi statuant, tam egregium paradigma Aquianatis, qui communis Doctoris titulo gaudens, communem, & non peregrinam doctrinam statuit, non incedens ad dexteram, neq; ad sinistram: nec novantes seipso pro veris sapientibus se vendentes, ab peregrina inducta dogmata; non enim vera sapientia est, quæ vno die parca quicquid Chalanz Turris extractores imitatur, ex noua eorum constructione, vel ipsum Cælum adorari existimantes.

C A P V T X I.

Doctrina Angelica humilitatem vndiq; spirat, nusquam à vento superbiæ agitata.



leantissimè Greg. 25. Mor. c. 11. procul lit. Quod lumen intelligentia humilitas aperit, superbia abscondit, nam secretum quodam pietatis est, & tanto minus ad illud animus pervenit, quanto magis intumescit, quia eo ipso foras repellitur, quò insansus inflatur. & Chryl. Ho. 39 in 11. c. Mat. Humilitas quippe virtus est, & sublimioris Philosophia mater est, & origo. Propterea Christus Dominus, cum nobis divina traderet instituta,

ad humilitate initium facit: Discite à me, quia mitis sum, & humilis corde. & Hom. 6. ex varijs in Matt. locis, malorum maximo, totumq; perditionis mundum ex superbia subreperans, nam & diabolus cum non esset antea talis, ita diabolus effectus est, quòd & Paulus offendens, dicebat: ne in superbiæ elatus incidat in iudicium diaboli. Ex his primo expectationibus à diabolo inflatur, precipitansque

B b

que

que est, factusque mortalis: sperans enim esse Deus, & quod habere non amissu: quod exprobrans illi Deus, & illius carpens demeritam, dicebat: ecce Adā factus est quasi unus ex nobis, & quisquis hinc in impietatem delapsus est, quod Dei afficeret aequalitatem. Quoniam igitur haec malorum omnium arx erat, & radix, omnisque fons nequitiae, remedium aegritudini praeponens congruum, quasi unicum quoddam intumescens fundamentum hanc legem iecit. Hac n. supposito firmitate adificator omnia reliqua superponit, hac autem sublata, vias ad Calos usque perveniat, omnia in malum finem convertebat, & caetera.

2 Sed liceat (Nazianz. testante oratione pro moderat. in dispuc. servanda) animi humilitatem non tam parvis rebus, levisque momenti, quam in gravioribus explorari. Ipse certe humilitatis, modestique laudem huic tribuerit, qui non quidam de se ipso parca, idque impudens, & raro commemoraret, nec qui humiliorem, & abieciorem humiliter affatur, sed qui parca, & moderate de Deo loquitur, & quaedam proloqui, ac retinere, quorundam etiam inscitiam fateri novit, atque ei sermone cedit, cui loquendi munus communissimum est, ac non nullor speciali gratia praeditos, speculationeque altius profectos esse, quo animo patitur. Turpe est professio cum in veste, ac victus ratione non magnificentiam, sed vilitatem amplectaris, ac genuum callor, & lacrymarum fontibus, & vultibus istis, & virgibus, & virgibus, in voracum strati asperitate, laboribusque, atque omni corporis in recreatione, & subiectione humilitate, infirmitatibusque sensam ostendas, ac praesteras: in divinis disputationibus principatum, & tyrannidē tibi vendicare, neque cuique omnino factus submittere, ac supra omnes legis Doctores supercilium extollere, ubi humilitas non solum gloriam habet, sed securitatem.

3 Non ergo mirum si extrema sapientia sit praeditus Cherubim noscer, cum vel ab ipso inventus flore semper humilitatis fuit studiosissimus, nam referentur Guilielmo à Focco eius vitae Scriptore. [cum supra humanam modum se haberet in arguendo, & disputando, ut omnino in sui admirationem pelliceret, divino muneri totum tribuebat, & cogitans posse melius ingenium suum excolere, si in Religionem Praedicatorum coopertetur, elegit magis abiectus habitare in domo Dei, quam in tabernaculis peccatorum.] Sed diversis vijs humilitas eius tentata est; nam infirmitas fratrum carnalium (ex Cantipratenſi) Abbas Montis Cassini procuratur praefecti, retento eiusdem Ordinis habitu: sed nec Ordinem nec habitum deserere vilo modo consensit; vnde Coloniae, & Parisijs Cathedram adeptus est, admirantibus Universitatibus illis, & tantae sapientiae fama ipsum Orbem pervadente. Non solum de se humilem conceptum de sua sapientia habebat, sed caeteros

non

non tam humiliter, quàm veraciter sibi præferebat; indecorum sibi, & monstruosum videbarur, si coram oculis suis magnus sibi visus esse, si principum in disputationibus affectasset, si noua, & peregrina. Se immodica paradoxa ad gloriam sibi comparandam inuenisset; propterea in sui ipsius cognitione proficiens, existimans se nihil esse, & a Deo omnia dona dispensari, non sapientibus sapientior hac via fieri affectabat. *Sapientia genus est, dicebat (Nazianz. supra) seipsum nosse, & non immodico efferrî, eodemq; modo, quo voces affici, quæ a vehementius intenduntur, propter immoderationem penitus deficiunt. Præstat (sequitur idem S.) cum doctrina instructus sis propter animi æquitatem, facilitatemq; consultò cadere, quàm, cum acuditione careas, per insolentiam, ac temeritatem altius efferrî.* Exiguam interius de se & opinionem concepiebat, in vocibus mitis, in conuersatione suavis, non ampullosis verbis in disputationibus vtens, non contentionibus armatus, sed sicut aquæ Siloæ, quæ vadunt cum silentio, placidissimè decurrebat. Verum cum ex Greg. Magno 2. Reg. c. 27. *Non grande est tibi esse humilis, à quibus honoramur, quia & hoc secularis quilibet facit, sed & illis maximè humiles esse debemus, à quibus aliquid patimur; nam Psalmista dicit: vide humilitatem meam de inimicis meis.* nostri Cherub humilitatē verbis, & factis probata, & laudatæ suo loco dimoueri non potuit; nam cum quidam æmuli, illi exhiberent non esse tantam in rei existentia suam sapientiam, quantum mundus extimabat, sapienter respondit: *& propterea addisco, & addiscere paratus sum, ut ignorantia tenebras à me expellam;* facta tentata humilitas cum de Vniuersitate Parisensi eiecitus non audita, est vox eius clamoribus perstrepsens, sed furori, & inuidiæ cadendo tacens ex Vniuersitate egressus est; *contra. Aristot. enim (ex lib. 5. Reg. c. 14. via tanta rationis querenda est, declinando furorom, non vitæ repellendo, sed sustinendo, & hoc magna probatio humilitatis ex 7. Moral. c. 12. Esse quippe namq; multi volunt humiles, sed sine despectu, esse contenti propriè, sed sine necessitate, &c. quid aliud est, quàm exhibere belli certamina in cæpa nesciunt, & triumphare in verbis de bello concupiscunt? & in his quoque præclaris facinoribus ne superbiret, inopiam suorum meritorum attendebat: Habent. n. ex Gre. in lib. 4. Reg. c. 9. mentes humiliù, ut spiritualia dona habent, sed in tibi, quæ habent se non attendant, quia n. à Spiritu S. virtutū dona percipiunt, ideo S. Spiritus, qui dona tribuit, ea eis ab existimatione tollit, ut in virtute conuersationis hæc habeant, in timore elationis non habeant.*

4. Via, quæ ad Cælum ducit virtutum gradibus: hominem virtute, & sapientia præditum paulatim enehans, & sustollens, & ipsum in ipso Cælo statens (ex Chryf. in Ph. 19.) humilitas est, & ibidem dicit,

hunc ascensum assimilari scalae Iacob, quae cum ad cacumen perducatur, una est securitas aë, quando non quantum ascendimus: respexerimus, & ita superbe, & elatae mentis evaserimus, sed quantum recitat ascendendum conspicati fuerimus, quod etiam Paulus significans dicebat, eorum, quae retro sunt obliuiscetes, ad interiora autem extendentes. Non putabat Angelicus iam se comprehendisse, sed tamen in cognitione, & amore super se extendebat, propterea non faciebat (& est exemplum Chrystost.) sicut ij: qui ascendunt, & postquam euecti sunt caligare necesse est, & vertigine laborare, & in terram currere: vnde idem in Ps. 123 *Superba cogitantes repentina humilitate obrutur*, merito ergo scriptum est, quod confidentes de propria virtute humiliat. idemque Chrystostomus dicebat. *Qui sibi arrogat is vere humilis non est, qui vero humilis est, is ad vera sublimitatis cacumen veniens, quae non appellatione solum, ac nomine, sed re ipsa sublimitas est, & externa quidem celsitudo necessitatis, atque timoris est; haec vero interior, atque nostra, celsitudinis divina similis esse cognoscitur. Quare qui apud nos magnus est, etiam si nemo ipsum huiusmodi esse dicat, vero tamen magnus est, sicut è contra superbus, quem omnes admirantur, & colunt, omnium vero humillimus reperitur: & ille quidam honor, cum à conciliis tribuitur, facile disperit, hic vero quoniam ex honorandis animo proficitur, stabilis permanet.* Hac ratione sanctos viros maxime admirantur, qui quò ceteris erant excellentiores eò humiliores se esse dicebant, qui ad hunc usque diem in sublimitate sua perseverant, cum nec quidem ipsa mors deprimere poterit.

Merito ergo ad cacumen sapientiae peruenit Angelicus, existimabat enim sublimitatem in humilitate repositam, vnde ex humilitate magnus, & eximius in sanctitate, Orbi admirationi fuit, quem mors quoque sublimiorem effecit.

[5] Sed si ibi humilitas ubi est vera sapientiae, qui fieri potest, ut sapientia cum superbia commemorari possit? si omne peccatum à stultitia ortum habet, superbia certe insuetus, vera sapientia destitutus, omnium humillimus est Chryst. Hom. 40, in Ioan. *Non potest esse superbus, qui sapiens non sit*, Hom. 39, ad Peptul. de humilit. & iterum. *Ex amplexu haec rei hunc nascitur.* A priori accipiamus huius rei rationem, nam arrogans (ex Hom. 66, in Martha) maiorem se ceteris arbitratur, proinde neminem se dignum existimat, nec ab illo se putat honorari posse, vnde ait, cum laudem à hominibus quaerit, spernit eos, atque contemnit, quae res adeò expers est rationis, ut a viganti simillima sit, quos .n. despiciat, ab his hominibus gloriam quasi debitam flagrat, sed cum ceteros spernit, ab eis laudem ausupatur. Ceterum homo sapiens non ignorat quantum & quid homo sit, hic rectè intelligit magnum cum esse hominem, quò cum omnium minimus sit, minimum quoque

que se putat. Quocirca quantumcumque sibi honoris tribueris maximè arbitrat, & si maiores tribuerentur honores, cum sit humilis à malè agitudine positus, non perturbatur ira, nulla cupiditate gloria vexatur, non vincitur timore. quid igitur ad suarum perturbationum va-
cua? ab his perturbationibus vacuus noster Cherubim, qui nec honores affectabat, & oblatos potius recusabat. Hinc rectè per Gre. dictum est. 10. Moral. c. 12. quisquis in solo eternitatis desiderio figitur, nec prosperitate attolitur, nec aduersitate quassatur; dum nil habet in mundo quod appetat, nihil est, quod de mundo pertimescat. Nullam ergò gloriam reputabat, nihil cogitabat noster Cherubim; quam Dei gloriam querere, & ad solum Deum anhelare.

6 Specialis autem prerogativa elucet in superbia depressione, vnde in speciali eius Officio canitur; *O manus Dei gratia; vincit quod vis miraculum, pessifera superbia nunquam persensit stimulum.* Mirum certè fuit, quod ab eo tempore, quo de carne triumphauit, cinctis renibus manu Angelica, omni libidinis sensu cauerit; at maius miraculum, quod stimulis superbiae nunquam fuesit extimulatus, omnes corae virtutes in conspectu conditoris sui (dicit Gre. 21. Moral. c. 3) *in cariora ope se subleuant, & quia una virtus sine alia, vel nulla est omnino, vel minima, vicissim sua conuictione fulciantur, si. n. vel castitatem humilitas deserat, vel humilitatem castitas relinquat, apud authorem humilitatis munditia prodesse quid praeualat, vel superbia euffitas, vel humilitas inquinata?* sed plerumque contingit, quod reputato triumpho de carnis illecebris, spiritus altitudo in superbiam erigitur, & in tali elatione succumbit, at virgineo decori omnia cedunt. Omnis gloria filiarum Regum ab intus in fimbriis aureis. *Aurea* (dicebat Greg. Magnus. 1. Reg. c. 15. lib. 6. *virginitas non est, si forte est, & intus non est, omnis gloria intus est, quia foris sola virtus sola non est, quia. n. multae sunt virtutum claritates, in monte Virginiae sic virgineus splendor asseritur, ut intus omnis gloria praedicatur, &c. sed omnis gloria intus, & in fimbriae aureis, & varietate circumamicta asseritur, ut innumeris virtutibus adiuncta integritas, usque in finem duci sentiantur;* sed ex tot splendoribus multae virgines, quàm amplio rem gradum honoris, & sanctitatis tenere persentiant, supra non virgines se efferentes, à virginitate illa mentis excedunt, hoc est à puritate illa, quae Deo tantum donum tribuit; nec enim (dicebat Aug. de sancta Virgi. cap. 11. *hoc in virginibus praedicamus, quod virgines sunt, sed quod Deo dicatae pia continentia virgines.* & iterum, virginem alloquens. *haec dona Dei esse, quanto magis nosti, tanto magis eisdem donis beata, imò aliter non es beata, nisi quod habes, nonis à quo habetas, de bono viduitatis c. 16. cum ergò virgo, vel virginis te superbit, vel nescit virginis auctorem, à puritate excidit, ex su-*

per-

perbia admixtione, quæ facile se insinuare potest, inaniter de donis Dei exultando non puram virginem se exhibendo Christo. Magnum ergo miraculum est cum uirgo de sua virginitate non infatur, ut castitas nec sit superba, & humilitas non sit inquinata.

7. Muxæ Apostoli Pauli fuerunt prærogatiuæ, quod visus effectus vole omnes homines esse sicut metipsum; quod multum colloboraret Euangelio, quod raptus usque ad Cælum viderit arcana Dei; sed ad præseruandum seipsum à superbia (magnam enim dicit Angelicus ex his donis habebat superbiendi materiam, 1. Cor. 1.) quid de se protulit auidiamus: ne magnitudo reuelationum extollat me, datus est mihi stimulus carnis meæ, Angelus Satanz, qui me colaphizet. Accidit tum fuit tentatio carnalis ad præseruandum Apostolū à superbia, magis .n. eos impetit, quos à carnalibus illecebris reperit alienos, qui .n. concreti sunt sensibilibus illecebris, deferunt secum corpoream molē, quæ vitiorum est fomes, habentq; humiliationē in medio sui: at in intelligibili natura versantes, vt Dei fulgore collucētēs, appetunt ex ipsamet magnitudine, quam secum portant, excellentiā; vnde, vt scribit Nazianz. orat. 2. in S. Pascha, *Ille ob splendorem Lucifer, qui propter superbiam caligo effectus est, ac nominatur, ac defector. Angeli ei subiecti, vitij per boni fugam architecti, &c.* Specialiter intuenso Angelicum nostrum, vt verbis vtat eiusdem magni Theologi orat. 2a in S. Pascha. Videre mihi videor, *Angelum abiam, mixtum adoratorum, visibilis nature spectatorem, intellectibilis mysterij, eorum quidam quæ in terra sunt Regem, à Cælo autē imperium accipientem, iterum, & celestem, caducam, & immortalem, visibilem, & intelligibile, medium inter magnitudinem, & deiectionem, eandem spiritum, & carnem; spiritum propter gratiam, carnem ob superbiam; illud, ut maneat, ac benefactorum suum concelbret, hoc ut vexetur, ac vultus commonefcat, & de magnitudine sibi plerumq; erudiat, & coarctetur, animi ad Deum autem, & subiectione diuinitatem assequens; ad .n. mihi tenait exiguus in hac vita splendor veritatis, vt Dei claritatem, & videat, ac patiar, dignam eo, qui & distinxit, & distulit, ac rursus excellentius, sublimiusq; confringes.* Ergo intellectualem eius partem considerans, Angelus alius est, sensibilem verò partem inspiciens, carne circumdatus est, mixtus quodammodo ex duabus naturis, ad intelligibilia capessenda saltim ex contemplatione initiatus; vt fibilia, & quæ sub aspectum cadunt inspiciens, medius est inter magnitudinem, & deiectionem, nature intellectibilis, & deiectionis .i. nature sensibilis particeps, vt si quando propter mentem efferatur, per carnem exerccatur, & erudiat, ex subiectione verò ad Deum, Deus efficitur. Hoc est non transfinitata ad Deū natura, sed diuina illuminationis participationem consequens; vnde, talis .enectis, futuram .i.

dei-

deificationem nobis conciliat, qui & si in hac vita animam cum corpore astrinxit, in resurrectione excellentius constrictus est, ut nulla unquam solutio, vel dissolutio futura sit. In confinio autem Angelicorum mentium positus, intelligibiliter uiuere uisus est: sed ne de tanto posset extolli dono, carnis lucta, & agone exercitus est; & in carne positus, & carnem non agnoscens, ad spiritus conditionem eam euehendo, ubi si propter mentem se extulisset, ex carnis aggrauatione deijceretur: ita vicissim dum depressus ex aculeis uidebatur, in euidentiore celestium spirituum eueheretur; & ubi caro ex lucta cum spiritu effectus esset, si sensus in consentium erupisset, ita ex inflatione ob reputatam uictoriam, etiam si supremus Cherubim, uel Seraphim exiisset, caligo effectus esset ob superbiam; quare si prima lucta carnis fuit, secunda fuit spiritus, prima tentatio fuit humana, secunda diabolica: unde etiam podem superbiæ refugiebat, qui dicebat: *Non mihi ueniat pes superbia, & manus peccatoris non comprehendat me.* Proinde eò illustrior uictoria, quò nò est nobis colluctatio aduersus carnem, & sanguinem, sed aduersus Principes, & potestates tenebrarum harum, eumque præcipue, qui est Rex super omnes filios superbiæ.

8 Sed plerumque accidit, quòd superati tentationibus sensus, & spiritualibus constringimur, & capimur, dicente Chrysothomo Hom. 5. in c. 4. *Matt. in imperfect. Valens .n. homines sancti, & spirituales fame non uiaei, sed postquam omnem necessitatem carnis uiderint, per uanam gloriam cadunt.* Tentationibus diaboli impetitur Sanctus, & eodem ordine; quo Christum adorsus est, eius athletam aggreditur, cum enim ex prima tentatione nihil reportasset, duxit illum super pinnaculum templi, cum uellet (ait Gloss. in catena) *Eam de uana gloria tentare, quia in Cathedra D.D. multos deceperat inani gloria, & ideo putauit istum positum in sede Magisterij inani gloria extolli posse.* Elationis argumentum ex hoc ministratur (ex Greg. Moral. 23. c. 7. quia hoc habes proprium doctrina arrogantium, ut humiliter nesciant inferre quod docent. & res que sapiunt ministrare non possunt; in uerbis .n. eorum proditur, quod cum docent, quasi in quodam sibi uidentur sublimitatis culmine residere, eosque quos docent, ut longe infra se positis, uelut in imo respiciunt, quibus non consulendo loqui, sed uix dominando dignantur, &c. At contra, uera doctrina tanto uehementius hoc elationis uitium fugit per cogitationem, quòtò ardentius uerborum suauitaculis ipsam Magistrum elationis insequitur. Vnde in processu canonizat. S. Thomæ testis Fr. Blasius familiaris Excellentissimæ Regine Mariæ deponit de nostro Cherubim quòd cum egrederetur de sua cella (in quodam solario discooperto) in qua F. Thomas habitabat, uidit dzmonem uisibiliter in figura hominis nigri, & induci pannis nigris, & F. Thomas ubi uidit illum esse da-

monem, cucurrit contra eum pugno eleuato, dicendo: quare venisti huc ad tentandum me?] ac si (vt dicebat Greg. *Ipsum Adagium elationis insequeretur*, qui maximam tentationem de vanagloria, fortasse suggerebat. Contra verò arrogantes, & de sua scientia inflati in ipsa sua elatione deiciuntur, & ad ueritatis enucleationem non pertingunt; unde Greg. c. 10. dicebat; *Obstaculum namq; ueritatis, est tumor mentis, quia dum inflat, obnubilat, quia & si quando scientiam uidetur adipisci, quasi de quodam rerum cortice non de secreta dulcedinis medulla pascuntur, micantibusq; ingens sapore exteriora tantummodo attingunt, sed interni gustus saporem ignorant, uidelicet foris acuti, intus caci sunt: neque id de Deo sentiunt, quod dulce interius sapiat, sed quod exussum exterius sonet, qui & si secreta quadam intelligendo percipiunt, eorum dulcedinem experiri non possunt; & si noscunt quomodo sunt, ignorant, ut dixi, quomodo sapunt, & c.*

Et iterum, arrogantes quoque sunt; qui semper increpare appetunt, & nunquam fouere; multa plerumq; increpando mentionantur nam ut arguere docti uidentur, fingunt nonnunquam qua redarguantis & ceteri ipsi equino more in cursu sua ostentationis infirmitatis, in subiectorum inactionibus ex fictis sibi iniquitatibus campam parant, & iterum arrogantes; uiri inflatis suis sermonibus saepe fortia dicta permiscant, nec considerant aliquando quid iacent, sed pensant studiosè quid doceant. Satis ergo ex dictis apparet, Doctrinam Anglicanam humilitatè spirasse, nec fuisse uento superbia agitaram. Ad reliquas notas procedamus.



CAPUT XII.

Doctor Angelicus maximum autoritatis pondus sibi vendicavit, ex sanctitate vitæ cum doctrina coniuncta.



Viti sunt in Ecclesia Dei (vt in simili dicam cum Nazianzeno in laudem Athanasii.) qui post Apostolica tempora, sanctitate, vel doctrinâ, vel signis claruerunt. Ex his nos Cherubim ab alijs paruo intervallo superatus, nonnullos (nisi id audacius dictum videatur) antecessit: aliorum enim actionem, aliorum clementiam, aliorum zelum, dimicatio omnes; quorundam plura virtutum ornamenta, nonnullorum etiam omnia imitando consecutus est, atque aliud ab alio mutuatus, quemadmodum qui formas excellentissime pingunt, atque in vnam sui ipsius animam complexus, vnum ex omnibus virtutibus simulacrum, numeris omnibus absolutum edidit; sic videlicet se comparans, vt & eruditos, ac disertos actione agendi, videlicet eruditione, atque eloquentia vinceret: aut si manus, & doctrinâ gloriâ florentes, doctrinâ, & rebus agendis aptissimas, actione superaret (summatim dicamus) vitæ sanctitate, & doctrinâ, qui in vtroque genere excellebant, eò superior esset, quod in vno summè superemineret, & rursus ijs, qui in altero dumtaxat genere (summo opere eminebant, hoc eo nomine præstaret, quod vtræque virtute ornaretur. Quod si his, qui ipsum ætate præcesserunt virtutis exemplum ipsi præbuisse magnum, & honorificum est (non minus certè huic nostro Cherubim) præclarum censeretur debet, quod posteris exemplum ipse faceret, atque omnes quidem illius vitam sermone prosequi, ac laudibus esse longius fortasse fuerit, quam rationis institutum serar, atque historie opus fuerit non encomij, consultò nunc omittatur.] Et ne domestica (quæ tamen quia vera fidem probabilibus nõ detrahunt) proferamus, sanctitatis vitæ, & doctrinæ, hostes. Centuriatores proferimus. centuria .n. 13. c. 10. col. 1594. de oraculo Anachoreta expressam faciunt mentionem; sic enim grauidæ matri prædictum est: *paris filium*, &

vocabis eum Thomam. Hic intrabit Ordinem Praedicatorum, & erit magnus corâ Dpo, & hominibus, & doctrina sua mundum illuminabit. & iterum de eodem: singulari diligentia litteris bonis incubuit, monasticæq; vitae inuigilavit. Opusculum illud recensent: Bonum illum mutum suo magister terrarum Orbem repleturum. & rursus sub præceptore Alberto Magno adeo profecisse narrant, ut & in Philosophia, & Theologia nulli præstantissimo haberetur inferior. Recensent iidem eiusdem Sancti scripta ad doctrinam commendandam, col. 1195. in doctrinæ eiusdem commendationem fol. 1196. recensent, quod antequam quid ageret, vel disputando, vel legendo, ad orationem conuersus est, ut dicere sit solitus, se ad eam scientiam non ingenij sui industria peruenisse, sed sola oratione impetrasse diuinitus. col. 1196. Cum aliquando in sex. Scriptura dubio, & difficili hæeret, visus est Petrum, & Paulum videri Apostolos, qui explanarent. & ibidem subdunt. Non multo antequam finem viuendi faceret, apud Neapolim in Ecclesia Dominica aruit ad crucem ligneam conuersus, oras hæc verba audinis, *Bene de me scripsisti Thoma, quam ergo recipies tui laboris mercedem? ille verò, non aliam præter te.* Speciales prærogatiuas recensent, quæ magnam sanctitatem demonstrant, vt Angelicæ cincturæ sub illis verbis, *ex parte dicit cingulus te castitatis cingulo, quod nunquam dissoluetur: ab eo tempore nullum libidinis ardorem sensit; sed illico vellicans hanc prærogatiuam (si modo credere fas est) & nulli huius dubitationis afferunt fundamentum.* col. 1194. Donum rapens iidem recensent col. 1196. dicentes. *Sæpe cum oraret visus est duobus cubitis eleuatus à terra, nulli prorsus fulere ò nixæ.* Ambitione vacuus (scribunt col. 1119. dum ab Urbano iv. Romam versatus, speretis dignitatibus, qua vltro offerbantur, satum sese testem, & scriptoribus dedit. Velint nolint, summam Religionem erga Corpus Christi, & Missæ Sacrificium attestantur col. 1196. nam meminere, istum officium de Sacramento composuisse, sed pessimè mox blasphemant, dum subdunt, *quod abominanda idolomania hoc pacto author excelsit.* & ibidem, *primam omnium, qua ageret quæsitio, erat Missam unam dicere, & ab alia dictam audire unam, si ipse celebrare non possit, duas nihilominus audire.* Sed suo more sacrificantem Anglicana irridet, quod id faceret sine mandato Dei, hæreticè abnegantes diuinam sacrosancti Institutionem.

3. 2. Signa, & miracula recensent pag. 1197. vt de odore; & fragrantia è sepulchro emanante; de podagrigo curato; & altero manibus contracto, & alijs; sed magis moritura perdere fatagunt sanitatem vnguenti, dum dicunt cap. 1197. *mortuum Thomam in tantis plurimâ operatum esse nauantur, & blasphemè iidem post recensitam vindictam diuinam erga comertatum obloquentem, quod ad res sanctas, & ob*

id

id tremore correptum, sic in Angelicum inuehantur, quod cupidus vindicta fuit, ut parum deuotè de se sentientibus protinus plagam immiseris. O crudelem Diuum; sed nesciunt scripturas, neque virtutem Dei aduersus refractarios, & in suos seruos insurgentes, meritò vlciscentem.

3 Contestata autem doctrina S. Thomæ cum sanctitate coniuncta, signis quoque, & mirabilibus eandem comprobantibus, Magisterij nostri Cherubim mirabiliter apparet authoritas. Venit Nicodemus Ioan. 2. ad Iesum nocte, & sic Dominum allocutus est. *Rabbi scimus, quod à Deo venisti Magister, nemo .n. potest facere signa quæ tu facis, nisi fuerit Deus cum eo.* Humi repebat Nicodemus, humanâ pferens de Xpo sententiã, & tanquã de Propheta loquitur, *nihil alium propter signa conuictans* (ait Chryf. Hom. 23. in Ioannem) oportebat enim, fateri hunc magnum, & præceptorem datum gentibus, esse quoque verum Deum, & miracula non tantum ex Dei assistentia cum illo, sed ex diuina quàm habebat virtute, perpetrasse. Seruis verò & Ministris Dei id potest adaptari, vt Magisterium eorum, & missio; ex vitæ sanctitate, & doctrinâ, & signis vera esse deprehendatur constantissimis signis, & documentis.

4 Esserebant Iudæi apud Ioan. c. 9. Moyfi dignitates, dum dicebãt nos scimus, quod Moyfi locutus est Deus: & verum dicebant (ait Angel. lect. 3. quia Exod. 23. loquebatur Dominus Moyfi factis ad faciem suam loqui solet ad amicum suum, &c. & excellentiori modo loquebatur cum eo, quam cum alijs Prophetis, sed amplioris gloriæ, & maioris dignitatis Christus Dominus habitus est, quam Moyfes (dicente Apost. Heb. 3. *amplioris gloriæ* iste (nempe Christus) *præ Moyse dignus est habitus* [Falsum verò dicebant sibi eorum intentionem (ait S. Th. lect. 3. cū aduersariã subdebãt. Hunc aut. f. Xp̄m, nescimus vnde sit: ac si diceretur; nullius authoritatis est, & quasi Apochryphus, ita vt non constet de eo an à Deo venerit, per quod videbantur ei imponere illud Hierem. 23. non mittebam eos, & ipsi currebant.] Hæc S. Thomas. Possumus autem sic deducere discursum præ S. Thomæ. huic habitus est Deus suam doctrinam attestando, & nullo modo id est apochryphum (quicquid multi garriant) cum id ex Ecclesiastica constet Historia, & ex Breviario Romano, & Bullis Pontificum, & simul cum attestacione doctrinæ sanctitas vitæ eodem contextu est approbatã igitur signum veridicæ doctrinæ ex sanctitate cum doctrina coniuncta manifestè deprehenditur.

5 Sed si sanctitatè inspicias ex eodem S. Th. 2. 2. q. 8. a. 2. sanctitas importat puritatem, quæ tam secundum intellectum, quàm secundum affectum denotatur. Impuritas vniuscuiusque rei consistit in hoc, quod viliori bus immiscetur; non enim dicitur argentum esse impurum

ex permixtione auri, per quã melius redditur, sed ex permixtione plũbi, vel stãni; manifestũ est aut, q̃ rationalis creatura dignior est omnibus corporalibus, & tẽporalibus creaturis, & idẽ impura redditur ex hoc, q̃ tẽporalibus subijcitur per amorẽ, à qua quidẽ impuritate purificatur per contrariũ motũ, dũ s̃z. tendit in id, q̃ est supra se. s̃. in Deũ, in quo quidẽ motu principiũ est fides, qua purificatur impuritas erroris, quæ si perficiatur per charitatẽ formatã, perfectã purificationẽ causat. Impuritas intellectus ex hoc contingit, quod vult secũdũ rationes rerum sensibilium metiri diuina, sed quando per charitatẽ formatur, tunc nullam impuritatem secum compatitur. Similiter impuritas affectus contingit cum etiam si quis fidem informem habeat per quam liber est ab impuritate amoris; nihilominus per affectum inhaeret sensibilibus rebus; vnde impurus redditur. Ex fide autem, & charitate anima S. Thomæ pura erat, seu ex recta fide, quæ per dilectionem operabatur, vt patet ex testificatione Christi Domini: fuit ergo orthodoxa eius doctrina ex coniunctione ad sanctitatem vitæ, quæ puritatem intellectus perficiebat.

6 Confirmemus discursum ex Aug. in Ps. 72. in verba [Quid n. mihi est in Cælo, & à te quid volui super terram] vbi (ait) [comparauit voluntati suæ præmium cœlestẽ, quod accepturus est: vidit quid ibi seruaretur, & cogitans, & extuans in cogitatione cuiusdam rei ineffabilis, quam nec oculus vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascendit; non dixit illud, aut illud mihi est in Cælo, sed quid mihi est in Cælo. quid est illud, quod habeo in Cælo? quantum est? quale est? quid est? & cum non transiit, quod habeo in Cælo à te, quid volui super terram? seruas mihi tu in Cælo diuitias immortales, et ipsi, & ego volui à te in terra, quod habent, & multi, quod habent, & facinorosi pecuniam, aurum, & argentum, gemmas, & familias, quod habent, & scelerati multi, quod habent multæ feminae turpes. Hæc pro magno desideravi à Deo meo super terram, cum seruet se mihi in Cælo Deus meus?] Vide quam concorditer ad præcedentem doctrinam distinguit August. bona superiora ab inferioribus; quod illa sunt in Cælo, ista in terra; & quod ad illa aspirandum est, & ad præmium cœlestẽ, quod est solus Deus, illud soli pii possident, & propterea Sancti, & mundi sunt; ista inferiora habent etiam multi, & facinorosi, & impij; appetentes illud summum, & vnicum bonum, sancti, & mundi sunt, hæc inferiora insipientes; & ad illa anhelantes impuri sunt, & ex impuritate vitæ interdum eò perueniunt, vt repellentes tionam conscientiam, circa fidem naufragent.

Ergo vt casta sit anima, castum cor, nec rei vlt. Deo inferiori, miscatur, ad vnicum, & solum bonum aspirandum est, quod est solus Deus, vnde subditur [Deus cordis mei, & pars mea Deus, &] at quid dicat

dicat hic Aug. attendamus [Inuenimus diuitias nostras, eligat sibi partes genus humanum. Videamus homines cupiditatum diuersitate dilaniari: eligant alij militiam, alij aduocationem, alij diuersas, variasq; doctrinas, alij negotiationes, alij agriculturam, istas partes sibi faciant de rebus humanis, et amet Populus Dei: pars mea. Deus meus, non ad tempus pars mea, sed pars mea. Deus in secula. Aurum, & si semper habeo, quid habeo? Deum si semper haberem, quam magnum bonum haberem. Huc accedit, quia Deus seipsum mihi promittit, & ad me in eternum habiturum promittit, tantum habeo, & nunquam non habeo: magna felicitas pars mea Deus. . quamdiu? in secula, quomodo? ecce vide quomodo illum amauit. Fecit cor castum Deus cordis mei, & pars mea Deus; in secula. Factum est cor castum, gratis iam amatur Deus; non ab illo petitur aliud premium: Qui aliud premium petijt à Deo, & propterea vult seruire Deo, carius facit, quod vult accipere, quam ipsum, à quo vult accipere? nullum premium Dei? nullum præter ipsum. Premiũ Dei ipse Deus est, hoc amat, hoc diligit; si aliud dilexerit, non erit castus amor.]

7 Electa igitur Religione S. Dominici, opibus, & diuitijs relictis, sub paupertate, & humilitate Deo seruire studuit Angelicus, superaddens studia ad animarum conuersionem, & (vt dicitur in eodẽ Psalmo) vt anaunciaret omnes laudes eius in portis filij Sion i. Ecclesij; nam ex eodem Aug. ibidem prædicatio. *Dei præter Ecclesiam inanis est;* vnde omnem impunitatem doctrinæ studuit euitare, non secundum rationes humanas, & inferiores diuina explanare conatus est, castificando animam in intellectu, & affectu, ad vnum, & solum, summum bonum respiciens; vnde cum ad probationem doctrinæ ventum est: *Bene scripsisti de me Thomas, &c. probatus est affectus, & cor castum Angelici nullum aliud premium postulans, nisi ipsum Deum, & nullum aliud præter Deum, ne carius faceret quod petisset, nisi prætulisset omnibus eum, à quo vellet accipere; vnde proposita, casto cordi præmij electione, quam ergo recipies pro tuo labore. memcedem, quid dixit? Nullam aliam præter te, & simul, & semel probata est doctrinæ sinceritas? Bene scripsisti, & ex respõsione Angelici castificatio cordis apparuit volentis aliud præter Deum, ubi sanctitas, & puritas summi decessit gradum.*

C A P V T XIII.

Cherubim doctrina, genibus, & gemitibus
potius, quàm humanis sudoribus, & la-
boribus acquisita,



Proximius erat Rebeccæ amor erga Iacob, & maiore præ Esau benevolentia declarabat, eò quod simplicem eius videbat animus, eumquè domi versantem; Esau verò venerationi deditus erat, hispidus, atque pilosus (vt notauit Chryl. in Genes. Hom. 51.) Iacob autè dicitur *sac. tæx: vir simplex habitabat in tabernaculis*, Gen. c. 25. in què locum Onchelus: *Iacob erat vir integerrimus, Minister domus doctrinae*; per tabernacula verò Iudæi, ex Lyranò, & Abulensi, intelligunt gymnasia publica, & scholas Theologicas, in quarum vna Heber (in cuius domo cultus Dei cum lingua Hæbreæ remansit) in altera Melchisedech prelegebat. isigitur (ait Chryl. Hom. 54.) *quia simplex erat, & domi habitans peregrinatus, neque iumentis egebat, neque ministris, neque viaticis, sed Apostolicum morem imitatus iter facit, & quoniam bene moderatam animam habebat, & masculinum spiritum, & ab omni vanitate liberum, admirabilem illam visionem moralit, solo animi contentu vidit, & visionem videntem, imò visione Dei dignum haberi vidit. n. scalam, cuius caput pertingebat Cælum, & Dominum innixum scæle, & Angelos Dei per eam ascendentes, & descendentes, vnde post visum exclamauit: non est hic aliud nisi domus Dei, & porta Cæli: & tanta gloria locus ille habitus est; vt quasi Porta Cæli visus sit: volensque locum illum posteris celebrem reddere, lapidè post infuso super eum oleo, in titulum erexit, votum afferens Omnipotenti Deo omni plenum Philosophia.*

2 Si Cherubim nostrum inspicimus, alter Iacob tibi occurret, simplex, & lenis, non hispidus, & pilosus. Non exiguum lenitatis, & contemplationis fuit argumentum in Iacob, quod esset simplex, & lenis; contra verò asperitatis Esau, quod esset hispidus, & pilosus. In Italiani corpore multa impietatis signa præcessisse commemorat Greg.

Na-

Nazianz. orat. 2. in Iulianum. [Neque .n. dicebat mihi boni quicquid significari, atque ominari videbantur, ceruix non stata, humeri subsultantes, & ad æquilibrium subinde agitati, oculus insolens, & vaga furiosèque intuens, pedes instabiles, & titubantes, nasus contumelians, & contempulum spirans, vultus lineamenta ridicula idem significantia, & effrenati nutus, & renuens temerarij, sermo hærens, spiritusq; concisus, interrogationes stultæ, & præcipites responsiones, his nihilo meliores, aliz in alias insultantes, nec graues, & constantes, nec eruditionis ordine progredientes, &c. talem ante opera conspicius sum, qualem in operibus postea cognoui, &c. quibus hæc conspexi, statim prolocutus sum, quale malum Romanorum terra nutrit, præfatus licet, ac mihi, vt falsus vates eïsem imprecatus.] Lenis verò, & ingenij signum (vt diximus) non ex talibus signisprehenditur, nec ex hispiditudine, quæ potius est signum feruitatis. egregium dat S. Th. 1. p. q. 76. 2. 5. bonitatis ingenij documentum; cum enim probasset animam intellectiuam corpori vniri, vt possit esse conueniens organum sensus, probat subinde oportuisse corpus, cui anima intellectiua vnitur, esse corpus mixtum inter omnia alia magis reductum ad æqualitatem complexionis, & per hoc homo inter omnia animalia melioris est tactus, & inter ipsos homines, qui sunt melioris tactus, sunt melioris intellectus: cuius signum est, quod molles carnes bene aptos mentes videmus, ut dicitur 2. de animal. 94. Iacob ergo vester mysticus non hispidus, sed lenis, talis erat temperatura, & complexionis, ex eius legenda, vt ingenij bonitatè præferret, & aptitudinem ad disciplinas, & adiuncta illa conditione, quod lenis erat & domi manens, vel ab ipsa pueritia; aliorum puerorum fugiebat consuetudinem; inde dum lectioni sibi tradita à Magistro incumberes, cum adhuc esset puer octo, vel nouem annorum, cum studio ardentè alias suos coetaneos superabat (vt dicit Vuilielmus de Tocco fidelissimus vitæ Sancti descriptor) & ab eo tempore (ex eodem) sciscitari cæperat à Magistro quid esset Deus? quod erat signum, per scalas creaturarum se ascendere velle ad cognoscendam diuinam Naturam, quam intelligere, & diligere cupiebat, de ipsa multa docturus; & vt expeditius hoc assequeretur, Apostolicam normam in Iacob quoque imitatus, seculari relinquens, Cænobium Prædicatorum intrauit, vt diuina mysteria, & visiones eidem revelarentur.

3. Idem quoque Iacob cum obuiam iret Esau, vt ex anima eius omnis formido ablegaretur, cum Angelo colluctatus est, emarcuit in luctu femur eius, cumque ille cum quo luctabatur dimitti postularet, etiam si emarcuisset femur eius, adhuc intrepidè pronunciauit: *non dimittam te nisi benedixeris mihi*, ac si diceret, ex Chryl. Hom. 36. *in qua consecutus sum, & qua supra meam sunt dignitatem, non prius*

te relinquam, donec benedictionem à te accipiam; maximus enim factus non fuit myfici Iacob, ut lumberum virtus mortificaretur ad ea consequenda, quæ erant supra suam dignitatem: non dimittam te nisi prius benedixeris mihi. vnde & per nominis impositionem, quis esset, & quæ viderit, & comprehendere, declarat, non vocaberis Iacob, sed Israel eris nomen tuum, quantum sicut homini videre possibile est Deum videre. meruisti; propterea, & hanc appellationem tibi impono, ut omnibus posteris manifestum sit, quam visionem assecutus fueris. Quoniam prauulisti contra Deum, & contra hominem potens eris, &c. nam qui tantam virtutem accepisti, ut cum Deo luctari valueris: multo magis homines superabis, & inimicus omnibus eris.

4. Luctatur anima contemplatiua, ex doctrina Theodoretæ in qq. in Genes. cum ad ea, quæ de diuina Natura naturaliter cognoscibilia, & etiam, quæ super ea, quæ sola supernaliter de Deo cognosci possunt; ascendit. verum in ea, quæ naturaliter de Deo cognoscere possumus, potius vincimus, quam vincimur; vnde tunc in huiusmodi cognoscibilibus veluti luctatores, & athletæ luctatorem stringunt penetrantes, quod Deus sit cum alijs attributis, quæ naturali lumine cognosci possunt. Caterum quid sit, non ita cum cognoscimus in hac vita, sicut & cogniti sumus, nec id est possibile, & tunc illud verificatur: magnus Deus, & vincens scientiam nostram: & iterum mirabilis facta est scientia tua ex me, quantum ad naturaliter cognoscibilia, sed confortata est, & non potero ad eam, quantum ad ea, quæ naturalem facultatem intellectus nostri exuperant; ita exuperantia illa, ut dicebat Nazianz. oratione 2. de Theo. præcellentia plena, ac numeris omnibus absoluta cognitio existimata est, non ad ipsius rei veritatem, sed aliorum modulum, facultatesque perpensa; nullus enim Dei naturam comprehendit in via, aut comprehensurus est. Luctatur hic fortiter cum Angelo, & quantum potest ex superiori lumine mysteria intelligit, non tamen præualet ad Angelum, ut Angelum sibi subijciat, & plene penetrat diuina Mysteria per contemplationem. vnde idem Greg. oratione 2. de Theolog. dicebat. [Quid de Iacob dicam, qui tamen scalam quandam sublimem per imaginem conspicatus sit, columnamque; nõ sine mysterio quodam vnxit, &c. atque in eius, quem conspexerat honorem loco euidam faciei Dei cognometum imposuerit] ¶ Phanel. 1. visio Dei (Gen. 32.) [atque cum Deo quasi cum homine certamine rit, quodcumque tandem certamen illud esse queat Dei cum homine; his enim verbis fortasse nihil aliud iudicatur, quam humanæ virtutis cum diuina comparatio, certaminisque signa procreare utique naturæ cladem designantia in corpore tulerit, ac denique pro pietatis premio nominis commutationem acceperit, pro Iacob nimirum magno illo, & excellenti Israelis nomine nuncupatus; hoc tamen nec ipse

ipse, nec quisquam eo sublimior ad hunc usque diem in omnibus tribus, quarum pater extitit, gloriari, magnificèq; predicare potuit se totam Dei naturam oculis percepisse] & Paulus protulit: [ex parte cognoscimus] 1. Cor. 13. [eoq; nomine omnem quoque humanam, terrenaq; scientiã nihil supra specula, & enigmata esse statuit, ut potè vtrà exigua veritatis simulacra minimè se porrigentem.] Et in hac lucta superexcedens Deus se vinci non patitur, & potius humana mens hebetatur in corpore, si obtutus figere oculorũ tētet in rotã Solis; & ad tam immensam cognitionem minimè comprehensivam, non omnimodam, sed ex parte magna laus est nostri athletæ, q̄ cum Deo luctari voluerit, & ex intellectiva hac visione illud acquisiverit quantum cernere valuit in hac vita. & quemadmodum claudus remansit Iacob ob luctam cum Deo inicitam, pedibus Thomas ex raptu à terra sublevatus remansit, nec terram totã integra planta, sed extremis pedis digitis tanquam in puncto tangens, dicens cum Apostolo: *nostra conversatio in Cælis est, & stantes erant pedes nostri in atrio iuxta Hierusalem.* Pl. 121.

5. Sed quibus viribus usus sit noster Cherubim in lucta, accipiamus. *In fortitudine sua*, dicebat Oseas de Iacob, *directus est cum Angelo, stans, & rogavit eum*, c. 12. gemitibus enim, & orationibus, & fletibus cum Deo in contemplatione luctabatur; vnde non tam conatus humano, quàm gemitibus, genibus potius quam humanis laboribus Cherubica sapientia parta est; cum eo encomio acclamata: *Benedixisti de me Thoma*, qui tantam virtutem accepisti, ut cum Deo luctari valueris, multo magis posthac homines superabis, & inuictus omnibus eris.

Quamvis autem magis divinitus, quàm humanitus parta sic hæc scientia, humanos tamen conatus, & labores non exclusit. quantum nec attinet ad canonicos scriptores, qui sacram Scripturam dicuntur, illi non conati sunt in scribendo (dicit Ambrosius in Lucam) sed divino spiritu ubertatem dictorum, rerumq; omnium ministrante sine ullo molimine cæpta compleverunt, quod dictum exponitur ab interpretibus, quando simul cum rebus verba dicuntur, ut dicitur Hier. 36. *ex ore suo loquebatur legens ad me omnes sermones istos, & ego scribam in volumine atramento*; & tunc nullus est conatus quando res, & verba dicuntur. Cæterum cum hæc scriptori peruia sunt, satis est divina assistentia, & labor, & industria elevatur à Spiritu S. ad scribendum ea, quæ per illa verba vult significare; vnde & author lib. Machabeorum, *& nobis quidem ipsis, qui hoc opus breviandi causa suscepimus, non facilem laborem; imò verò negotium plenum vigiliarum, & sudoris assumpsimus.* lib. 2. vnde non debebat Calvinus ob hanc industriã adhibitam negare eorundem librorum scriptorem esse canonicum, cū

commendabilior divina gratia reddatur, quando scribentium quoque adhibetur industria. Eandem voluit quoque operam adhiberi Deus à multis Doctoribus, quos interpretes Scripturæ sacræ destinabat; unde & si Rupertus multa diuinitus reuelata accepisse fateatur lib. 12. in *March.* similiter & Bernardus ser. 3. de Pentecostes, & Ep. 102. nihilominus labor in addiscendo, & varijs disciplinis incumbendo fatis eorum lucubrationibus manifestatur, & de S. nostro Cherub quid dicitur etiam si magis oratione, quam studio profecerit, tantamque cognitionem diuinorum sit adeptus, nihilominus, nullum scriptorum genus extitisse (scribitur in Breuia.) in quo diligentissimè non esset versatus. Apprime callebat, quod scripserat S. Aug. in lib. 1. de doctr. Christiana, ad tentationes superbissimas, & periculosissimas attingere, si negligamus audire, vel legere Euangelium. & legentem, predicantemque hominem, & expectemus rapi usque ad 3. celum, aut ibi videre Dominum Christum. Vtrumque copulabat Cassiodorus in præfat. sic instituit. *Oremus, ut nobis aperiamur illa quæ clausa sunt, & à studio legendi nullatenus discedamus; nam & David cum esset in lege Domini iugiter occupatus, tamen clamabat ad Dominum dicens. Da mihi intellectum, & scrutabor legem tuam.*

6 Miror illam Hyperbolem à Bæza descriptam 3. p. concion. lib. 14. c. 16. qui loquens de Scriptöribus sui ordinis dicit, quod [sumpto calamo redundat scriptoris ingenium, & diuino spiritui vberatent doctorum, rerumque omnium ministrante sine villo molimine cæpta complent.] Non conatus est Bellarminus, Maldonatus, Tolerus, Salmeron, nec alij innumeri, quorum scripta thesauros vacuant, bibliothecas replent.]

7 Si tanta in his adfuit gratiarum copia, vt conatus excluderint tales Neotericæ scriptores, iam altiora subsellia in Ecclesia merentur, quam minusquiores, qui conatus, & labores impendere non refugerunt, cum tamen gratiarum gratis datarum fluentia, & diffusio eum ordinem regularem tenuerit, vt quò prior, & propinquior ætati Apostolicæ Doctorum ætas fuerit, eò sublimiori dono illustrata processerit, & diuinis charismatibus affluentior.

8 Insignis esset quoque Hyperbole velle modernos cum principibus, & ducibus sacræ doctrinæ æquiparare, vel ad eadem subsellia ducere sacrorum Doctorum, qui post Apostolos ingenti gloria in Ecclesia claruerunt, ex interpretationis dono, & paruis, atque magnis fideliter diuina cibaria ministrarunt, fatis ineptè discernunt, si prærogatiuas scriptoribus canonicis concessas, ad alios scriptores post istos velimus extendere, vel quæ vniformiter, ad sacros scriptores immissa exlitus dona sunt, sine fundamento, & indifferenter communiter omnibus adpremus.

Quod

Quod si secundum ordinem, & mensuram aliquam subsiderum sit (vt dicebat Naz. ad Nicobulum. Prudentes tamen, & cordati viri est magna mensura vitam suam metiri, estq; ad excellentium virorum imitationem sese componere. Praestat quippe secundas inter homines magnos, & locupletes ferre, quam primas inter pauperes, & obiectos. Quemadmodum vtiq; maioris gloria est paulo infra Aquilam, quam supra humiles Alaudas volare. Extremæ autem insaniam est velle suas vires ad eò commendare, vt velit aliquis iustus conari ad intuendum Solem; cum generosum sit illud Aquilæ genus, quod tunc pullos, vt legitimos factus agnoscat, si lucem solarem inconniuetibus oculis cernant: quod si ex oculorum lippitudine id nequeant, tanquam adulterinos abijciant. sed iactet se super Cherubim ad pauca respiciens. Simia semper est simia, etiamsi decoro amictu vestiatur.

C A P V T XIV.

Illustrior reddita D. Tho. doctrina ex virginitatis candore.



Antea est virginitatis sublimitas, teste Nazianz. in dictum Euangelij, vt concipi, comprehendiq; prorsus non queat. *An non enim prestantias est, quam pro carnis fragilitate id quod ex carne creatum sit carnem non gignere? an non plane Angelicum eam, qua carnis vinculis alligata sit, non secundum carnem vivere, sed natura ipsa celsiorem esset?* Carum mundo deuinctis, sed ratio ad Deum subuexit: caro depressit, sed ratio extulit, eiq; velut pennas addidit. & quomodo non subuehitur, & extollitur super altitudinem nubium virginea mens, quæ Angelicam naturam imitata, non carnales filios generat, sed tot partus edit, quot sunt intelligibiles animi conceptiones; eo nobiliores, quo à terrena concrectione remotiores. hic est vnus è virginitatis fructibus conceptuum multiplicatio absque ærumna, & ad Deum approximatio. *Eximia* idcirco dicebat idem in laudem Baslij, *Res est virginitas, & Calixtus, atque in Anglorum na-*

uraq; singularis ordine censei, neque enim hi nubent, neque nubuntur, dicebat Saluator, sed erunt sicut Angeli Dei in Cælo, & per virginitatem cernimus hinc abducentem, ac mûdum contrahentem ex puritate cælum, vel potius mundum ad mundum transmittentem, sensibilem ad intelligibilem, præsentem nimirum ad futurum; vbi beatitudo sita est in contemplatione veritatis. Quid ex eodem in carn. de virginitate.

Hi vero sunt proxima lumina primo

A Triadis sanctæ lumen fulgore trahentes,

Quæ lumen splendore suo supereminet omne.

Prima Trias virgo est. Siquidem Patre natus Avarus

Filius est, nec enim Pater ortum traxit ab illo.

More nec humano generavit sanguine natum.

Quid de Angelis?

His neque connubium, nec cura, ægriq; dolores, &c.

Non à carne fiunt, &c. & in se

Et licet sectemur vitæ genus, atque beatæ

Cætibus Angelicis equaliter afficiamur.

Et nos coniungat, pluri parissima vitæ

Mentibus, &c.

2 Hoc vitæ genus sèctatus Angelicus, sacra Triadis, & Angelicarum mentium virginitatem æmulatus, in ipso adolescentiæ flore ad labefactam eius continentiam impudica puella subintroducitur. *Mulier* (dicere id fati erat) quæ ex Chryl. Hom. 32. in Matt. describitur, *amicitiæ inimica, ineflugabilis pena, necessariû malum, naturalis tentatio, desiderabilis calamitas, domesticum periculum, delectabile detrimentum, mali natura, boni coloris depista.* sed mulier in ornate meretricio acriora tela in Angelicum iuvenem contorquebat: nam vt in simili S. Chryl. 5. de Sacerdotio: *oris decor, & motuum exquisita molities, & incessus, affectatum studium, & vocis confractio, & oculorû, & malarum pigmenta & circumorum compositiones, & capillorû tussus, & vestium sumptuosarum, auratæcumq; diuersas, & gemmarum pulchritudo, & unguentorum fragrantia, & cætera omnia, quæ muliebri genus affectare solet, talia sunt, quæ animam commouere possent, et ex arce castitatis sublimes quosque deijcere.* His copijs instructa ad prosterndum tam insignem gigantem muliercula procedebat, vt si prima phalanx prostrata fuisset naturalis pulchritudinis, & posteriori ex auro vnguentis, vestibus preciosis contexta concluderetur. Sæpe enim iuuenti suat, qui prima retia effugerant, tandem in posteriora inciderint, & turpiter deiecti corruerunt. Et vt tota copi-

dinis

Finis paenitentia esset, & omni armorum genere referta, non desuerunt dolori arcus suauium verborum, lenocinia affectuum, alia cordis suspiria, & ab occasione, tempore, secreto loco, ad cupiditatem voluptatis implenda illecebrosa argumenta famina proponebat, urgente diabolo, qui in eius custodiam in castris fratres armauerat, armaret, & puellam, vt sola aggrediretur, & cum casto iuvene colloquia amatoria fabularetur. Quid nouus Ioseph in carcere prius coniectus, si forte in amoris carcere conclusus, materialis carcerem, euaderet? [Frustra mentis inimica tentatio mentem perurbas meam; frustra me innocentem aggredieris, frustra castissimum per lasciuia vesba fatigas. Quod iuades horreo, quod exigis respuo, quod proponis tota mente detestor. Solum Deum desidero, in eum testem, & iudicem humanarum actionum oculos dirigo, cuius leges veneror, cuius disciplinam seruo, integritatem diligo, castitatem custodio. Nondum completae erant blandientis illecebrae, & ab halitu eius, qui prunas ardere facit, maiora tentamenta ministrabantur, quid supererat, nisi vt ignem igne, & ardentia spicula, titione fugaret, eo namque e camino arrepto, inflammata gehennali flamma mulierem, effugauit. Sic decebat, vt interior Spiritus sancti flamma concupiscentiae flammam temperaret, vt qui Arcana Diuina ex diuina intelligentia penetraturus erat, fomenta libidinis penitus exquoquerentur, & depositorium diues mysteriorum Dei, extuantis libidinis squaloribus purgaretur, nullumque in eo locum sibi vendicaret flamma luxuriae, cuius animam, & corpus protectio, & umbra sancti Spiritus obumbrabat. Trepidabat adhuc de hoste iam in fugam conuerso, & eodem titione in pariete Crucis signum impressit; oratione, & lachrymis implorans auxilia pro castitate tuenda. Fugit olim Ioseph in illo certamine castitatis, nudus quidem pallio, pudicitia tamen, & castitate vestitus, & cui impudica mulier indumenta detraxerat, sanctitas mensuram dedit amictum, & exuias, quas in iniusta defensione adlutae susceperat, versa sunt in testimonium pudici victoris. Hic Thomas non solum ab occasione sibi oblata fugit, sed & impudicam fugat, quae fugiente, & fugante superatam se esse cognouit.

3 Illustre, & caelo dignum spectaculum aernere inuenem, quasi ab incendio, & fornace illasum: fugere, & non solum non adustum, sed fulgidiorum effectum, & ipis solibus radijs clariorem: ante Crucem orans, Deo adscribens victoriam; ietabatur pudicitiae per fecisse bella, peregrisse praelia castitatis, ubi lasciuia victa, perulancia calcata, omnis impudicitia preculcata. sed illud est mirum, quod ubi victores effugatis hostibus, e caecis eruantur, nec detinentur amplius in manibus ferreis; adhuc S. Thomas triumphans ex castitate, gaudens integritate, ex victoriis innotescens tropaea, erigens, in custodia detineba-

er; & ubi post victoriam oportebat eum coronari, quasi reus adhuc clausus in castro custodiebatur; tales sunt actus virtutum, ut actibus aliarum coronentur, nec aliud maius premium in terris reperiri potest. si post virtutum actus, pressuris, tribulationibus exerceamur; Tunc autem, dicebat Crystost. hom. 67. in Gen. *Superna gratia vobis nobis afficit, quando & multam nos declarauerimus virtutem; quoniam multam certauit, propterea etiam magnas retributiones consequitur*, quibus adhuc in carcere in carcerem cōclusus principatū omnē obtinuit, (vt notauit ibid. Chryl.) & à carcere initium principatus Angelici nostri, ubi castitas eius fuit coronata, & vt domus animæ suæ esset in domum sapientiæ consecrata. Grauis erat carcer, sed illud mirum, quod carcer domus sit diaboli, ubi familiam suam continet, ex Tertull. ad Martyres cap. 1. eum in sua domo conculcaret, cogitando deteriore carcerem esse mundum, & potius comiectum in carcerem à fratribus è carcere exiisse, quā in custodiam intrasse; insuper cum inuadendo maiores tenebras mundanorum coronam occupare, & grauioribus catenas habere, & peiores putores expirare, libidines v3 hominum, quam esset ille carcer, ubi non tantum ad custodiam detinebatur, sed ad probationem: & si corpus ibidem includeretur, spiritui expatiabatur, non stadia opaca, sed solam viā, quæ ad Deum ducit, contemplando. Et si athleta segregantur ad strictiorem disciplinam, vt robori edificando vacent, continentes à luxuria, à cibis lautioribus, à potu iocundiore, cruciantur, fatigantur, & quanto plus in exercitationibus laborauerint, tanto plus de victoria sperant. Quid mirum si Angelicus adhuc palestrita, post tot triumphos obtinuit, vt in stadiis bene exercitatus postmodum produceretur, *virtus duritia extrahitur, mollitia verb destruitur.*

4 Sed & hoc eximium premium laborū, & castitatis Angelicus non sper promeruit; nam ubi accessus cæterorum prohibetur hominum, prouisum est de Angelis, qui in carcerem intrarent; & sicut de Ioseph scriptum est, quod descendit Deus in foueam, & in vinculis non dereliquit eum; idem cum Tho. præstitū; ad ipsum enim transmissi Angeli, qui arrepto castitatis cingulo, renes eius cingerent, ex quo tempore postmodum omni libidinis sensu caruit. egregiè ponderauit Greg. in 13. caput Iob lib. 13. Mor. c. 6. quod cum in lumbis luxuria sit, in lumbis nos ferit diabolus, & non vulnerat solum; sed & conuulberat, dicente Patientissimo: *Circumdedit me lanceis suis, & conuulberant lumbos meos; sicut enim, ait Greg. loqui aliquando vnus est, colloqui vero duorum, vel fortasse multorum; sic antiquus hostis, quia nos ad culpam sine nostra voluntate non rapit, nequamquam lumbos nostros vulnerare, sed conuulberare dicitur, quia hoc, quod nobis ille male suggerit, vos sequentes, & voluntate propria im-*

ple.

plenus, et quasi cum ipso nos pariter vulneramus, quid est porp-
 trandum malum, ex libero simul arbitrio ducimur, & secundum alium
 modum conuulneramur, quando necdum consensu, sed quando sensus
 aculeis pungimur, ut si vnum euadamus, secundum presentem statum,
 stimulos sensus ex fomites, qui relictus est ad agonem, regulariter tras-
 figimur: at non Angelicus sic euasit consensum ad carnis illecebras
 effugandas, ut post reportatam de carne victoriam, carnis quoque
 stimulos, & sensum libidinis non persenserit. ex superatione libidinis:
 quis liberatur, ne ex consensu homo totus carnis mancipium, imo, &
 ipse homo totus euadat carneus, sed ex sensus carentia, ne contra spi-
 ritum concupiscat, homo carnalis conditione in spiritus conditionem
 quodammodo transire recte dicebat Gregorius in lib. 5. Reg. cap. 14. quan-
 do mens hominis carnali delectatione deprimitur, eius ita visus ob-
 tuditur, ut spiritualia bona cognoscere non mereatur, sed cum in suis car-
 nalibus infirmari incipit, paulatim in spiritualibus conualescit, ut
 superna proficendo videtur, infirma obuiis scendo derelinquat. in fir-
 mato vero sensu (non fecus, ac accidit Iacob, qui, cum emarcuisset
 Angelico contactu femur eius, uidentis, & contemplantis Deum no-
 men promeruit) omnem illecebræ carnalis ardorem in celestium de-
 liciarum transfudit voluptatem, & diuinitus concessum est, ut non so-
 lum cor eius caminus Diuini videretur incendij, sed intellectus di-
 ginarum illustrationum radijs coruscans, ut inter sinuosos scopulos, &
 ambiguitatum fluctuantium tempestates, & in quædamque disputatione
 ne diuicilis nutasset assertio, eius lumine tutò incederet, nata, & an-
 choram veritatis figens, nauiculam in fidissima tranquillæ portus gre-
 mio collocaret.

5. Vide quid meruit Thomæ virginalis pudicitia, & quantæ sublimi-
 tatis est iniuolæ carnis integritas, qua amplioris gratiæ cumulum
 meruit, ut incomparabiliter meruerit mens eius diuinitus illustrari,
 & illustratæ mentis radio decreta diuina penetrari; mysteria intonatæ,
 prophetica promittit oracula, Apostolica tradidit fidelibus documenta,
 quibus omnes Ecclesiasticæ doctrinæ aduersarios destruxit, Iudicam
 perfidiam, cum omni prorsus hæretica prauitate prostravit, & ad de-
 clarandam Diuinitatis essentiam, Personarum Trinitatem, Oeconomi-
 am Saluatoris, eo artificio processit ad consulendum humanæ
 imbecillitati, ut prius Christi humanitatis cursum, confirmationeq;
 pernosceret, miracula addiceret, Sacramenta enuclearet, quibus mens
 debilibus diuinitatis occultæ mysterium, suis uegeratæ profectibus
 aspiraret; voluitque ut primo lactentes firmiora in via veritatis vesti-
 gia figerent, ut postmodum ad sublimiorem Diuinæ scientiæ gratiam
 conscendendam promoueret. Tamquam ritus processit è faciliori-
 bus ad difficiliora, ut uberiori inundaret, inuis, & iniqua huma-

arum mentium irrigaret, & ad proferenda bonorum operum, tamquam nouarum frugum germina, vberissima fertilitate fecundaret. Tam sublimis, supereminens reuelatio, seu manifestatio veritatis Virgini Thomæ debebatur, vt qui carnis sibi met amputauit illecebras, contemplationis dapibus frueretur, & corporaliter sterilis, aded esset fecundus, vt non lignum aridum, sed lignum plantatum secus decursum aquarum, meruerit appellari; obtinens nomen melius à filijs, & filiabus, constitutus in Ecclesia Doctor fidelium, vt Academix, & Ecclesiæ non dubitent cõnem se habere Doctore, vt merito dicit possit: Os Dei, Lingua Spiritus sancti, Cedrus Paradisi, Lux Ecclesiæ, Decus Orbis, Lumen Mundi, Sydus Hominum, specimẽ Angelorum, Lapis viuus, Speculum iustis, Logotheta Diuinitatis, Forma Fidei, Columna Cali, novus Babelcel, Archithectus veri Tabernaculi, quod fixit Deus, & Cherubim iure perhibetur, qui scientiæ approbationem ab eo recipere meruit, qui docet hominem scientiam.

C A P V T X V.

Cum mortificatione, & austeritate, & sui contemptu incedit Cherubim doctrina, non turgida, & effeminata.



Gregie Gregorius Magus scripsit, eos, qui plenè mortificant suos appetitus, quasi effodientibus thesaurum merito comparari, lib. 5. Moral. in 3. cap. Iob. & ratio assignatur, quia mundo per inuisibilem, sapientiam morimur, de qua per Salomonem, Prou. 2. *Si quaesieris illam, quasi pecuniam, & sicut thesaurum effoderis eam.* Sapientia quippe in rerum superficie non iacet, quia in inuisibilibus latet, & tunc mortificationem nostram assequentes, sapientiam apprehendimus, si relictis visibilibus, in inuisibilibus abscondamur: si hic nostrum cor effodientes querimus, vt omne, quod terrenum mens cogitat, à semetipsa manu sancte discretionis, & eijcietur the-

thesauri; virtutis, qui in se latebat, agnoscat, scilicet animi in se thesaurum quaeritum inuenit, & eam, qui se male profecerat molem, à se terrena cogitationis repellit. Visibilia cuncta nostrum Cherubim aspernatum ex depositione testis iurati D. Bartholomaei de Capua, apparet in processu Canoniz. dicit namq; [Deprehendisse in eo habitare Spiritum Sanctum propter alacrem vultum, & firmitatem, nullis se negotijs secularibus implicantem, semper vacantem studio, & lectioni, & scribendo pro illuminatione fidelium.] Et iterum [Inueni-
 am vidi eum, dum esset Neapoli extra claustrum, nisi semel tantum, & altera vice Capuae, cum adijt Regiam Curiam pro quodam impedimento, quod contigit Comiti Fundorum nepoti suo;] de his quoq; dixit Iob: quod gaudent vehementer cum inueniunt sepulchrum, vbi Greg. sicut enim sepulchrum locus est quo absconditur corpus; ita Diuina contemplatio quoddam sepulchrum est mentis, quo absconditur anima. Quasi enim hinc mundo adhuc viuimus, cum mente in eum foris vagamur, sed mortui in sepulchro abscondimur cum mortificati exterius in secreto internae contemplationis exalatur. Sancti igitur viri ab importunitate desideriorum temporalium, à tumultu inuasiurum, à clamore perstreptentium, semetipsos sacri gladio mortificate non desinunt, atque intus ante Dei faciem in sinu mentis abundant, unde bene per Psalmistam dicitur, [Abscondes eos in abscondito vultus tuae à concubatione hominum; quod quamuis perfectè postmodum fiat, etiam nunc ex magna parte agitur, cum temporalium desideriorum tumultibus delectatione in interiora rapiuntur; vt mens eorum dum in amorem Dei tota tendit, nulla inuiti perturbatione laceretur. Hinc est, quod Paulus per contemplationem mortuos, & quasi in sepulchro absconditos discipulos viderat, quibus dicebat: mortui .n. estis & vita vestra abscondita est cum Christo in Deo. Qui ergo mortem quaerit, gaudet dum sepulchrum inuenit, quia qui mortificare se appetit, valdè ad inuocandam quietem contemplationis hilarescit, vt extinctus mando laetatur, & à cunctis rerum perturbationibus intra sinum se intimi amoris abscondit] prosequitur Greg. obseruando, quod antiqui etiam suos mortuos cum diuitijs sepeliebant, unde infert. *Qui igitur thesaurum quaerit, gaudet cum sepulchrum inuenit, quia sapientiam perquirentes cum sacra Scriptura paginas volumus cum exempla praecedentium Patrum personamur, quasi ex sepulchro gaudium sumimus, & mentis diuitias apud mortuos inuenimus, quia qui hinc mundo perfectè extincti sunt, in occulto cum diuitijs requiescunt; sepulchro ergo diues efficitur, qui per exempla iustorum in contemplationis virtute subleuatur.* Et idem testis supra citatus Bartholomeus de nostro Cherubim vterius testificatur, quod se-
 per ipse testis videbat eum abstractum, & semotum à quibuslibet im-

Et

pli;

plicationibus temporibus, respicientem temporis superiora.

Contra verò, mortificationis abiectio, & terrenarum voluptatum, & prosecutio, veram doctrinam præferre non potest; vnde Hieronymus in c. 30. Elai. non audiat delicatuli, & comptuli Magistri, interioris hominis auribus legem Dei, & Ecclesiarum loquuntur Magistris; natis nobis videre, quæ recta sunt, nec gehennæ flammam comminamini, sed promittite nobis Regna Cælorum, ut post, luxuriam, & delicias pandatur nobis Paradisus. quid mihi ostendis viam Domini, per quam non libenter ingredior? quid replicas nomen Sancti Israel, siue verbum Israelis, quod mai pector in arcana non penetrat quod quidem & ad Populum Ecclesia dicitur negligentem si auersetur austeritatem. Ad Magistros, & adulatoribus fauat. Attendant rectæ, & mortificatæ doctrinæ amatores, quomodo lubricus serpens quærit Doctores prurientes auribus, qui placentia sensibus, & delicijs carnis loquuntur, & hi sunt ex eod. Hiero. 2, contra Iouini. Qui non habent aquam doctrinarum, promittunt imbrem, velut vubes propheticæ, sed quæ perueniat veritas Dei, & turbidius exagitantur demonum, atq; vitiorum. Loquuntur grandia, & totus eorum sermo superbia est. Immundat est autem apud Deum amnis, qui exaltat cor suum, ut qui paululum abfugerant a peccatis ad suum reuertuntur errorem. & suadent luxuriam ciborum, carnisque delicias. Et quibus nam magis credendum, mortificationem prædicantibus, an vitæ relaxationem? ipsaque diuina præcepta emolliunt, vt à virtute austeritas remoueatur, & calamistrata, & delicatula forma superinducatur.

Quibus nam secreta cælestia indicari dixeris, ijs qui mortificationem Iesu Christi etiam in corpore portant; an verò illis, qui in delicijs viuunt, & viuentea mortui sunt? Scriptum est, qui sedent secus pedes Domini, accipient de doctrina eius; vnde & Magdalena contemplationis æquem ascendit ex humili, & lacrymosa sessione, ad pedes Domini: ac quid de delicatulis idem pronunciauit Hieron. contra Iouinian. c. 19. Nunc restas, ut Epicurum nostrum subantam in hortulis suis inter adulescentulos, & muliercular alloquamur. Fauent tibi crassi, nitidi, dealbati, adde si vis iuxta Socraticam irrisionem, omnes sues, & canes, & quæ carnem amat, vultures quoque, Aquilas, accipitres, & bubones. Nunc quæ nos Aristippi multitudo terrebit, quoscunque, formosos, quoscunque, a lamistrator, quos crine composito, quos rubentibus succis vidaro de sua armento sunt; imò inter tuos sues grunniunt. De grege nostro Aristes, pallidi, sordidati, & quasi peregrini huius seculi, licet sermone taceant, habi tu loquuntur, & gestu; hæc mihi, quia peregrinatio mea prolongata est, habitavi cum habitantibus Qedar, v. in tenebris huius mundi, quia lux lucet in tenebris, & tenebro eam non comprehendimus. & solens obiectionem idem. S. quod facit de plau.

plausibilitate doctrinæ ex sequela Populorum etc. *Nō gloriaris, quod multos discipulos habeas: Filius Dei docuit in Iudæa, & duodecim tantum illum Apostoli sequebatur. Torcular inquit calcavit solus, de gentibus non est vir mecum. Ille in passione solus remansit; & Petri etiam cum trepidavit constantia. Phariseorum autem doctrinam omnis populus applaudebat dicens: Crucifige ealem: Non habemus Regem nisi Cæsarem .i. vitia sequimur non virtutes, Epicurum non Christum, Louinianum, non Apostolum Paulum, non austeritatem doctrinæ Dominicæ, sed dilatantes sinitias, & extendentes sicut pestes præcepta, & mandata Dei, ad sua placita, & desideria extorquentes.*

Cum mortificatione ergo, & sui contemptu Cherubim doctrinam procedens, subinde non turgida, & effeminata apparuit. in factu, & superbia Cacodæmoni scientiam fundasse visus est, dum ea, quæ in Ef. 14. habetur proculisse scribunt SS. *ascendit super altitudinē nubium, similis ero altissimo*, affectando diuinæ, & sibi indebitæ intelligentiæ superexcedens lumen; sed quibus vīs? sedebo in monte testamenti, in lateribus Aquilonis; contra quem inuehitur Bernard. serm. 3. de verb. Esai. [Tu sedere tentasti ò impie; propterea tui moti sunt pedes, & effusi sunt gressus tui. Stant plane Seraphim, stant attoniti, & suspensi in contemplatione sedentis in Throno, tu sedere tentasti ò impie.] Vide metamorphosim Sodates tui videntes; nec pennarum fulcris fisis, destituti stant coram sedente super Thronum Dei, scientia nō superbientes, sed velantes facies suas, Deo inhærentes. Falleris superbe si in te quiescere putas, tuo indulgens ingenio, Deo non inhærendo, sed tecū sunt multi, qui in Cathedra sedere volunt, & quiescere in nomine, & fama Magistri, celebri discipulorum concursu, cum tamen veteres PP. cum nostro Cherubim sapientes habiti sint, quod ex vitæ difficultate, & asperitate per inopmodum, & salebrosū iter ad Philosophiam capeffendam incesserint; at quod peius est, vt dicebat Nazianz. in laudem Basilij, [non virtute magis quam malitia, & fraude Sacerdotis dignitas paratur] & cathedræ præfectura [nec meliores, ac digniores, sed potentiores in Thronis, & cathedris insident. Samuel inter Prophetas, ille inquam futura prospiciens, sed et Saul vilis, & abiectus: Roboam Salomonis filius inter Reges, sed & Hieroboam] seruus, & rebellis. Cumque nec Medici, nec pictoris nomen quisquam obtineat, nisi prius morborum naturas expendierit, aut multos colores miscuerit, variasque formas pennicillo expresserit; Antistes tamen cathedraticus aliquis contra faciliè inuenitur, non elaboratus, sed reces quantum ad dignitates simul factus, ac promæctus quemadmodum gigantes finxerunt; ij, qui è dentibus per Cadmum seminum processerunt, & magna discordia, & cædo confecti sunt. Vno die sanctos singi-

mus, eosque sapientes, & eruditos esse iubemus, qui nihil didicerunt, nec ad sacerdotium quicquam ante contulerunt, præterquam velle. Atque is quidem inferiori sede acquiescit, humilifq; stat, qui sublimè promeretur, atque, & multum; diuq; in diuinorum sermonum meditatione versatus est, & multum, diuq; carni leges sanxit ad spiritum obediendum; hic contra fastuosè sedet, atque aduersus meliores supercilium attollit, nec thronis intumescit, ac aspectu cohortescit, cum moderatum hominem, cupiditibusq; imperantem inferiori loco statem inuictur; verum simul cum imperio, & dignitate sapientiores quoque sese existimat, præuè utique sentiens, atq; à potentia, & auctoritate dementat; multa eiusmodi cernes exempla, non à virtute, & merito, sed potentia, & auctoritate in subsellijs locatis, inferior, & indignos. Contra verò Cherub noster, vt aliarum virtutum, sic etiam moderationis in his rebus tenendæ alijs exemplar se præbuit; nam cum prius sacrosanctos libros Populo dictasset, sententias in vniuersitate prælegisset, ipsum se indignum putabat, vt laureali corona doctoratus cohortesceretur, nec prius promoueri passus est, nisi è Cælo thronate illo allato: rigans monas de superioribus suis, de fructu operum suorum satiabitur terra: sic cathedram ascendit, non hanc potestatem furatus, nec ea per vim potitus, nec honorem perducatus, sed ab honore questus, nec humano fauore, sed diuino Oraculo Magisterium est consecutus. an fastosa, & turgida esse potest Theologia illius, qui omnem factum, & arrogantiam nequæ verbis, sed opere, & veritate est insegurus?

Tandem nec fucata, & calamistrata eius dictio, & doctrina processit. fuit quidem noster. Cherubim in omni disciplinarum genere instructus, & in libris quoque Gentilium apprime eruditus, non tamen, vt docuit, per totam vitam illis incumbens, sed cum delectu, quantum ad sacram doctrinam conducere potuerunt. Id pro ingenti gloria tribuit Nazianz. magno Athanasio dicens. [Ille igitur in diuinis moribus, atque disciplinis statim educatus est, cum liberalibus artibus per exiguum tempus tribuisset, ne videlicet huiusmodi rerum omnino rudis, ignarusq; videretur, easque nescire, quæ sibi contemnenda duxerat. Neque enim generosam, ac magnificam animam inanibus studijs occupari sustinuit, eodemque modo affici, quo imperiti athletæ, qui dum aerem sepius, quam corpora ferunt, prætorum spe frustrantur; atque & veteris, & noui testamenti libros omnes ita permeditatus, vt æ vnum quidem quisquam alius, modo contemplationis, sed etiam egregiæ, ac luculentæ vitæ diuitijs augetur, misericordèque vtrumque connectit, catenam vix auream, atque eiusmodi, vt nequaquam a multis connecti queat, hanc nimirum ratione aniens, vt & vita duce ad cõtemplatione vteretur, & cõtèplatione vitæ moruq; elegantiâ obignaret.]

Scit.

Scribendi verò dictio Theologica simplex, & eminent non effemina-
 ta, mundum potius immundum muliebrem exprimens, sumens de
 simplicitate candorem, de pudicitia ruborem, de pietatis oculis veretudine,
 & spiritus castitatis, ornata serico probitatis, byssino sancti-
 tatis, talis pigmentata procedens, non vanos procos, sed Deum habens
 talis doctrina amatorem, & probatorem; in hoc autem simplici, &
 non fucato scribendi genere (vt dicit nosker Senensis) *quatvor inter se
 simplicabiliter pugnantia i. dissolubili pacis sedere cōiunxit, copiam,
 breuitatem, facilitatem, & securitatem, quas nulli vquam litterarū
 professori, vel ante, vel post contigi simul potuisse conuenire.* Grand-
 da donum certè est eloquentia, sed maius est sapientia: laudabilia est
 eloquentio, at maiorem meretur laudem, quæ sententiarum gravitate
 præpoderat: illa castæ marronæ assumitur, hæc cerussæ, & stibio in-
 crustatæ puellæ: illa animos mouet, hæc aures leuium hominum micillæ
 non solū sapientia, sed eloquētia ornatos sacros Scriptores mōstrat Aug.
 libris de doctrina Christiana, sed non huius seculi turgida, & fastuosa,
 sed graui, qualis maiestatem decet Scripturarum, quæ Poetarum
 carmina, Rhetorum tropos, veluti Sirenes solent insipientium incan-
 tare intellectum ex vario sermōnum, & sententiarum concentu, omnes
 illos, quos mundus admiratur, ineloquentes reddidit, & mutos.

Ausi sunt quidam Rhetorculi S. Doctosi ineloquentiam obijcere,
 & linguarum imperitiam, quasi non fuerint veteres cantilenæ obie-
 ctæ etiam in Paulum, quæ idiotam appellare non erubuerunt. Sed quid
 Chryf. lib. 5. de Sacerdotio; idiotam se profitetur Paulus, *oratione,*
sed non cognitione; vnde dixit *et si imperitus sermone, non autem*
scientia. 2. Cor. 11. & certè dicebat Chryf. *si his vellemus exigere Isa-*
eratis testum, laporem Demosthenis, amplam sublimitatem Thucydi-
dis, venerandam maiestatem Platonis, excellentem dignitatem Pauli te-
stimonium hoc adductum esse oporteret. Nunc uerò si placet omnia il-
la prætermittentes, ac peregrine eloquentiæ ornatum; ut supernuoca-
neum ducentes, dictionem, enunciationemq; negligamus; ac nobis ora-
tionis paupertatem sic permitamur, ut rerum, verborumq; compo-
sitio nuda nobis, et simplex sit, modo ne quis in cognitione, atq; ad id
in dogmatibus diligenter excutiendis idiotam se præstet, neq; quo iud
ipsum ignauiam protegat, Paulum illum Beatum tum laudat, quæ in no-
summa est, displicet: et post aliquot, cum igitur Paulum consuet, et e-
 magnam adhibuisse eloquentiam; quæ fronte iam sustinebunt idiotam
illum vosare, cuius magne sunt tam disputantis, quam conciantis
admiratio. & postea. quod Paulum Mercurium esse volent id non
iam à signis, sed ab eloquentia nascatur, & paulò post, cuius cer-
te scripta instar muri ex adamante constructi omnes Vniuersi Orbis
Ecclesias quomnis in loco positas circumvallant. Idemque ille fortissimi,

ac generosissimi bellatoris exemplo etiam captivam duceas ornataem cognitionem; cogitationes ad obediendum Christo, &c. vt dicitur 2. Cor. 10. hæc ex Chryf. & alijs PP.

Illud etiam ex S. Th. non perfuactoriè memoriæ est mandandum, non prohiberi eloquentiam Ecclesiasticis tractatoribus, sed illam, cui principaliter intenditur ad ornatum, s; verborum (vt Rhetores faciunt. Opuf. 19. c. 12. ad 3.) vel quæ præcedit sapientiam non subsequitur; vnde ex eodem in corpore, vt dicit Aug. 4. de doctrina Christiana [in verbis Apostoli erat Dux sapientia, & sequens Comes eloquentia, & sapientia præcedens, eloquentia sequente in non respuebat.] Fuit quondam (ait Nazianz.) *Cum res nostra florere, & præclarè se haberet tam mirum superflua hæc, & verborum lepore, atque arte fucata tractanda Theologia ratio ad diuinas causas ne aditum quidem haberent, &c. simplex contra impemq; oratio, atque doctrina pietas existimabatur;* sed postquam, subdit idem S. quidam contradicendi libidine incitata lingua ad nouitates introducendas insurrexerunt, omnia inuersa sunt, & videmus magis à sciolis diligi phalerata, quam forma: & certè ex S. Prospero, ea est iudicata latinitas nõ quæ verborum, sed sententiarum amenitate vestitur, quando non res pro verbis, sed verba pro rebus significandis sunt instituta. Eleganter Arnobius 2. aduers. Gent. dicebat de huiusmodi Grammarulis computris præponentibus fucatis verbis simplicem, & veram dictionem. *Pompa ista sermonis, et oratio missa per regulas, concionibus, litibus, foro, iudicijsq; seruetur, deturq; illis, imo qui voluptatum delineamenta querentes omne fusi studium verborum in lumina contulerunt.* [Cum de rebus agitur ab ostentatione submotis, quid dicatur spectandum est, non quali cum amenitate dicatur, hæc quid aures commulceat, sed quas afferant audientibus utilitates: maxime cum sciamus etiam quosdam sapientia dicos non tantum abiocisse sermonis cultum, verum etiam cum possent ornatus, atque vberius eloqui, triuiale studio humilitatem securos ne corrumperent, s; grauitatis rigorem, & sophistica se potius ostentatione iactarent.] Quanta autem damna ex acuta, & ex polita lingua sequantur, si sit immoderata, res ipsa loquitur; contra verò si pudica, & sobria fuerit dictio, quod nullum ex ea detrimentum sequatur, ostendit Chryf. lib. 3. ad vitup. vitæ Monasticæ pag. 385. similiter quomodo à superexcedere, & fucata eloquia abstineant egrogij vari, Grætes, Diogenes, & alij, eleganter idem ostendit eod. lib. fol. 385. a. ter. Vnde egregiè Cherubim idem præstitit non sectando fucaram; sed veri nominis eloquentiam, non calamistratam festinam, sed grauem macronam exprimendo.

LIBER TERTIVS

DE CONTRADICTORIBVS

Sermonibus Sancti



Tiam pacis tempore S. Ecclesia suos habet
 contradictores; vnde & in persona Iob lo-
 quitur c. 16. *Roga me testimonium dant*
contra me, idest, exponente Greg. *qui dupli-*
citalis sue in se malitiam non emendant,
 & iterum: *suscitatur falsiloquus aduersus*
faciem meam, contradicens mihi: vbi idem
 Greg. exponit 13. Moral. c. 4. quod pacis
 tempore sunt qui Ecclesiasticæ prædicationi
aperte contradicere non præsumunt, quod
 est non contra faciem, sed post dorsum loqui, sed cum malitiæ (subdit
 idem Greg.) tempus eruperit, is qui nunc metuens, derogat ad con-
 tradicendum, ante faciem venit, quia *verbis vera fidei aperte vocis*
obstitit. Idem formæ accidit in contradictione doctrinæ Cherubim no-
 stri, multi enim spicula in S. Thom. direxerunt, & non in faciem, &
 fuit post dorsum loqui: alij duplicitalis diploide induj, aperte vocibus
 ante faciem venerunt, vt infirmarent Scriptorum suorum authori-
 taté, vel in dubium reuocando nonnulla opera ex eius calamo non
 profecta, multis etiâ erroribus sceleris, s3, omnia vertisse in vtrum, &
 Aristotelem Christianismo copulasse: eius sententiam, de Conceptione
 Deiparæ arcto silentio mancipatam obscuro carceri; immeritò proin-
 de à Florentissima Academia Salmanticensi iuramentum emanasse,
 de defendenda Angelica doctrina Sanctissimi Augustini, & Tho-
 quare & quidam se effertentes supra doctrinam Sancti, per quosdam
 cuniculos arietare contra eandem doctrinam satégerunt: peius qui sub
 Politicismo eandem doctrinam adoriri studuerunt: pessimè diabolus,
 qui ad euersionem fidei, corruptioné morum, turbationem totius Or-
 his, munitionum aggeres erexit, arcem Angelicam adoriendo. Et ob
 id sequitur Iob: *collegis furorém suum in me*; dum ait Angelicus lect.
 1. *omnimoda necanda ipsam impugnavit*, vel ex Greg. cum hæc a-
 carnalibus patemur, non tam ipsi sunt, qui in nostra morte s3 uiuunt, quâ
 malignus spiritus, qui eorum mentibus principatur. Hæc ergò tra-
 ctanda, vt occurramus ijs, qui contradicunt sermonibus Sancti.

CA.

C A P V T I.

Refutatur, qui S. Thomæ summam Theologicam asserunt non esse integrum illius factum.



Etus fuit obseruatio, etiam magni nominis authores, qui grauissima opera scripserunt, de furtis iugillare, & veluti Æsopi gracculos factos, de alienis plumulis vestitos. id à Poetis passi sunt Virgilius, Terentius: è Philosophis Plato: ex Historicis Sallustius. Cecilius scripsit sex libros de Menandri furtis, sicut de furtis Sophoclis Philostratus, & Ephori Lysimachus, & Theopompi Asinius Pollio. Sed omnium diligentissimus obseruator

fuit Clemens Alex. lib. 6. Seromar. non solum à Philosophis precedentibus multa suffurantes, sed etiam à Barbara, hoc est Hebræa doctrina. Et post innumera exempla adducta, sic tandem concludit. *Vita enim me deficiet si uelim singillatim prosequi furta, quæ à nimio suo amore profecta, & quemadmodum pulcherrimorum, quæ sunt apud nos decretorum sibi vendicant inuentionem, quàm à nobis acceperunt.* Sed nec defuerunt Critici, qui ipsos Ecclesiæ proceres taxant, quasi vnus alterius gazas expilarit. Et non aduerterunt, aliud esse integræ Opuscula transcribere, vel commentaria, & tractatus edere, qui precedentium factus sunt, aliud à veteribus dictatis aliquid mutuari, obscuriora elucidare, expolire, ampliare: sic fecisse Hilarium, ex Origenes (scribit in Ruff. Apol. 1. Hieron.) multa accipiendo, sicut & Ambrosium. & iterum 1. comment. ad Galat. 3. & in proemio in Micheâ, dicit. *Nam quod dicunt Origenis me volumina compilare, & contaminari non decere veterum scripta, quod illi maledictum uolens esse existimant: ego eandem laudem maximã duco, quod illum imitari uolo, quem cunctis prudentibus, & uobis placere non dubito: si enim criminis est Græcorum bene dicta transferre, accusetur Ennius, & Maro, Plautus, Cæcilius, & Terentius, Tullius quoque, & ceteri eloquentes uiri, qui non solum versus ad multa capita, & longissimos*

libros, ac fabulas integras transtulerunt; sed etiam & Hilarius noster furti reus fuit, qui in Psalmos quadraginta ferme millia versuum supradicti Origenis ad sensum verterit, quorum omnium amulari exopto negligentiam potius, quam istorum obscuram diligentiam.

Sicut autem antiquitus passi sunt tot viri illustres liuidos oculos, & censores, quid mirum si veteribus PP. affixeruat expilatione à vnde idem, & S. Thomas passus videtur, nimirum, magnam partem summæ S. Thomæ primæ secundæ, & secundæ secundæ suffuratam à Vincentio Bellouacensi editam, à Thoma vero compilatam. Hæc semina iecit Franciscus Garzia Tarraconensis, & verisimilius putat Thomam à Vincentio hausisse doctrinam, fuit .n. ait posterior Vincentio, quàm Vincentium à Thoma.

2 Bellarmianus de Sq riptoribus Ecclesiasticis, in stuporem raptas, ne videretur difficultati succumbere, nescio quem alium Vincentium meditata est posteriorem ætate S. Thomæ: sed quis fuerit iste non reperitur.

Poza lib. 4. tract. 7. c. 5. libenter in sententiam istam descendit (vs faciunt multi vulgares in compitis, & in triuijs sedentes, tanquam aucthorum, & dictorum examinatores (dicitq; Thomam vt & alios) in plurimis suis partibus Theologicæ summæ, & alijs fuisse doctrinam mutuatum, vel ab alijs extraxisse. Sed et P. Sherlogus tom. 1. in Cant. anteloquio 11. sect. 3. num. 14. eadem tenens vestigia, sic lubricè loquitur. *Si in extrema ætate S. Thomas suam summam elaborauit, satis arduum est capessere, ut non deueniret eius summa ex fontibus Vincentianis, & in eam sententiam (subdit) itum est, quod à S. Th. inuene composita summa sit, cuius rei (sequitur) illud potest esse fulcimentum, quod B. D. cum in 3. p. q. 27. a. 2. suscipuerit cogitationem de laza Despara à peccato Originali, maturiori iudicio id postea retractauit 1. sent. q. 1. d. 44. a. 3. ad 3. & postea in dubio hæret, & dicit, certum esse, quod Vincentius à Thoma mutuatus sit.*

Fundamentum huius positionis est, primum, quia S. Thomas obiit anno 1274. Beluacensis ex Garzia anno 1245. vel ex Senensi anno 1256 posterior ergo S. Thomas à Vincentio potuit suam doctrinam haurire. Et præterea ex speculo Historiali lib. 31. c. ult. ait completum illud opus sub Pontif. Innoc. 3. anno 2. qui est annus 1244. & in speculo naturali dicit completum illud opus 1250. ab S. Thomas multo post descripsit summam. *Historiale anno 1244.*

Secundo, quia Ecclesiæ Patres aliorum laborum ope suffulti, diuinæ Scripturæ ediderunt commetaria. Id patet in Ambrosio ex Hiero. loc. cit. & patet, quod scribens ad Gratia. multa describit ex Nazianz. tract. de fide. & Hexameron videtur exarasse ex Basil. idem videmus in Cypriano multa mutuante ex Tertull. Idem potuit accidere S. Th.

FF quod

quod alijs PP. contigit, & proinde Doctores Ecclesiæ esse possunt, qui aliena confarcinant, & scripta diuerso stylo, vel ordine promulgant.

3 Sed hæc positio facili negotio confutatur. Primò ex dictis Pontificum; nam Ioannes 22. non sine speciali infusione sua opera perfectè commemorat. an sic commendasset rapsodum aliena scripta compilantem? An dixisset Clemens 8. breuissimo tempore in omni disciplinarum genere, singulari ordine, ac mira perspicuitate, sine vilo errore conscripta à Petro, & Paulo comprobata? Vt quid idem Pontifex totius Christianæ Ecclesiæ nomine, Thomæ grates refert? non solum dicebat Arist. 2. Met. c. 1. *Agende sunt gratia ijs, qui placita adinuenerunt, sed etiam ijs, qui superficiteus dixerunt*; multo magis debebat Clemens gratias dare Bellouacensi auctori, quam Thomæ Epitomario; Et si hæreses fermè vniuersæ damnatæ ex Thomæ doctrina, vt in Concilij, maximè Tridentino apparuit, ex Bulla Pij V. *Mirabilis Deus*; non potuit esse compiler S. Thom. doctrinæ eius, quæ in 1. 2. habetur, vbi de iustificatione tractatur, & in Sess. 6. integra ferè secundum eadem verba describitur.

Secundò patet ex Stylo, qui ex nostro Senensi 4. lib. Biblio. tit. de falsa librorum inscriptio. est Lapis Lydius cognoscendi operis, semper autem idem S. sibi similis in breuitate verborum, pondere sententiarum, modestia in refellendo, subtilitate in resoluendo, docibilitate in sequela deiloquorum Patrum, maximè Augustini vestigia insectando. Quid? quod quæ in alijs libris tam Moralibus, quàm Theologicis, eadem pertractata videbis secundum diuersas occasiones agendo de vltimo fine, virtutibus, &c. vt patet in commentarijs librorum Ethicorum, in disputatis, in sententiarum libris, quare vna eademque facies eloquiorum castorum, & doctrinæ identitas eundem demonstrant auctorem.

Tertio ex successione acceptæ doctrinæ Thomisticæ, quoad omnes suas partes à tempore S. Thomæ vsque ad præsens. Hoc argumentum validè vrgebat S. Aug. 33. lib: contra Faust. c. 6. vbi probat ex successione cognoscendos libros canonicos; nam & successionis via probantur opera Hippocratis, Platonis, Aristotelis esse eorum genuinos factus, ex eadem temporum sibi met succedentium contestatione; similiter si posteritas ait idem Aug. negaret has, quas habemus in manib. Scripturas esse Faust. vel meas; vnde conuincerentur? *Nisi quia illi, qui nunc ista nouerunt notitiam suam ad longe etiam postfuturos ætinnualis posterorum successioneibus tradciunt, &c.*

Quartò, quia vt dicit Clemens Alex. 1. Scrom. *Inuisè se gerit, qui sibi aliena usurpat, & tanquam propria iactans suam agens gloriã, & ementiens veritatem, is fur dicitur à Scriptura.* Vnde & Pseudo-prophetæ ob id taxantur, Hier. 23. *Propterea ecce ego ad Prophetas,*
ait

sit Dominus, qui furantur verba mea unusquisque à proximo suo. Tale autem furtum cum sit in materia notabili, & graui, non admittit excusationem à peccato mortali. debebat ne probari hoc furtum cum ei dictum est: *Bene scripsisti de me Thomas*, & qui rapinam operatus est, debebat pro tali opere mercedem reportare? hoc est grauissimè S. D. detrahere, cuius modestia, docilitas, & humilitas adeò à Scriptoribus commendantur, vt non possint cum furtis istis cohzrere, suam enim gloriam videretur quæsisse, & adulterasse veritatem.

Quintò, quia qui Catalogum Scriptorum, & operum S. D. ediderunt, opera dicta controuersa num sint S. Tho., non in albo librorum, quos S. edidit collocasset; nunc verò cum innumeri ex nostra familia diligenter præstiterint, vt S. Antonius, & alij, & accuratè præter alios Neotericos Possennus à Societate Iesu 3. tom. appar. p. 298. eadem recensens cum alijs, summam totius summam restringens ad q. 515. & artic. bis mille quinquaginta, quatuor, & Bellarminus tandè dicat esse incredibile hos fectus non esse S. Th. non leue est argumentum, quod nostrum propositum firmat.

Sextò, quia in præmio suorum librorum Vincentius se compilatorem fuisse eorum, quæ scribebat in suo opere naturali fatetur, idèq; opus desumptum esse ferè ex Catholicis, et extoribus ad fidèi instructionem, & morum informationem, & c. 3. *multa sumpsisse à maioribus meis, s. modernis Doctoribus*, ait, & *notabilia nomine suo. s. auctoribus instituisse*, & c. 4. *hoc opus fatetur non esse suum, sed patius illorum, ex quorum dictis ferè totum contexui illud.* cap. 7. idem inculcat c. 18. in rebus ad doctrinam Theologicam pertinentibus de Deo, Angelis, cæterisque, quæ ad Theologiæ materiam pertinent de singulis qq. articulis breuiter, ac succinctè percurrendo transiit, quoniam de hac materia multa, et varia scripta à Fratribus, & alijs, vbiq; haberi cognouit. & c. 19. expressius de Morali loquens [Non potui omnium librorum Moralium etiam quos in promptu habebam omnes flores in vnum colligere, sed de multis pauca pro modulo meo eligere, alioquin oportet uolumen in immensum extendere.] Dum ergò fatetur Bellouacensis se fuisse suorum operum collectorem, quàm autorem etiam in materia morali, & è scriptis fratrum suorum collegisse meliora eligens; sunt plusquam hæc indicia uehementia, omnia ex morali parte S. Doctoris desumpta, quæ manibus fratrum terebantur.

4 Sed quid alijs probationibus opus est, cum expressè Vincentius in pluribus locis expresso nomine Angelicum Doctorem citet. In speculo naturali lib. 26. c. 74. ait. *Thomas de Aquino. cum autem Angelus sit mediator* &c. quæ uerba habentur in disputatis q. 11. de uerit. 2. 3. in corpore, & c. 72. *Thomas. sciendum autem, quod aliquid recipitur in albero dupliciter*, &c. quæ uerba habentur q. 12. de uerit. 2. 1.

Eodem lib. 2. c. 82. usque ad 95. tractat. de prophetia, & ex disputatis quicquid de prophetia dicit mutuatur, atque transcribit. & 101. expresse S. Thomam nominat. [Thomas Aquinas] *Est autem raptus*, &c. & habentur in disput. & 22. q. 174.

Ad hominē arguitur, nam error in Cronologia de falsitate conuincit Historicum; unde in vi. Synodo in edicto Imperiali ex supputatione veri, vel spurij authoris foetus agnoscitur. Sed Garfias, Anonymus, & federati dicunt Vincentium excessisse è viuis anno 1240. & ipsemet Vincentius dicit se speculum naturale scripsisse 1250. Errando ergò opponens in temporum supputatione, qualem fidem merebitur in reliquis? Sed de hac difficultate lib. 4. præscript. a. 11. de præsentium Pastor, & DD. &c. diffusè tractatum est. sed opponit quidam, dicens [in sapientissimo Mag. Gratiana duo mihi displicent, quod plures solutiones affere ad hanc difficultatem, quod esse solet indicium, quod non sint ædequatæ solutiones, sed effugia multiplicata ad euadendam difficultatem, quam ad satisfaciendum ad vnguem.

Secundò, quod citare S. Thomam ex disputatis solis, & non ex 1. 2. & 2. 2. vel in summa, est potius augere difficultatem, illique vires addere.

5 Sed friuolæ sunt dictæ obiectiones; nam vt primo respondeamus, videmus sæpissimè pluribus medijs probari vnicam conclusionē; & in q. facti non semper possumus procedere ex vna, vel altera coniectura; quæ & si seorsim non conficiant aliquid, vnitim tamen probant.

Secunda verò obiectio non probat, vehementissimum enim indicium fit ex citatione authoris in vna materia, quod sit antiquior citate, quod similiter in alijs operibus; quæ non citantur dicere oportet, & negatiua aduersario probanda incumbit.

Quare idem obiciens suum modum dicendi statuit, Bellouacensem vitam terminasse anno 50. (vel post) qui fuit annus decimus Innoc. & post annum 50. primum tomum finisse. Quarta verò pars speculi historialis, vel vsque ad annum 60. pertingit (vt ait D. Antoninus) vel circa pertingit. 2. & 3. pars postea scripta est secundum ordinem, & stylum, quem promiserat se seruaturum in omnibus suis partibus, in quarum partium descriptione bene poterat pertingere vsque ad tempora S. Th. extrema, imò & superare; nam si in duabus primis, nempe prima 2, & tertia tatum temporis consumpsit, quantum in secunda, & quarta potuit infumere; poterat ne minus quam decem annos infumere in harum scripione? & quatuor in prima, secunda, & quarta parte inter ipsas lineas (vt fecit Gratianus in compilatione decretorum) authorum nomina inseruerit; id non obseruauit in 3. vbi nullum ferme citat authorem; fortè quia cum omnia ex vno S. Thoma transcripse-

rit, non erat expediens, vt toties vnum, eundemque citaret authorem & ex eodem obijciente res ipsi clarescit.

Sunt qui dicant non posse subsistere, quod obijcitur ex Vincentio c. vltimo lib. 31. ex speculo Historiali, quod est vltima pars, vbi sic dicitur. [Ecce tempora 6. ætatis vsque ad præsentem annum summam perstringendo descripsi, qui est annus Christianissimi Regis nostri Ludouici xvij. Imperij verò Friderici 33. Pontificatus verò Innocentij 4. secundus ab Incarnatione Domini 1244.] sed esse istud caput supposititium, patet ex eodem authore; nam postquam perfecit lib. 3. Historiz anno Friderici 34. quomodo sequentem librum potuit vno anno ante finire? Item liber 3. incepit anno 45. vt constat ex primo c. et c. 32. sequenti agit de his, quæ acciderunt anno 46. & c. 40. agit de anno 47. idemq; facit c. 67. & de anno 48. agit c. 89. & de anno 49. agit c. 9. & anno 50. agit c. 102. & dicit illum fuisse annum 24. Sancti Ludouici. Insuper c. 104. agit de canonizat. S. Petri Martyris, quæ incidit in annum 53. in anno enim 52. fuit decus, in sequenti verò canonizatus, & fuit decimus Innocentij. Cum his omnibus non possunt cohærere, quæ in dicto c. vltimo 3. libri speculi Historialis asseruntur.

Coniectura, & verisimilitudo est, quod cum ille, qui addidit supplementum ad Historiam Vincentij voluisset incipere additamentum ab Innocentio IV. propterea illud caput apposuisse; cum tamen author in sua historia tractet vsque ad vltima tempora Innocentij; Innocentius enim obiit anno 14. initio Decembris 7. idus, & die sequenti ad Natiuitatem Domini electus fuit Alex. IV. Cumque Vincentius tractet de Canonizatione S. Petri Martyris, quæ antecedenti anno 53. celebrata fuit, voluit author à primo Innocentij anno incipere additionem, & propterea adiectisse dictum Capitulum, quod si non addidit omnia, suspicandum quoad numerum esse vitata, quod solet esse vitium familiare in Historijs antiquis manuscriptis; vnde Fasciculus temporum sub Innocentio IV. faciens mentionem de Bellouacensi anno 53. scripsit vsque ad illum annum pertingere historiam Vincentij, & quod magis est S. Antoninus in impressione antiqua dicit, quartam partem eiusdem continere historias vsque ad annum sexagesimum, vel circa (vbi noua impressio habet annum 40. vel circa) sed priori impressioni standum est, & quia S. Antoninus Scriptor erat historiarum (& Vincentius idem præstitit) acutiora, & accuratiora habuit exemplaria, in quibus ad plures annos protendebatur historia, quæ tamen desiderantur in exemplaribus impressis. Et hoc quoque non improbabiler dicitur, & possumus fundamento primo in contrarium allato, respondere ex his omnibus, quæ ponderata sunt. Dicimus ergò Bellouacensem ad summum historiam perfecisse circa

annum 54. vel ex S. Antonino vsque ad 60. deinde intermedia fuit compositio secundæ, & tertiz partis, quæ aliquot annorum spatium requirebat; vnde potuit ultra extendi circiter annum 65. vel amplius, quo tempore 1. 2. & 3. S. Thomæ vulgatas fuisse conuincitur, cum in morali parte Vincentius supra dixerit vsum esse opera Fratrum nostrorum. & vltima ætate 3. p. summæ editam; vel vltimam manum appositam, licet morte præuentus eandem non compleuerit: & somnium est Pozianum dicere iuuenem S. Thomam edidisse summam, & in specie tertiam partem, & senem librum sententiarum scripsisse, ve maturiori iudicio asseratur Thomas correxisse quæ de Conceptione Mariana descripserat, cum summa habeatur communiter, maximè tertia pars, vt vltimum testamentum, vt improbable sit compositionem lib. 1. sententiarum post tertiam partem editam. Sed hæc diffusius tractauimus 4. de præscript. Cath. loc. cit. pag. 310.

Ad secundum fundamentum, aliud est multa Doctores veteres à prioribus mutatos aliud, integros tractatus expilasse.

Primum deprehendimus in veteribus. Secundum verò constanter negamus de Thoma; vnde ruit oppositorum debile fundamentum.



C A P V T II.

Amandantur qui n̄uos, & notas S. Thomæ doctrinæ affigunt, & in multis capitibus de errore taxare non erubescunt.



Pro s̄is, dicebat Gre. 7. Mor. c. 17. genera locutionum importuna valde, & noxia generi humano. Vnum quod curat etiam perversa laudare, aliud, quod studet semper etiam recta corripere. Illud deorsum cum fluvio ducitur: hoc verò cōtra fluentia veritatis observare, & alucem conatur. illud metus premit, hoc elatio eripit. Illud gratiam ex favoribus captat, hoc iram, ut ex certamine ostendatur exagitat: illud in promptu subiacet, hoc semper è diverso tumet.

In prima Categoria sunt, qui dicunt bonum malum, & malum bonum, & tenebras lucem, & lucem tenebras. Hi sunt Hæretici, inter quos Lutherus in disput. de Missæ Sacrif. Tubingæ habita pag. 11. *Quid ad nos Thomas Aquinas, qui alias multa habet impia, absurda, verbaq; Dei planè contraria? Sed hoste apertissimo relicto, qui satis ex caracteribus doctrinæ Angelici refutatur, ad aliam, Categoriā transeamus.* In secunda sunt Calumniantes, & imponentes, & affigentes n̄uos, vel in morum materia, vel in dogmatica doctrina; sed quemadmodum recisæ arbores plurimis ramis repullulant, & multa fistorum genera, vt densiora surgant reciduntur; idem accidit iniurias, & calumnias patientibus, vt meliori coma, prius recisæ, postmodum vestiantur.

Incipit ergò Poza lib. 4. tract. 5. sui Elucidarij, qui sub pietatis specie, quasi referens aliorum mentem (sed re eò tendere videtur, vt sensim debilitata languescat Angelici authoritas) dicit aliquas in scriptis S. D. propositiones iuveniri, quas iam tandem Ecclesia repudiaverit, nec tamen ob id infirmum duci argumentum ex testimonio Angelici. ergò nec (colligit) infirmaretur, si contra ipsum definiretur exclu-

clusio Conceptionis Marianæ à primigenia labere.

Obiectio prima, quia damnat S. D. opinionem piã, vt erroneã, & sub nomine Cõcept. Sãctificat. intelligit, & hæc iã sũt exclusæ ab Apost. Sede.

Respondetur absque tractatione materiæ, sed solum ad defendendũ S. Thomam ab errore; dicendum ergò neutram sententiã ab Ecclesiã damnari, vt falsam, & erroneam, & vtramq; recipi non inter dogmata, sed inter adiaphora, & probabiliã, idque patet ex constitutionibus Apostolicis, cum non dum hæc controuersia sit ab Apostolica Sede decisa, & posset Ecclesiã definire, vel pro S. Thoma, vel pro assertoribus opinionis piæ. Quare dum dixit S. Th. 1. 2. q. 81. a. 3. *Erroneum est dicere aliquem sine peccato originali concipi præter Christum*, ipsissimum est, quod dixit S. Aug. 5. contra Iul. c. 1x. *quisquis carnem Christi ita carni comparat nascentium hominum ceterorum, ut asserat vtrãq; esse puritatis equalis, detestandus hereticus inuenitur.* Et neutra propositio dãnata est in extrauag. Sixti, &c. quia non extenditur vltra suos terminos específicos, cum simus in materia odiosa; præterquamquod, ante eandem constitutionem, non temerè, & ex præsumptione id assertum sit, sed secundum quod videbatur colligi probabiliter, non ex necessitate colligendo, & ad sic opinandum adstringendo; vnde in extrauaganti dicitur, *qui presumerent affirmare, & iterum huiusmodi temerarij ausibus obuiare volentes.* Et solum in extran. Sixti damnari videtur, quod alterutra sit de fide, & opposita necessario sit error; non autem damnauit Papa assertio-nem eam, alterutram esse de fide probabiliter, & oppositam erroneam probabiliter, quanquam si modo censuraretur, ex nouis constitutionibus (etsi censure tam iustificata non esset cõtra Sixti extrauagantem) nõ debet id asseri, non obstante si in se haberet probabilitatem; vnde nullo modo voluit affirmatiuæ aliquod præiudicium asserre, sed ad sedandos tumultus, iaterpositum est decretum non decisuum, sed per modum prouisionis, ex indistincto silentio, cui parendum est à modestis Ecclesiæ filijs. Hæc Dominus Monroy in Apol. pro SS. PP.

Illam autem S. Th. assertio quodlib. 9. q. 13. & 3. p. q. 27. 2. 2. *quod quando Festum Conceptionis celebratur, datur intelligi, quod in sua Conceptione fuerit Sancta, sed quia quo tempore sanctificata fuerit ignoratur, celebratur Festum Sanctificati. eius, potiusquam Cõceptionis.* Hæc inquam propositio non aduersatur decreto Greg. 15. nã particula potius, non est negatiua, neque exclusiua, sed comparatiua; dixit autem S. in sua opinione, quod Conceptionis Festiuitas non significat, quod fuit sancta in Conceptione, quia non celebratur in ordine ad sanctitatem præsentem in determinato illo instanti præsentis, sed in ordine ad futuram instantis secundi, qui modus loquendi reperitur in Ambrosio lib. 2. in Lucam, ponderando Natiuitatem

Ioan,

Ioannis Baptistæ natiuitatem, quam vicini, & cognati eius laudibus efferebant, non referebatur ad præsentem copiam virtutum, & meritorum, sed futurorum; ait namque: *in ortu sancti futura vita insignè premititur, & gratia secutura virtutis exultatione vicinorum præfigurante designatur.* Illud quoque asserimus Gregorium locutum de nomine non de re, & præcepit in cultu, & diuino officio nullo alio titulo debere nos vti, quam Conceptionis; in re autem ipsa libertatem reliquit opinantibus, vt secundum suum sensum probabilem, vtrumque sceleret, id autem factum est, vt esset vniformitas in cultu, vtendo eo vocabulo, vt in officio reformato à Pio V. iuxta primam institutionem, quæ celebrari indicta est sub nomine Conceptionis, & ad tumultus rescandos, quod ita faciendum esse ad offensionem Populorum, vitandam, non semel S. Hieronymus monuit, loquens in traductionibus scripturæ, vt habetur in præfatione correctæ Sixti v. Debat opponens modestius loqui sequendo Cherubim nostri modestiam 1. p. q. 61. nolens Nazianz. sententiam de erroneitate taxare, cuius inquit: *Tanta est in Christiana doctrina autoritas, vt nullus vnquam eius diuersi calumniam inferre presumpserit, sicut neque Athanasij documentis, vt Hieronymus dicit.*

Secundò arguit Poza. S. Th. dixisse non posse esse quempiam verum Religiosum per vota simplicia in Religione emissa absque professione solemnari, nec censendus sic apostata, qui recedit, vt mentem, D. Th. nonnulli tradiderunt, quæ tamen rejicitur à Greg. 13. in Bulla, ascendente Domino.

Respondetur, mirum esse in D. Thomam (solum spicula contorqueri, cum alios eiusdem sententiarum antiquiores), vel coætaneos habuerit eiusdem sententiarum assertores. Locutus est D. Thomas de votis simplicibus 2. 2. q. 189. 2. 2. ad 1. quæ præcedunt Religionis ingressum, & ab existentibus in seculo, vt loquitur expressè Angelicus. Nunquam tamen locutus est de votis sollempnibus, vel quæ multum habent de sollempnitate, quæ fiunt ex approbatione Ecclesiæ, & cum acceptatione Prælati, vt etiam fatentur sui Patres, Valentia, Lessius, & alij, & plura nos diximus in tract. de infallibilitate Romani Pontificis in rebus fidei, morum, institutione Religionum, &c. aperta calumnia ex affixione paradoxorum alicui auctori, velle de auctore malè sentire. apertissima calumnia ergò hæc est, qua S. D. inuitur; imò potius maior eius extimatio in Ecclesia augetur; vnde & de Cesario in oratione in eius laudem à Nazianzeno dictum est, quod pro S. Th. dici potest. [Atq, ob ignominiam clarior, quam ob pristinam gloriam, nominisq, splendorem.] Sic accidit Christo Domino, qui cum iniquis reputatus, vt existimationis latronis fieret particeps ad maiorem ignominiam, vt dicit Chryf. Hom. 88. in Matt. & in maiorem gloriam crucifixi, cui

inimici insultauerunt, illa ignominia resultauit, ex S. Th. 3. p. q. 46. a. 1. & ita quod faciunt (si qui faciunt) imponendo errores non errantibus, vt existimatione erroris fiat participes errorum ad maiorem ignominiam, totum postea redondat ad gloriam (clara namque veritatis flamma resplendens, in maiora incrementa, cum impediri curatur, asurgit) & velint nolint si qui odio, vel inuidia hæc meditantur; magis Cherubim monstrant esse Theologicæ disciplinæ Antesignanum; vnde Ambros. c. 2. de Ioseph, & Fratribus loquens dicebat. *Vnde Fratres, licet somnii fidem per inuidiam derogarent, interpretationem tamen eius proprijs sermonibus exprimentes responderunt ei? nunquid regnando regnaturus es nobis?*

Tertio, quod votum simplex castitatis in Religione irritum non faciat matrimonium contrahendum, nec irritari queat matrimonium contrahendum aliter quam per professionem sollemnem; hæc mens, & sensus in eadem extrauaganti in perpetuum repellitur.

Respondetur S. Thomam locutum esse de voto simplici ex natura sua: cæterum ex indulto Apostolico, vt vtamur verbis Greg. xiii. posunt esse vota simplicia vera, & substantialia vota Religionis. & sic concordauimus constitutionem Innocentij cum Bonifacio viij. & Greg. 13. illa dicente esse de iure diuino votorum sollemnium emissionem, istis de iure Ecclesiastico, vt illa intelligatur ex natura rei, & ab intrinseco, isti ex indulto, & potestate Pontificis: hoc autem fieri posse demonstrari ex Opusculo 19. contra impugnantes Religionem c. 4. vbi S. Th. cum dixisset duos tantum ordines institutos ad prædicandum à Christo Domino, Apostolos & 72. idest Episcopos, & Præbiteros 72. succedentes; nihilominus potest Ecclesia tertium ordinem Prædicatorum instituere, qui propria autoritate prædicarent, præcipuè Papa, qui habet plenitudinem potestatis in Ecclesia, &c. ita in proposito, professio sollemnis habet ex natura sua dirimere matrimonium ratum non consummatum, & iterum impedit contrahendum, & dirimit contractum, cum sunt personæ illegitimæ; in Religione verò Societatis fit ex plenitudine potestatis, vt tale impedimentum per professionem votorum simplicium etiam contractum dirimatur. plura loc. cit. de infallib. Papæ, &c. pag. 297. Sed contentiosos quosdam pronunciauit Cyrillus tom. 1. Conc. Ephes. non defuturos, qui venenum calumniæ, quod semel hauserunt velut spicula quædam in imbecillium animos defigere conantur; & vt dicebat Bas. Ho. de odio, & inuidia: *qui proximam probis perfundunt, tales videntur sibi ipsis malum nomen ex hoc inani verborum usu imponere velle.*

Quarto habetur ex S. Th. quod Pater, & Filius dici possunt duo spiratores, sicut spirantes haberi inquit 1. d. 11. a. 4. certè contrarium habetur 1. p. q. 36. a. vltimo, quod etiam in Concil. Lugdunensi sub Greg.

Greg. X. definitum est dum dicunt Spiritum S. à Patre, & Filio unicum solum inspiratione procedere.

Responderetur non defuisse, qui dixerint S. Th. retractasse id quod dixerat in sententijs: verum Bergomensis noster dubio 1133. ait, quod spirator potest sumi dupliciter, substantiue, & adiectiue, quia est nomen verbale. & secundum Grammaticos nomina verbalia sunt substantiua voce, & adiectiua significatione; vnde idem S. Th. q. 36. 1. p. exponens illud Hilarij, quod Spiritus S. à Patre, & Filio authoribus constitutus est, Hil. accepit substantiuum pro adiectiuo. Si ergo spirator accipiat substantiue, sunt vnus spirator; si verò sumatur adiectiue sunt duo spiratores, quia adiectiua numerantur secundum numerum suppositorum, quibus adiunguntur; substantiua verò secundum numerum formæ sui significati. 1. p. q. 36. 2. 4. ad 7. Vel dicendum ex eodem Bergomensis, quod in 1. sentent. attendit S. Th. significationem nominis, in 1. p. modum significandi, & quia nomina verbalia significant actum, & actus numerantur secundum supposita (quia actus sunt suppositorum 1. met.) idè dixit 1. sent. quod sunt duo spiratores; sed quia nomina verbalia non significant per modum actus sicut verba, & participia, sed per modum substantiæ, & præcipue substantiua; idè in 1. p. dicit, quod sunt vnus spirator.] quare meritò S. Greg. Naz. relatus in Concil. Florent. sess. 6. dicebat: *de nominibus non certabimus si rem eandem significant, &c.* & sic nulla contradictio est doctrinæ S. Th. nec cum Concilij, nec cum se ipso: & debebat Grammaticulorum recolare regulas Donati, ne ferula Grammaticorum vapularet. Dicam de S. Thoma, quod Seneca dixit 7. de benef. c. 8. de Demetrio [quem mihi videtur natura nostris tulisse temporibus, ut ostenderet, nec illum à nobis corrumpi (fluida enim, & euanida sunt, quæ opponuntur) nec nos ab illo corripì posse, inspiens enim corripì non moretur: virum exactæ sapientiæ, &c. Huic non dubito quin prouidentia, & talem vitam, & talem dicendi facultatem dederit, ne aut exemplum seculo nostro, aut conuicium, vel calumnia insipientium deesset] & perbellè idem, quod scripsit Hil. 7. de Trinit. *Comenit, dicens, magna est vis veritatis, quæ cum per se intelligi non possit, per ea tamè quæ ei aduersantur elucet.*

Quintò, quod propositio Magistri 3. d. 6. & S. Th. ibid. q. 2. *Filius Dei assumpti hominem ex humana carne, & anima rationali constitutus: & quia propositio, ille homo cepit esse Deus, & Deus cepit esse homo,* licet sit falsa, non tamen hæretica; & tamen idem S. Th. 3. p. q. 2. 2. 4. in fine ait esse propositionem hæreticam, & damnatam in Concil. impulit autem aiunt in hanc mentem Doct. S. determinatio Concil. quæ ante latuerat.

Responderetur, hanc quæstionem exagitant Scholastici, & vtrinq.

Patres afferunt. pro parte affirmatiua adducitur Aug. 1. de Trinit. & 13. talis erat illa susceptio, quæ Deum hominem faceret, & hominem Deum. Hom. 44. inter 50. idem habet Nazianz. in Ep. ad Cledonium Damasc. lib. 3. c. 17. cum commentario Clithouæi. Maximus Hom. 1. & 4. de Natali Domini; sed contrarium expressè docet Damasc. 3. c. 2. quamobrem non hominè deificatum dicimus, sed Deum humanatum: Maxentius in Cath. professione citat Athanasium dicentem. Verbum caro, non caro Verbum factum est. & in cap. contra Nestorian. hanc propositionem damnat, Christus Deus factus est; sed in rigore sermonis hæc propositio falsa est, scribit Estius 3. d. 7. §. 2. sed secundum quandam improprietatem in hoc sensu concedi posset, v3. factum esse per Incarnationem, vt hæc sit vera, homo est Deus, quæ antea vera non erat: & idem iudicium de illa, Christus factus est Deus, & secundum hoc exponuntur Patres diuersum sonantes, & si Scotus cõrrendat vtramq; esse propriam locutionem. Certè hæc impugnat, vt & præcedentes obiectiones potius ex praua voluntate, quam ex defectu intelligentiæ descendere videntur. hic locum habet, quod scripsit Aug. 4. contra duas Epist. Pelagianorum. *Pervertere nequeunt, saltem commouere conantur;* & si doctrinam non possint destruere, sat est si corda intelligentium inquietant his captiunculis puerilibus; & ineptis collectionibus.

Sextò, quod Deus de potentia absoluta non possit creare aliam terram præter istam, quam habitamus. 1. p. q. 46. a. vlt. ad vltimum.

Responderetur, S. Th. loqui ex suppositione stante nunc ordine vniuersi, non verò de potentia absoluta; posset enim tunc aliud vniuersum creare cum suis partibus principalibus 1. p. q. 25. 2. 5. vbi bene aduertit Cai. restrictis causis ad ea, quæ fecit, & certum ordinè eiusmodi; *Restat ambitus diuinæ potentiæ in sua latitudine ad possibile;* potentia autem identificatur cum sua sapientia, quæ si de facto limitatur ad certū ordinè ex cõmensuratione finis, à fine improporcionabiliter excedente non limitatur sapientia, quin possit ab illa alius rerum ordo effluere, ac proinde posse potentiam respicere obiectum diuinæ potentiæ in sua latitudine absolute; quomodo ergò opponens crimen in S. obijcere potuit, qui nec locū quidem reprehendèdi aliquid etiam in minimis vidit; sed rectè his adaptari potest, quod scripsit Clemens Alex. 1. Stromatum. *Quod sunt quidam, qui calumnias verbis inuenire contendunt, comantiosas comparantes quæstiones dictiuncularum venatores, &c.*

Septimò in lib. 2. cont. gen. c. 30. ait, quod sit possibilis creatura absoluta necessitate existens, quæ proinde non posset non esse, essetque Deus, cuius solius esse est necessarium, &c.

Responderetur, à Ferariensi huic argumento plenissimè satisfactum. Dupli-

Dupliciter enim rem simpliciter, & absolute necesse est intelligi potest, vno modo in sua natura considerata, & tunc dicitur res necesse esse, vt sit, quæ posita in actu non habet possibilitatem ad non esse, ut sunt corpora cælestia, intelligentiæ, &c. alio modo in ordine ad causam productiuam, & per comparisonem ad Deum, nulla creatura habet necessitatem ut sit, cum sit subiecta dispositioni primæ causæ, quæ vt ex nihilo produxit creaturam, posset in nihilum eam redigere. si hæc Poza in cartapacijs suis non deprehendit, poterat ex Ferrariensium solutionem addiscere. Sed hic character est calumniantium, vt cum non inueniant, impugnent, fingant quæ redarguant, vt iusti esse uideantur, uel docti, uel sit plerumque, ut ad aperta contumeliarum uerba perueniant.

Octauò, quod cum voto simplici paupertatis in Religione non possit coherere dominium bonorum: quàm propositionem etiam si plures Thomistæ acriter defenderent, vt ex principijs D. Th. natam, damnauit eam Greg. in Bulla, ascendente Domino.

Respondetur S. Th. locutum esse decretalem Innocentij c. cum ad Monasterium, & locutum esse de voto sollempni ex natura sua, & de iure diuino excludit à paupertate Religiosa omne dominium bonorù; Greg. verò locutus est de votis simplicibus Societatis, & in paupertatis voto dominium esse potest ex statuto Ecclesiæ, vt eum minore offensione dimittendi illos maiorem habeat Societas libertatem si opus fuerit, vt dicitur in Bulla Greg. lege Nauar. c. non dicatis 12. q. 1. & quæ docuimus t. penult. cum de infallibilitate iudicij Apostolici tractauimus in institutione Religionù pag. 197. sed bene Cypr. ad Cornel. ep. 55. quod à Calumniatoribus: *non tam nostrorum modestia, & humilitas, & pudor caditur, quam illorum ipsorum spes, & uita lucratur, inque .n. qui audit, sed qui facit conuicium miser est, nec qui à fratre uapulat, sed qui fratrem epdit in lege peccator est, &c. denique hinc illis Calumniatoribus percussa mens, & hebet animus, & sensus alienus est.* & clarè alienatum à se ipso cernimus opponentem.

Nonò. 3. p. q. 78. a. 1. aiunt docere S. Th. Christum Dominum benedixisse panem, & uinum, non tamen alio modo, neque alijs uerbis, quàm consecrationis, vt licet gratiarum actio distinguatur à benedictione, benedictio non sit distinguenda à consecratione: quæ sententia etiã si fuerit recepta à nonnullis Scholasticis, expulsa est a iure nunc ab scholis Thomistarum, quod oppositum significet Concil. Trid. sess. 13. c. 1. vt expendit Vasquez 3. p. disput. 96. c. x. ideo inquirunt emendandi sunt Theologi Cathedra Pij V. tit. de Eucharistia.

Respondetur, intentionem D. Thomæ fuisse docere Christum Dominum non alijs uerbis usum in consecratione nisi iisdem, quibus nunc Sacerdotes conueiunt. indubitatum id supponitur; nam in 2. p. collat.

22. Concil. Florent. n. 6. impress. nouissime Romanæ fol. 307. id demonstrauit corā Conc. Turrecremata, veritatem Transubstantiationis ex solis verbis Christi, quæ sola tantum efficiunt mysterium, idque probat ex Ambrosio. Emeseno, Augustino, S.Th. q. 78. a. 1. ad 4. & benedictionis nomine non intellexit alia verba, quæ Transubstantiationem effecerint, sed ipsissimam consecrationem, quæ verbis Christi facta est in cæna, & modo fit. Vnde illa verba Apostoli, calix benedictionis, cui benedicimus 1. Cor. x. idem sonat, ac calix consecrationis, quem consecramus; vnde Lyranus dixit per benedictionem Dei consecratur. & Caiet. benedicimus Sacerdotes consecrando. & Maldonatus cap. 26. in Matt. c. 26. benedicendo consecramus. & Benedictus Iustinianus idem sentit verba Græca ponderando. & Chrysostomus Hom. 24. Calicem benedictionis appellat calicem illum formidolosum, & horro- roris plenum; sanè quidem, non enim paruum est quod dicitur. Si- quidem cum benedictione dico, Eucharistiam dico, & dicendo Eu- charistiam, omnem benignitatis Dei thesaurum aperio; benedictio ergo illa Eucharistica est, quia Eucharistiam conficit, vt sit sensus cau- salis. Non fit autem Eucharistia nisi verbis Saluatoris; hæc ergo ipsa benedictio sunt, & maxima benedictio. quod & in simili declaratur ex allocutione Turrecremata in Synodo; nam contra eos, qui putabāt ex orationibus Basilij, quæ præmittuntur ante consecrationem, fieri consecrationem Eucharistia, reuincit eos autoritate Dionysij. dicens: vnde c. vlt. de Ecclesiastica Hierarchia formam Sacramentorum vo- cat verba Christi, quæ conficiunt Sacramentum, & hanc putauit for- mam inuocationis. in Liturgia Basil. apponuntur verba supplicatoria, & inuocatoria, vt Deus faciat panem Corpus Christi; illa verba sunt supplicationis, non factionis; quare omnino illa subsequitur, nec di- citur, vt conficiatur quod confectum est; sed vt panis ille, qui ex mul- tis granis adunatur, fiat mysticum Corpus eius, ex participatione ve- ri Corporis Christi, & refertur id ad fideles communicantes vero Cor- pori, & Sanguini Christi. Ergo sicut per inuocationem intelliguntur, ex Turrecrem. ex verbis Damasc. non alia verba, quæ sequuntur ver- ba Christi in consecratione, sed ipsamet verba consecratoria; ita in pro- posito cum Concil. Trid. vbi opponens firmat suam intentionem, di- cat sess. 13. Redemptorem nostrum Eucharistiam instituisse, cum post panis, & vini benedictionem se suumque ipsius Corpus illis præberet, &c. non refertur verbum illud [benedictionem] ad aliud, quam ipsam consecrationem, & consecratiua verba; vt sensus sit post panis, vini- que benedictionem .i. consecrationem, & si benedictio alijs verbis intelli- gatur facta, quæretur an illa verba benedictionis fuerint completiua, & perfectiua consecrationis, vel non: si dicatur primum, iam habetur ratiouabilitas sententiæ S. Th. quod illa benedictio non fuit simplex, sed

sed effectiua, & consumatiua tanti mysterij: si non, præter illam benedictionem oportuisset addi à Concilio, cum post panis, viniq; benedictione, & consecratione se suum ipsius corpus illis præberet, nec. n. post solam benedictionem confectum erat mysterium, idem .n. Concilium ait per consecrationem panis, & vini, conuersionem fieri totius substantiæ panis in substantiam Corporis Christi Domini; quare dum additum non est in eadem clausula verbum illud, [& consecrationem], utrumq; intellectum est, & benedictio consecratiua, & consecratio benedictionis. Quis ergò error reperitur in verbis Angelici, qui sit à Tridentino Concilio correctus, quod totam S. Thomæ doctrinam in Eucharistica materia canonizauit? non nisi ex tumido spiritu ista procedunt, & proprii spiritus ostensione; sed rectè Greg. exponens illa verba Heliud: *Respondebo, & ego partem ueam, & ostendam scientiæ ueam* Iob c. 31. ait. *Hanc partem omnis arrogas estimat si scientiam non tam habeat quam ostendat, quia nimirum omnes elati scientiam habere non appetunt, sed ostendere.*

Decimo in 4. d. 24. q. 3. a. 2. q. 2. dicitur, Episcopatum à Christo Domino fuisse institutum; nihilominus neque esse Ordinem, neque Sacramentum: quam, ut mentem Doctoris Angelici acriter tueret Sotus 4. d. 24. q. 1. a. 2. & in ea fuere olim Albertus. Bonauent. Argent. Abul. Sylu. Ferrar. Riccardus, & alij, quos refert Vasq. 3. p. disp. 240. c. 2. Nihilominus Petrus de Soto lib. de instit. Sacerdotum lect. 4. de Sacram. ord. expressè affirmat oppositam, ut minimum certa fide tenendam, & Michael Medina 1. de sacr. homin. continentia c. 15. arbitratur sententiam D. Th. esse iam hoc tempore periculosam. Coronidis loco addit Poza. *Alia huius coloris, & censura proferunt id simonia; unde faciunt damnandam esse opinionem minus piam de conceptu uirginis, cum alia iam fuerint condemnata.* Cumque tales assertores non reprehendat Poza, iisdem subscribit: nec solutio (quam affert ad tales obiectiones, putans saluari D. Th. in his assertis, non ex mente S. Th. profecta, sed errore scriptorum, &c. adiecta) subsistere potest, cum sit voluntaria, & potius eundem inuoluit, & subdole loqui manifestat.

Respondetur, ut benè aduertunt Theologi, præcipuè Estius 4. d. 24. q. 28. problematice id disputari inter Catholicos, & negatiuam partem tuentes fatentur Episcopatum esse Ordinem, & gradum Sacerdotio eminentiorem, & habere annexa munera peculiaria, ad quæ non se extendit Præbyteratus: rursus benè saluam non imprimere nouum characterem, nec ex opere operato gratiam conferre, sed characterem sacerdotalem extendi ad quosdam actus Hierarchicos, qui sunt confirmare, ordinare, a quibus antea non extendebatur: considerare debebat oppositor doctrinam Gregorij lib. 9. regist. c. 39. *quod multi sunt f-*

delium, qui imperito zelo succenduntur, & sæpe dum quosdam quasi hereticos insequuntur, hæreses faciunt, saltem materialiter, secundum sententiam illorum, qui dicunt, eam committi materialiter, si aliquid quod hæreticum non est, ad hæresim pertinere dijudicent; sed temeritatis notam saltem non effugiunt, nam sæpe testante Greg. 23. Moral. c. 9. [habêt hoc et arrogantes proprium, quod prius quam dicant, mira se dicere semper existimant, & locutionem suam admirando præueniunt, quia vel in acutis sensibus ipsa elatio quanta sit fatuitas ignorant] & iterum de fallacibus dicit Greg. (quod facit ad Coronidem, Poza) cum fallaces arguuntur, *aliquando tegunt, aliquando in alios transferunt, ut facit Poza loquendo de mente aliorum, tegunt quidem negando cum lateve possunt, sed dum quasi in aperto depreheri tenentur, quod negare nequeunt alijs ascribunt.*

Vndecimò. Amplius ex eodem tract. 7. c. 4. lib. 4. Elucid. dicit, gravissimos DD. dicere esse irregularem, qui alium occidit pro tuenda propria vita. eam sententiam defendit inter eos Angelicus 2. 2. q. 64. a. 7. ad 3.

Respondetur, an ideò culpanda lex Nicolai, quæ tunc vigeat, postea mutata rationabiliter. Egregiè Clemens 3. Præd. g. c. 11. *Vestes congruunt aetati, personæ, & tempori*, quo exemplo Aug. & S. Th. utitur, pro diversitate temporum varia, & diversa instituta Sacramenta, docentq; rationabiliter aduersus Manichæos veterem legem antiquam, eius loco Euangelicam subrogatam. S. D. cum cit. DD. eam decretalem secutus est, quæ suo tempore abolita non erat; sed non nisi cæca malitia in hac obedientia cum, immerito vapulent, qui ex obedientia decretalis suorum temporum legem Ecclesiasticam defendebant. Quàm benè se extricat Angelicus ab his obiectionibus se vindicans, utendo s3. verbis Gelasij ad Anastasium Augustum: *Si nos superbi sumus, vel malè docentes, qui obediendum dicimus paternis institutis: qui refragantur, quo appellandi sunt nomine?*

Et per hæc patet ad consimilem obiectionem, quàm faciunt fraterati apud Monroy c. 32. quod S. Th. 4. d. 41. a. 1. q. 4. ad 3. dixerit ex sponsalibus irritis non oritur impedimentum publicæ honestatis, quod est cont. c. ad audi. & c. unico de sponsal. in 6. sed S. Thomæ doctrina honoratur in Trid. sess. 24. de reformat. c. 3. nulla verò est contradictio: nam Alex. non prohibet fieri matrimonium ex ea ratione, quia sponsalia illa nulla fuerunt; si quidem illud impedimentum à contrahentibus, & alijs multis nesciebatur, sed ex scandalo, quod suboriri poterat, si vni fratri, promissa mulier alteri viro traderetur, quod à reliquo cognosceretur. & c. accessit idem Alex. de desponsat. impub. docet sponsalia nulla ex defectu consensus non creare publicæ honestatis iustitiam, aliqua tamen hic, & si ea legitime postea sunt dissoluta, quam

doctrinam sequitur S. Doct. loc. cit. q. 3. ad 1. vel dicendum non edicam nouam legem ab Alex. sed priorem cum modificatione exceptam, & non omnia sponsalia nulla ex defectu consensus, sed aliqua, & sic ab eodem Alex. mutatio, & explicatio, vel modificatio facta est, secundum diuersitatem personarum, & huiusmodi. Lege quæ ad hanc obiectionem tradit Dominus de Monroy in Apologia contra Pozam c. 32. Facile ergo est calumniari cum res non considerantur serio, sed per transennam. notat Dominus Caiet. in ea verba Matt. 27. quod prætereuntes blasphemabant crucifixum, cum tamen ait: *mos sui, quod transeuntes, & spectantes commiserantur crucifixos.* & ad contumelias, prorumpabant, quia non considerabant; vt sciamus quoque, quod qui res transeuntes spectant, quia rem non considerant, in detractiones, & contumelias, vel inconsideratas prorumpunt censuras, vt patet in nostro proposito.

Duodecimò arguit Poza in memoriali ad Iudices veritatis; docet S. Th. 3. p. q. 25. a. 2. non esse adorandam humanitatem Christi adoratione latræ, quæ doctrina est opposita ijs, quæ traduntur in 7. Synodo.

Responderetur expressè nos doceri ex eadem Synodo act. 4. *Non esse duas adorationes, sed unam imaginis, & primi exemplaris: & iterum, qui adorat imaginem, in ipsa ipsum Regem adorat.* quod reprobatur Synodus, est, ne imago Christi adoretur, vt credatur in ea esse aliquid numinis, & vt sub alijs verbis doceat Theologi, vt res quædam est, bene tamen eadem adoratione adorari potest, vt imago est; vnus enim, & idem motus est in imaginem, & prototypum; vnde Trid. dicit nos imagines adorare, non quod credatur in eis esse aliqua diuinitas, vel virtus propter quam sunt colendæ, &c. vt olim fiebat à Gentilibus, &c. & Damascenus 4. fidei orthodoxæ c. 17. *Conspiciat Gbristi crucifixæ imagine, profecti non materiam, sed eam, cuius imago effingitur, adoremus,* & ipsa Synodus Nic. act. 7. rationem reddit. *Imaginis enim honor in prototypum resultat,* sed vt dicitur in 5. Synodo act. 8. *quidam male excipientes ea, quæ hæc, & opportuna à SS. Patribus PP. scripta sunt, hæc verba proferunt.*

Decimotertio arguit apud Monroy, opponendo D. Thomam dixisse 3. p. q. 2. a. 3. & 6. non esse hæresim ponere duas Hypostasies in Christo, & oppositum damnatur in Concil. Ephes. 1.

Responderetur non negasse S. Th. eam sententiam esse falsam, & erroneam, vt patet ex q. 4. a. 3. non apposuit censuram hæresis; nam non erat propositio formalis Nestorij ponentis in Christo duas personas, quæ in Concil. expressè damnata est; verum, quia ex vna naturaliter cognita, nempe idem esse personam, & Hypostasim, & alia de fide, quæ in Christo non sint duæ personæ, deducitur conclusio Theologica ex

vna de fide, alia euidenter cognita, vel dicendum dixisse non esse heresim expressam sub his terminis, sed saltem implicite; utroque autem modo fides labefactatur. Sed ut dicebat Vigilius 2. contra Eutychem. *Plerumque celestium Doctorum virtus vitio male intelligentie temperata, non secundum qualitatem sui sensus perpenditur, sed in alia pro arbitrio legentis, secus quam veri ratio postulat, deriuatur.*

Decimoquarto, quod etiam Papelliste tribuit Monroy c. 30. nimirum S. D. lapsum contra Scripturam auctoritatem, scribens 1. 2. q. 102. 2. 4. ad 6. dicendo propitiatorium fuisse tabulam lapideam, cum fuisse ex auro purissimo sacra Scriptura Exodi 25. & 27. expressè commemoret.

Respondetur, si opponens legisset D. Tho. in comment. Ep. ad Hebræos lect. 1. vidisset D. Th. dicere, quod inter alas Cherubim erat *tabula aurea*, in multis exemplaribus deest particula *lapidea*; ita testatur ibidem haberi in insigni Conuentu Salmaticensi, & P. Valquez in eundem locum, & antiqua pariter habent exemplaria Vaticana, & licet in moderna correctione Pij v. irreperit istud mendum, impressionis vitio tribuendum, vel sciolis emendatoribus. sed non mirum, nam & similia etiam reperiri posse in correctis nouissima vulgata Sixti v. pareret ex prefatione. Sed nihil prius domesticis inimicis, dicebat quidam, *maximè habentes speciem pietatis in studio, cuius virtutem distemperant in sensu, trahunt ad se multos inordinatos, & non habentia spirituum discretionis corda conturbant*, dicebat Prosper lib. contra Collatorem.

Vltimò sigillatur S. Tho. de inconstancia, quod patet ex multis dictis, in quibus se retractauit.

Sed respondetur ex Petro de Soto, Brentianas calumnias dissoluen- do, male Brentium existimasse Augustini auctoritatem derogari, quod retractationes scripserit, in quibus maximum exemplum modestie & diligentie; hinc circumspeditionis circa doctrinam nobis reliquit, quibus quantum auctoritas Scripturarum accretas, quis ad videt? Certo vel nomen ipsum retractationum apud rectè considerantem Augustini auctoritatem conciliat, circa ea, que non retractauit, apud retrospicientem verò hoc libi os multò maiorem ex diligentissima censura, & Ecclesiasticis sensus tenacissima constantia, quanto in omnibus illis presereferet, ex quibus nec minimè quidè verbis suis paruo, si Augustinus edidit libror retractationum, que non retractauit, his ad eo confirmata sunt, quare maioris sunt auctoritatis. Idem de S. Th. dicendum. Retractationis verò necessitate idem S. Aug. ostendit in 1. lib. in prol. retractationū, dum dicit. *Neg. n. quisquam nisi imprudens libet quia mea errata reprehendo, me reprehendere audebit, sed si dicit, non ea debuissè a me dici, que postea mihi etiam displicerent: verum* di-

dicti, & mecum facit; eorum quippe reprehensor est, quorum & ego neque n. ea reprehendere deberem, si dicere debuissim, sed qui primas non potuit habere sapientia, secundas habeat partes modestie, ut qui non valuit omnia impetenda dicere, saltem pariterat, qua cognoverit dicenda non fuisse. Certè putare non debuissit Augustinum, vel quemlibet sapientem, non rectè dicta retractare, quamvis ait Aug. Ep. 7. ad Marcellinũ, magnũ sit id, & laus præclarissima dicere, quæ retractanda non sunt, tamen credibilior est de nimium fatuo, quam de sapiente perfecto; nam & illi, quos vulgo moriones vocant, quanto magis à sensu communi dissonant, magisq; absurdi, & insulsi sunt, tanto magis nullum verbum emittunt, quod remocare velint, quia dicti mali, vel stulti, vel incòmodi paniter, usque cordatorum est, &c. legatur Ep. 7. ad Marcell. sed sunt quidam, dicebat Cicero 4. Acad. demic. qq. qui errare volunt, eamque sententiam, quam adamaverũt pugnacissimè defendere, quam sine pertinacia, quod constantissimè dicatur exquirere.

Quidam verò alij, vt Salazar tract. de concept. vocat Thomam varium, & inconstantem, sicut & S. Bonavent. propter diuersitatem ait, quæ in materia Mariarum Conceptionis inspicitur; modo enim eam præseruatam dicit, modo à primigenia labe non facit exemptam, sed testis inquit vario, & inconstanti non deberi fidem iura proclamant; subinde nomen Dydimi aptandum quoque Angelico, sicut & Dydimio Apostolo propter eius fluctuationem, & dubietatem.

¶ non esse ad propositum; quod adducitur ex iuribus de teste vario; varius enim testis est, qui in iudicio præunte iuramento, profert dictum affirmatiuum, & in repetitione profert dictum negatiuum, & compellendus est, ut dicat, in quo dicto persistat, vt possit legaliter profertur sententia. Non est autem simile, quod in speculabilibus, & doctrinis practicatur; potest enim quis verisimilibus rationibus inductis, vni sententiæ subscribere, & postea re melius inspecta ob meliores rationes inspectas, oppositæ sententiæ subscribere, quod in nullum redundat præiudicium; imò id valdè conducit ad veritatem indagandam. Nec est ad propositum, quod de Apostolo Thoma Dydimio asseritur; manifestè enim ille in fide dubitavit, & verum reddidit testimonium, cum retractando errorem dixit, Dominus meus, & Deus meus. & id permissum, vt eius dubitatio fluctuantia corda ex hoc testimonio solidaret. Idem accidit Paulo ex Ep. Pelagij Papæ ad Episcopos Ikeriæ, vt ex oppugnatore fidei, Prædicator eius efficeretur; vt cunctis quibus per illũ fuerat prædicaturus ostenderet, quia valdè verum est Dei Euangelium, quod & tanta duritia inclinata prædicaret, vt dum auditores eius, quæ ab illo contra fideles sunt gesta recolunt, repente eum ad fidem veram conuersũ, non sine ratione sentirent.

H h 2 Idem

Idem dicendum de sententijs, quas Augustinus, vel Thomas retractarunt; dum enim non retractant, sed firmant, ostendunt manifestè, meritò, & cum fundamento rationabiliori, quod prius scriptum erat emendandum; vnde Aug: de hoc labore correctionis suorum operum lætabatur scribens ad Quoduultdeum. *Agebam rem plurimum necessariam, nam retractabam Opuscula mea; & si quid in eis me offenderet, vel alios offendere posset, partim reprehendendo, partim defendendo, quod legi debet, & posset operabar, & duo volumina iam absolueram retractatis omnibus libris meis.* Id ipsum valdè optabat Nazian. in suis operibus limam adhibere, sed ei non concessum est; vnde dicebat: *Situ carieque librè obstiti sunt, lucubrationes meæ rades adhuc, & inchoatæ, quibus quæ eandem aliquis amicorum ultimam manum apponet; omnia etiam viventi mortua sunt.* Vide Baron. anno 436. h. 16. vbi offendit quanta sit sollicitas scriptorum ante obitum operas suas limare, & recognoscere, quod & ipse non semel fecit. Solus Momus est, quod pulchrum rodit, nec sanctis parcat; vnde Nazianz. in Quadra. ieiun. silent. *Nam quia perpetuus linor sermones meos inimico, atque infesto oculo perspectatis idcirco faciendum mihi censui, ut silentio acquiescerem. At à Chrìste certissimè hominum medicæ, linorè quæso compeste, meq; ab acerbis, ac virulentis linguis extractum, ad splendorem suum perducito. cuius egregiam virtutem studiosi diligenter, & pro viribus imitari debent.*



C A P V T III.

Aduersus murmurantes S. Thomam omnia
vertisse in vtrum, & Aristotelem Chri-
stianismo copulasse.



1 Illa illa Apocalypica Martinus Luthe-
rus, cuius lingua etiam contra Sanctos,
diabolus armauit, hæc in S. Doctorem
eiaculari tela non erubuit, dicendo lib.
ad Syluestrum, quod S. Thomas, per
omnia ferme sua scripta nihil aliud fa-
cit, quam disputat, & quod grande est
etiam ea, qua fidei sunt, in quaestiones
vocat, & fidem vertit in vtrum.

Idem apud Catherinum in Apolog.
scribit, quod sit vera fidei, & bonorum
operum corruptor, & scripturarum dilacerator, diuiniq; verbi per-
uersus interpret, veraq; adulterator Theologia, hæresum, atq; falsi-
tatum plurimarum inuentor, & qui Christum ad mundi doctrinam,
& non mundum ad doctrinam Christi trahat. & in Opul. ad Leonem
hæc de SS. Thoma, & Bonauentura scripsit: Sancti illi viri cum vi-
derent Aristotelem ab indoctis, & Christum ignorantibus in tanta
authoritatis veneratione haberi, ipsi, ut erant humiles sensu, pia sim-
plicitate sunt locati, & in errorem prolapsi, cæteris occasio fuerunt tot
turbinum opinionum, quaestionum, errorum, sicut in Scholasticis DD.
videmus, & digni fuimus, qui Christum reliquimus, ut ipse quoque
nos derelictor etiam per electos homines in occasionem dat erroris, &
infiniti laboris.

Lib. contra Latomum, dicebat: mecum est consilium, ut adolescen-
tes vitent Philosophiam, & Theologiam Scholasticam, ut morum
animæ suæ. & iterum, Thomas multa hereticè scripsit, & author est
regnantis Aristotelis, & vastator piæ doctrinæ. Hæc impius Hære-
sarcha.

2 At nouissimè, Poza de Catholicorum tamen castris, quid senserit
audiamus lib. 2. c. 6. Elucid. Hunc titulum præfigit huic capiti, videli-
cet

cec

cet. *Qua sit auctoritas Aristotelis regnantis nunc in Scholis.*

Opponit ergo, quod olim Ecclesia Dei syllogismos, & contradictorias oppositiones à suis auribus repellebat. Sic quidam Monachus act. 11. 6. Synod. *habens ordinem, oppositionem, & Aristotelis Syllogismos*, repulsam passus est, paulò post Peripatetici vocantur. *Vani naturarum ponderantes, otiosi negotiantes, & turgidi*, eorumq; argumenta disputationis callidè, intra eorù retia fuisse collisa. in 8. Synodo Encyclia Photij, dialecticam Aristotelis innixam principijs, despectui habet. Nazianz. orat. de moderat. in disput. habenda, prstigijs, ait Aristotelis, & Platonis, velut *Aegyptiacas plagas*, in Ecclesiam irrepsisse. & orat. 1. de Theol. taxat Aristotelis *iesinam, & angustam providentiam, versutumq; item artificium, & mortales de anima sermones: & nimis humana, & abiecta huius viri dogmata*. Basilius eundem contempnit 1. contra Eunomium, Arianos de Aristotelico fonte venena potasse, scribunt Epiphan. 1. contra heres. c. 69. Hieron. contra Luciferianos, Theophil. Alex. lib. 2. Pasc. Origenem carpit, quod per Philosophicas Aristotelis argutias suis fidem conciliauerit.

3 Ante annum nonagesimum, vel millesimum post natum Christum alij Principes Philosophiæ regnabāt. Quamdiu steterunt Athenæ, Platonis, Stoicorum, & aliorum sectæ, Peripateticam obscurarunt. Plures anno millesimo Theologiam Aristotelis diuexarunt, ita Galenus, Atticus, Platonicus, multi Antistites, & proceres eidem Platonem prstulerunt. Postquam Athenæ corruerunt, & Roma à Barbaris afflicta, cum Mauris Aristotelis libri in Hispaniam, pariter commigrarunt; Alpharabius, Auerroes, Avicenna, Luretiæ eisdem inuexerunt; & ante Magistrum sententiarum, Gulielmum Parisens. & alios Scholasticos in Hispania, Gallia, Italia non alijs commentarijs scholares utebantur, quam Auerrois, qui fuit Mahometanus, sensumque opinio de Aristot. per Prouincias Europæ vagari cepit. Orientales Platoni potius addicti fuerunt. sub Eugenio. 4. & Nicolao Pontificibus, Georgius Gemistus, & Bessarion Platonicæ excoluerunt.

4 Admissa verò eius doctrina, non leuis ambiguitas est, quæ nam sint vera opera, quæ Aristoteli tribuuntur, & de multis exëplificat: sed dato (ait Poza) multi sint, qui legitimi factus credi possint; multa sunt addita, & detracta in litteræ contextu; vt Strabo, Philoponus, & alij nò semel testificantur. Obscurus stylus non parum ipsum denigrat, quâdo & ipse instar polypti omnium sententias imitatur. Quorsum ista? vt in ijs, quæ (ait) *ad gloriã Virginis predicamus, si quâdo minus Aristoteli videantur consentanea, eo solum nomine repudientur, quòd sanguis Lætor me ante Auerrois, aut Aristotelis principatum esse locutum.*

5 Sed vt primum pronunciatum Luthericum confutemus; nimirum
Scho-

Scholasticos, & S. Thomam præcipuè omnia vertisse in utrum; sciente Etherodoxi, quod in uitium uitio coarctatur alieno; dum quæstiones ab hæreticis præcipuè motas dissoluunt orthodoxi, & hoc est insigne diuinæ prouidentię beneficium, quando (ait Aug. lib. de uera Religione c. 8. *questio ab hæretico mota, existit discendi occasio*. nunquam quæ-
runt nostri, ut credant, quærere enim hoc modo, testera infidelitatis est, ut ostendit ex scripturis, & Patribus e. 1. Præf. lib. 2. a. 1. supposita autem fide, laudabilis est inquisitio huiusmodi; maximè exigente hæreticorum instantia, & satisfacere unicuique poscenti reddere rationem quantum par est de ea, quæ est in nobis spe, & fide, præclarum est, unde prompti debemus esse ad respondendum, ut dicebat Chrysostomus Hom. 16. in 1. c. Ioannis. [Credimus in Patrem, & Filium, & Spiritum S. in resurrectionem corporum, & uitam æternam. Si quis Gentilium perconstaretur. Quis hic Pater? quis Filius? quis Spiritus S. Tres Deos asseritis, & nos plurium Deorum assertores reprehenditis? quid ad hæc dicetis? quid respondebitis? quo pacto has dissoluetis obiectiones? quid autem si uobis ad hæc obmutescerentibus aliam inferat quæstionem? an in hoc corpore, an in alio resurgeturi sumus? & si in hoc, quæ necessitas est, ut dissoluatur. Quid præterea hoc tandem, & non in superiori tempore Christus humanam carnem accepit? Quid ei in præsentia potius quam tot superioribus seculis uisum est humano generi prouidere? neque enim necessarium est, ut qui plures præterea quæstiones accumulatur, earum conticeat solutiones, ne rudioribus oblit] quid aliud facit D. Th. in Theologia nisi hos articulos examinare, quos infidelitas mouet, ut eos dissoluat? idem Chryf. ibid. [Absurdum est, quod medicus, coriarius, textor, & omnes generatim opifices, quisque pro aris suæ professione pugnet; Christianus autem non possit ullam Religionis suæ asserere rationem. &c. Hoc non sinit Gentiles recognoscere errorem suum, atque deridere; nam cum ipsi mendacitatem nixi omnia faciant, ut dogmatum suorum ignominiam defendant, nos autem ueritatis cultores, ne hiscere quidem ad nostra euitanda possimus, quæ causâ est quin doctrinæ nostræ nimiam damnent imbecillitatem, quin fraudem, & stultitiam in nobis suspicentur, quin Christo tamquam mendaci, & multitudinis stulticia fraude sua abutenti maledicant, &c.] & iterum [si illi (nempe Gentiles) ut contra Religionem nostram loquerentur, tantopere inuigilant (scribendo contra fidem) quæ nos uenia dignamur, nisi huiusmodi eorum nos insultus impulsate calcamus? Hoc nobis præcepit Petrus, parati semper ad satisfactionem omni poscenti nos de ea, quæ in uerbis est fide, & spe] hæc ille. Hunc scopum attingunt quæstiones, & articuli Scholasticorum, & quæ præcipuè in hoc tractatu, ut Gentilium, & hæreticorum dubitationes per solutionem eorum, quæ proponuntur argumenta soluantur.

Secundum verò pronunciatum Luthericum, euanidum demonstratur; in hoc enim mira sapientia nostri Cherubim eluxit, vt Aristotelica dogmata exponens, illis vteretur miro artificio ad dissoluenda posteriorum hæreticorum criminationes.

Primis illis seculis Platonis Philosophia tenebat principatum, laudabatur à Patribus, quod veritatem ab Hebræis acceperit; vnde Clem. Alex. hortatoria ad gentes, dicebat: *unde namò Plato veritatem congecit? unde nam abundè suppeditata rationis copia, & pietatè, verum Dei cultum vaticinatur? His inquit sapientiora Barbarorum genera. noui tuos magistros, & si eos celare velis.* Alibi Platonem ex Hebræis Philosophum dicit. & S. Aug. lib. 7. confess. c. 9. Platonem doctrinam assimilem legebat initio Euangelij S. Ioannis, *In principio erat Verbum, &c.* idemque Aug. de vera Relig. c. 4. dicebat: *factum esse, vt paucis mutatis litteris, atque sententijs, Christiani ferent, sicut plerique recentiorum nostrorumque temporum Platonici fecerunt.* & de se ipso narrat 8. confess. c. 2. quod cum adijisset Simplicianum, & commoraretur apud illum, & delectari solum agnouisset August. in quorundam librorum Platonicoꝝum lectione, *gratulatus est, ait mihi, quod non in aliorum Philosophorum scripta incidissem, plena fallaciarum, & deceptionum secundum elementa huius mundi, in illis autem, omnibus modis insinuari, Deum, & eius Verbum.* Quid senserint etiam iidem de Trinit. patet ex lib. de Ciuitate Dei, &c.

7 Aristoteles autem non obtinuerat tantam celebritatem qualem Plato obtinuerat; vnde & Cicero Platonem *Philosophorum Deum* appellabat. Abolitis autem prisca hæresibus, aptiora tela nouis nascentibus iudicaruut multi Ecclesiastici tractatores, & in primis S. Thomas ex Aristotelicis axiomatibus posse confutari aptius, & robustius, & contraria argumenta facilius posse dissolui: vnde idem accidit Peripateticæ doctrinæ, quod accidit Agar, quæ exulans ad petitionem Saræ, & per desertum vagans, Angelico aspectu persuasa est, vt ad Dominam Saram rediret. Est autem Agar typus veritatis, & sapientie mundialis, quæ tamen ancilla deberet esse sapientie, quæ bene Ægyptia dicitur, quia Philosophia in Ægypto abundauit, significari etiam Encyclicas disciplinas, quibus adiuuatur; & ideò concepit ex Abraham, & nunc eleuatur contra Dominam suam, cum propriæ confisa sapientie, Dominam, & Principem Theologiam despicit. *Vide, dicebat Chrysostr. ancilla ingratiudinem, & sexus infirmitatem. Videns, inquit Scriptura, illam se concepisse, despexit Dominam suam; illi .n. ferè seruum, mos est, ut cum parum prosperitatis eis aspirauerit nequeant intra suos limites manere, sed statim sui ordinis obliuiscuntur.* Inflata ergò incadebat sapientia Peripatetica, sed afflicta postmodum, Angelico ministerio, laborata, Angelici namque Doctoris con-

filio

alio illud accepit: *revertere ad Dominam*; iustum enim erat, ut ad rationis obedientiam reduceretur, ut non sentirent aliud quam quod Dominæ præcepto sentiendum præciperetur; inde prolis multiplicatio facta est ex multitudine Philosophorum dantium nomen Christo, & iux. præscriptas formulas Dominæ Theologiæ loquentium. Debet igitur Orbis Angelico, non quod Ethnico Aristoteli Christum copularit, sed quod Aristotelem potius ad Christum traxerit, & ancillam Agar vocarit ad inferuendum Dominæ Theologiæ, non turgida, & vana, sed humiliata, & sub illius correptione loquens.

8 At Aristoteles (dices) in multis erravit; erravit etiam & Plato. homines fuerunt, sed diuinitus nobis prouisum est de Dominæ Saræ, hoc est Ecclesiæ principatu, qui ubi deprehenduntur liberis verbis loqui, præscribit nobis quomodo nobis ad certam regulam loqui fas sit, ut docebat Aug. sic vtrique leguntur, quatenus veritati, & pietati inferuerint. Fuit tempus cum Platonem sequeretur Antiquitas, cum eo tempore sic expediret, ut facilius ex Platonis schola fieret transitus ad scholam Christianam; sed postmodum Aristotelicis axiomatibus opus fuit, ut expeditius errores postea exorti confutationem acciperent, & veritas orthodoxa facilius suaderetur. Multum tribuendum Platoni, & magis præ illo tempore, quam Aristoteli, & nunc magis Aristoteli, quàm Platoni deferendum. Non in omnibus eos esse relinquendos ratio suadet, sed ea accipere oportet, quæ ratio, uel fides suscipiendo demonstrant. Si Agar, & Ismael, & Sara, cum Isaac concordēs esse uelint, in eadem domo permaneant: at ubi iurgia, & factiones oriuntur, eijciantur, & exulent. Non præiudicat amborum Philosophorum doctrinæ, ipsorum in multis lapsus, & errores, nec enim pro regula infallibili dati sunt nobis, ut singulis eorum dictis assentiamur, sed in tantum eis, quæ docent assensum præbeamus, in quantum certa ratio, uel fides, recipiendos esse præscribunt, inaniter ergò laborauit Poza, ex erroribus Aristotelis ipsum ablegando à scholis, cum pari ratione Plato ob suos errores reijci ab eodem debuisset. sed totus discursus eius à Philautia processit, ut contra principia Peripatetica sua paradoxa induceret, quæ tam ab Aristotele, sed Theologia, Peripateticam doctrinam assumente accipiuntur, quæ in sui subsidium, captiuat omnes scientias humanas obsequium Christi.

(†††)

C A P V T IV.

Confutantur qui sententiam S. Thomæ in
 Conceptione Deiparæ ex indictō silen-
 tio asserunt fuisse relegatam in In-
 sulam mentalem, obscuro car-
 ceri mancipatam, & prope-
 diem fulmine ple-
 ctendam.



RX decretis Pauli v. & Greg. xv. vbi im-
 peratur silentiū sustinentibus affirmatiū
 sententiam circa Conceptionem Maria-
 nā emaculatā à primigenia labe, obmur-
 muravit ille iunior 4. lib. Elucid. tract. 1.
 c. 5. dicendo [per quod iam exulat a
 scholis, & relegata est in Insulam menta-
 lem, omni ferè Populo Christiano inui-
 sa, tenebris silentij addicta ad custodiam,
 donec ab Apostolica Sede vinc̄ta illa sen-

tentia capitale falmen accipiat.

2 Sed ex his dictionibus grande fuisset præiudicium allatum tali sē-
 tentiæ, reclamante Apostolico Throno atque dicente. *Per hoc tamen
 non intendimus reprobare hanc opinionem, nec ei vllum prorsus præ-
 iudicium inferre, &c.* Quod si in litibus, vt Paulus instruebat Timo-
 theum 1. c. 5. dicendo : *hec custodias sine præiudicio nihil faciens in
 alteram partem declinando;* id magis obseruat Ecclesia in dogmatum
 definitione, & propositionum qualificatione, quare talia decreta fue-
 runt prouisiua, non decisiva, ex silentio occurrens importunis rumo-
 ribus, & scandalis passiuus, quæ exoriebantur, & ex suspensione des-
 tinationis, donec articulus decisis sit ab Apostolica Sede, relinquens
 vtramque sententiam intra latitudinem opinionis; non secus, ac fecit
 Patriarcha Iacob, in nullo præiudicans Ioseph filio tot charismatibus
 cumulado, cui licet inhibito loquendi facta fuerit de diuinis reuela-
 tio-

tionibus, rem tamen Paternius tacitus considerabat: & è throno clamat idem Pontifex: non dum tale mysterium præseruationis esse Ecclesie patrefactū, vt patet ex litteris Apostolicis directis ad Catholicum Regem Philippum eius nominis tertium, & ad Serenissimam Infantem Monialem Ordinis S. Therese. Vide insignem Sedis Apostolicæ prudentiam, vide sapientiam, vide filiorum Ecclesie obedientiam. Non semper (Greg. testante in Moralibus lib. 30. c. 7) *cuncta tempora doctrina sunt congrua. Nam plerumque doctorum virtus perditur, si intemptiue proferantur. Sepè verò quòd & lenius dicitur conuenit temporis congruentis animatus ille ergò scit rectè dicere, qui & ordinatè nouit tacere.* Quid enim prodest eo tempore redarguere, & differere, vbi repulsam sermo patitur, & offensionis fomes potius ministratur, quàm eruditionis tibi non est auditus, ne effundas sermonem, dicebat sapiens. *Doctrina itaque, subdit Greg. vt peruenire ad cor audientis valeat, qua sibi congrua sint temporum momenta perpendat.* idem exemplum potest dari in correptione morum ex eodem Greg. *Doctores enim Sancti quando & arguenda conspiciunt, & tamen se per silentium in cogitationibus retinent, quasi in specubus latent, & velut in antris se contugunt, quia in suis cordibus occultantur; sed cum opportunum tempus inuenerint, repente profluant, nulla qua dicenda sunt reticens, & cernicem superbientem, morsu asperæ increpationis tenent; ita in proposito cum ad erudiendum, vel differendum non proficitur; melius latitat DD. ex se in specubus silentii, & in cordibus occultantur; multo magis cum ex præscripto summi Pastoris hæc sermonum dispensatio, vel resinetur, vel relaxatur, vt loquens, vel tacens, disponere dicatur suos sermones in iudicio. sic gradis Sanctus, vel Doctor Ecclesie, cui silentium imperatur; nam ex eodem Greg. ibidem, & si Doctores quorundam fidelium ad agendum sunt, vniuersaliter tamen Ecclesia discipulos se esse gloriantur. Tunc autem iudicium silentium non perfidiam arguit eorum quibus indicitur, sed summam obedientiam; vnde & quidam sciolus incautè pronunciauit, tale silentium datū affirmatiuz sententiæ non secus, ac incredulo Zacharie impositum legimus ab Angelo [eris tacens, & nō poteris ultra loqui] &c. sed dispar ratio est de Zacharia, & alijs DD. sequentibus opinionem affirmatiuā. Ille ex Chryso. ser. 90. *qui non credidit, tacuit, & serm. 98. in tempore placationis offendit, qui dum credis dubitat, dicente Angelo, quia non credidisti verbis meis; alij verò Doctores non de infidelitate taxantur, cum de nulla re, quæ sub fidei cancellis concludatur sit hæsitatio; imò sub libertate sentiendi ad veramque partem fideles relinquuntur. & que tacentis culpa, si imperat vis iubentis Angeli, dicebat idem serm. 86. de Zacharia; similiter nulla culpa, vbi silentium præscribitur auctoritate iubentis; imò mira obedientia, quod**

silentio illam eandem auctoritatem tuemur, pro cuius honore, & defensione sacri Principatus latrauimus contra schismaticos, præsertim Basileenses, qui ausi sunt subdere Papam Concilio, & iudicium Sedis Apostolicæ in definiendis controuersis fidei anteuertere. *Sensit Zacharias lingua sua vincula iannam clausisse sermonis, imperauit nutu, ne quis causas taciturnitatis inquireret, quia celeste mysterium dicere non didicerat, qui didicerat scire, sed hoc ad tempus, quia Sacerdotis differat sermo, non aufertur, reconditur, non fugatur. Quæ ergo contra ius, & fas est dictoria talia euomer in Prædicatores, ut multi scribentes, & obloquentes faciunt, nempe sententiam S.Th. vocem amisisse, perpetuò esse suffocatum, esse in carcere reclusam, propediem fulmine plectendam, &c. hæc enim dictoria contra Bullas Summorum Pontificum pugnant, & qui tacere facit, concedere potest loqui, & qui imperat silentium, linguâ soluere potest, dicente diplomate, tacendum à defensoribus affirmatiuæ, donec iste articulus fuerit per Sedem Apostolicam decisus, vel aliter per eandem fuerit ordinatum. Zacharias, dicebat idè Chrysol. qui prophetias loquebatur Populis, tacet sibi, ut non ingrati Deo sumus, si nos semel, in hac materia tacere voluit, & ad tempus tacere voluit, donec fiat decisio, vel aliter sit ordinatum, quibus semper inoffensum datum est verbum, idemque Zacharias: nos tacens pio consolatur exemplo, & silentio suo nos de nostro non finit esse tristes silentio. vnde obtemperantes decretis Apostolicis, non leuis hæc est victoria, tacendo obloquentes vincere; nam etiam de Susanna, quæ obloquationes passa est, tacendo triumphauit, dicente Ambros. Susanna tacuit, & vicis, ut dicitur. & in Exo. 14. scriptum est. Dominus pugnabit pro vobis cum iniuria ab obloquentibus infertur, & vos tacebitis, obediendo Ecclesiæ ordinationibus.*

3 Satis autem elumbe argumentum est ex communi, & indeterminato colligere (& est fallacia figuræ dictionis) v. e. cum dicitur videri venientem, ergò est Franciscus; nam cum multiplex possit esse causa silentii, inepta sit collectio, ergo mala, vel damnata, vel carcere digna, vel exilio, & morte ea sententia affirmatiua, cui silentium indicitur. Silentio inuoluenda esse difficiliora mysteria in primis tradidit Dionys. ad Timotheum. *Ne passim ea rudibus tradas, sed Sanctis solum sanctarum rerum intelligentias sacratius pandens.* S. Ignatius ad Trallianos abstrusiora tacuit, ne ait vim mysteriorum minime capientes strangulemini. S. Basilius de Spiritu S. ab initio res Ecclesiasticas in occulto silentio mysterij auctoritatem conseruantem rationem videtur reddere ibidem, quia dogmata silentur; edicta verò publicantur, & Greg. I. de Theol. ne in profanas aures, quæ silentio sunt adoranda proiciamus, multa exempla congerunt Patres ad hunc morem probandum. legendi Chryst. Hom. 40. in 1. ad Corint. hom. 18. in 2. ad Cor.

Cor. Epiphan. in Anchorato Innoc. ad Decenn. Eugubinum, Ambros. lib. de ijs, qui sacris initiantur mysteriis. Iſch. t. in 4. c. Leuitici. Theodor. in c. 8. ad Hebræos: non idcirco culpanda est doctrina si non omnibus euulgetur, sed incapacitati audientium consulitur; vnde Cyrillus Hierosolymitanus cateches. 1. si catechumenus ex te quaesierit, quid dicebant Doctores, nihil dicas externo, &c. retinim aproxi vinum quandoque postulât, quod si iniepestine illis detur, pbrenesim conciliat. Propterea Exod. 21. operiendam esse cisternam mandatum legimus, ne aliquod animal in eam caderet; vnde Greg. 11. Moral. c. 14. dicebat. *Quisquis ad alta scientiæ fluentia perueniens, cum hæc apud bruta audiensium corda non contexerit, pæna reus addicitur si per verba sine in scandalum, sine munda, sine immunda mens capiatur.*

4 Hinc difficilioreſ quæſtiones in publicum propalare non est laudabile; vnde dicebat Aug de bono persec. c. 18. *Pacile est, imo, & vtile, ut aliquid taceatur propter incapaces, quoniam sicut is, qui infantibus suppedisaret eosdem, & eodem modo conditos cibos, quibus vesci solent, non præberet eis alimentum, sed valetudinis nocumentum afferret; ita si Christiani rudēs, atque imperiti admittantur ad difficiles quæſtiones de profundissimis fidei nostræ mysterijs, nullo modo illis proderit ad salutem, sed oberit.* Ob id non sunt prædicandæ materiæ de præſcientia, prædestinatione, Trinitate rudi plebeculæ. Similiter ex Trident. sess. 25. de Purgatorio, Concil. Trid. statuit. *Apud rudem vero plebem difficilioreſ, ac subsiliores quæſtiones, quæque ad adfæctio nem non faciunt, & ex quibus plerumque nulla fit pietatis accessio, à Popularibus concionibus secludantur; operire arcam iubebantur Sacerdotes, & ea, quæ putabant Caaditithæ, quod erat dicere ex Orig. Hom. 4. in Num. Non reuelent Sacerdotes Populis, ea quæ nocere possunt.* plurimum autem obest denudare simplicibus, quæ occultandæ volunt PP. & Concilia. Ob eam rationem in materia Conceptionis de mandatum quoque est, ne de ea quæſtione, nec in lingua vulgari, nec apud Populum talis materia tractetur, id veratur in decretis Pii v. *super specula*, quare silentium etiam quantum ad hanc partem asertoribus negatiuæ sententiæ demandatum est, nec quidam aliter sciunt respondere, nisi ex contraria consuetudine quantum ad hoc vim habere, cum tamen ex Constitut. nouissima Gregoriana, renouentur decreta Pii v. vnde ex hac innouatione robur etiam obtinet, ut non passim coram promiscua multitudine, vel in vulgari lingua talis controuersia ventiletur. Videant oppositum facientes quomodo pareant Apostolicis constitutionibus. & confirmatur quod dictum est; nã si tanta fuit obseruatiã veterũ, ut quæ ad fidẽ attinebãt, ex incapacitate reticerẽtur, rationabilius id veterũ Põtifices in re adiaphora ne talẽ q. pmiscuẽ corã plebecula tractarent, & materna lingua efferrent, quæ capere non possunt.

No.

Notas tamen Aug. quando esset periculum seductionis in fide, ea quæ p incapacitate fieri opus est, tunc prædicanda esse, ne fides simplicium detrimentum patiantur; unde sic dicit loc. cit. de bon. persequ. *Dicatur ergo verum, maxime ubi aliqua q. ut dicatur impellit, & capiant qui possunt, ne forte cum tacetur propter eos, qui capere non possunt, non solum veritate nudantur; verum etiam falsitate capiantur, qui verum capere quo caventur falsitate, possunt.*

¶ Sed & aliàs tacendi idem Aug. loc. cit. assignat, dicens. *Causas verum tacendi, longum est omnes querere, vel inferere, quorum una est, & hæc una ne peiores faciamus eos, qui non intelligunt facere doctiores, qui nobis aliquid tale tacentibus doctiores non sunt, sed nos peiores sunt.* similiter si peiores fierent, & non sit de necessitate salutis quod prædicandum est, & iurgia, & contentiones orientur, prudenter siletur, & patendum silentio si auctoritate Apost. præcipiatur.

Et in eiusmodi qq. ad fidem non pertinentibus, pro exigentia loci, temporis, personarum, tales controuersias pertransire, prudentiæ est, & infirmis condescendere. id luculenter ostendit Petrus Damianus in disputatione cum aduocato Regis, & defensore Rom. Eccles. cuius meminit Baron. tom. 11. anno 1062. de qua nos in t. 3. Præscr. pag. 398.

Sic parallogismus manifestus dissoluitur, dum opponens à multiplici, & commuatore causa silentii, vnam determinatam infert, nempe falsitatem doctrinæ, quæ motus Innoc. Abailardo perpetuam indixit silentiam, quod in nostro proposito non infertur affirmatiuè assertoribus.



C A P U T V.

Illustris Academia Salmantina vindicatur ab
imposturis calumniantium, quod iura-
rit in verba Sanctorum Augusti-
ni, & Thomæ.



X Methodio scribit S. Epiphanius hæres.
64. nihil in hæreticis sanum esse, ac fir-
mum, sed imaginatio solum decora ver-
borum ad stupefaciendos auditores, &
persuasione instructa, non veritatis, ne-
que utilitatis gratia, sed ut coram præ-
sentibus orationem sapientem ostentent.
Hinc itaque orationes aliquando verissi-
mas ad pulchritudinem, & voluptatem
variegata præstantiores putantur, his,
quæ ad sinceram veritatem expensæ sunt, dum illarum Doctores, ne-
que ad bonitatem, ac pietatem contendunt, sed ad hoc, ut placeant, &
succesum habeant, quemadmodum Sophista, qui mercedem ex-
orationibus exigunt, sapientia laudibus vilis pretio coem-
psi. hos verò comparans cum veteribus Doctoribus subdit hypothe-
sim. Antiquitas (subdit) valdè pauci expositores erant, cum y, qui
tunc erant, conarentur non delibere, sed iuvare præsentem. Ex quo
autè deinceps ad levitatem res devenit, ut omnibus liceat interpretari
scripturas, & omnes ad faciendum quidem bonū habetæ: sunt, opi-
niones referti dogmata in opiniones vertentes, circa ratiocinan-
dum verò profectum fecerunt, insistentes se velut, qui omnia rogan-
scere possunt doceri quidam sibi opus esse, consisti erabescentes, conta-
dere verò potius, ac proflivè, velut Doctores affueti. Hinc pruritus in-
terpretandi, scribendi in infinitum excessit, & veterum loco Doctorum
noui insurrexerunt, quos ex lepore dicèdi mūdus recepit, primis reio-
dis, & ablegatis. id non semel deplorauerunt Nazianz. & Basiliius, nec
morbus iste pervasit extraneos, & à fide extortes, sed quosdam etiam do-

domesticos fidei, peregrinas quasdam inducendo interpretationes, hypotheses, ratiocinationes; quò factum est, vt in infinitum excreuerit, qui Theologi vniùs dici facti, in mèdium prosilierint, magis se ipsos prædicare conantes, quàm Ecclesie prodesse, & innumeros post se trahentes. sed vt dicebat Chrysostr. prol. in *Matt. adolescentibus* in ludo litterarum positus non tam placent solida, quam picta, quiq; potius pulchra, quàm vtilia sectantur, nec tam agentia diligant, quàm sonantia, magis gaudent foliorum amenitate conspergi, quàm fructuũ vbertate nutriri. hoc vitium etiam deplorauit Angelicus in illis DD. qui multiplicabant inutiles quæstiones, articulos, argumenta (vt dicit in prologo 1. p.) ad quod euitandum, quæ necessaria erant tradidit secundum ordinem disciplinæ.

Hoc considerans insignis Academia Salmatina, non omnes, sed delectos, & à Deo dispensatos DD. secuta est, & inter eos optimos optimorum elegit Thomam, & Augustinum, iuramento se adstringens ad sequendas sententias SS. Augustini, & Thomæ.

Sed quia iuramentum istud varias contradictiones sustinuit, signanter à Bæza 15. comment. *Moralium* c. 882. rationabilitatem huius iuramenti manifestis rationibus deuincimus.

Primò ex vsu, & praxi omnium facultatum; nulla enim est, quæ nõ habeat suum Ducem, & Doctore vel Magistrũ, vt scitè S. Aug. c. 7. 17 de vtilitate credendi ad Honoratum. non id merebitur sacra doctrina aliàs esset in sacros libros irruere, & sine præceptore ferre velle sententiam. Non fuit indecurum, ex Apuleio lib. 10. vt quidam discipuli Socratis in eius verba iurarint, probro ergò dandum non est, si sanctissimis, & diuinis præceptoribus iuramento se adstrinxerit eadem Academia, vt horum insignium ducum disciplina imbueretur.

Confirmatur, quia, vt dicebat Seneca, natura id requirit, vt melioribus, & potentioribus deteriora submittantur; vnde multis gregibus præsit maximo corpore prædita; vnde deducit, inter homines meliorè, & optimum eligendum, & in *Moralibus*, ex Arist. 6. Ethicorum, experientiorum, & seniorum, atque prudentium indemonstrabilibus enunciationibus, & opinionibus non minus quàm demonstrationibus, meliusque cum sapientibus errare, quàm cum sciõis sapere, de qua re vide Bern. ad Hug. ep. 77. loquentè de Augustino, & Hieronymo. Ipsaque ratio præscribit, vt intellectus inferior superiori subdatur, vt rustici, Philosophi, hominis, Angeli, &c. Non est ergò causandum hos DD. elegisse Salmantinam Academiam, cum meliores, & sublimiores, expertissimos, & prudentes, & perspicacissimo ingenio præditos super inferiores docentes experta sit.

Secundò, vt præcideretur principatus gloria, quæ ex Philantia morbo èt in minimis irrepere potest, nec fierent plures Magistri; vnde

de

de ex multiloquio incidere possunt in fastiloquium, quod eleganter p̄derat S. Augustinus in prolog. retractat. nam non sequendo veteres, in scopulis nouitatis incurrunt, vt diuersa, & aduersa veteribus sentire opus sit, exemplum perniciosum posteris relinquendo (vt dicebat Athanas ad Episcopos Afros) *si salueris aliquis aliquid ex decretis maiorum, occasione se daturum posteriori, vt quod ipsi egissent rescindere;* & breui, vt plorabat Nazianz. oratione in laudem Athanas. *sublata via pietatis, ex contentionibus, & quaestionum argutiis, à ducibus, & principibus degenerando in nouitias paraturas, periculum fit ne magnum fidei nostra mysterium in argutiatriciæ artem deficiat.* ad occurrendum his malis voluit veteres, & expertos DD. & inter hos præcipuè SS. Augustinum, & Thomam sequi, quàm nouitati locum dare; vnde tot malorum scaturigines profluere solent. Hoc quoque remedium à S. Capreolo Episcopo in Concil. Ephes. t. 2. c. 9. eleganter propositum est, ad nouas controuersias sopiendas, quæ superioribus temporibus à Patribus statuta sunt sequerentur, vt rectè dictū comprobetur, vel condemnatione dignum explodatur; ergò optime iudicantur Domini Salmaticen. si noua quaestio exurgeret, magis SS. Augustini, & Thomæ sententiis sopiendam, quàm sine horum sententia, ex proprio iudicio, & sententia (etiam si acuta, & plausibilis videtur, & mulcens aures Populi) lites nouellas exortas dirimere, atq; dissoluere; cōtra verd. Nestorii, & Eutychetis sectatores suos sectarios (vt patet ex Leone Byzantio lib. cōtra eosdem c. 2. 3. 4.) instruebant, vt præcipua magna illa lumina Cappadociæ, vel Ioânē, vel Athanasium ponere recentibus Magistris, dicentes: *Boni inquam isti sunt PP. et non meliores, quàm nostrates;* inde sequentes eorum doctrinam, muneribus, officiis, tam Ecclesiasticis, quàm secularibus promouebant, & simplicitati Ordinis Monastici illudebant; merito ergò magna ista lumina sequenda pronunciauit Academia Salmantica, ne nouelli tractatores propriis sententiis illecti, magis sua diligerent, quàm à præcipuis luminibus Ecclesiæ tradita sequerentur.

3 Tertiò pro conseruatione vnitatis fidei, vt sicut fides Catholica vna est, vna esset et Theologia, & ad sequelam communium, receptarumq; sententiarum, quæ in doctrina horum duorum Sanctorum præcipuè continentur, iureiurando ob commune Catholicorum bonum, se adstringeret ad horum doctrinam propugnandam. In hoc cōmendabilis est Ciuitas Dei, & Ciuitatem diaboli Babylonem exuperat, quod hæc ex Aug. 18. de Ciuit. c. 4. innumeras, confusasq; sententias diuersorum, & contrariorum Philosophorum sustinet, illa omnem confusionem repudiat, & sub vnitatē diuersas nationes continet, vt sit labii vnius, & sermonum eorundem. Facilis autem est transitus, si ducam, & insignium præceptorum, humana mens non patitur retinaculis

His concludi, vt in libertate sentiendi quicquid collibitum fuerit opponi, & expoliendi cedit; vt hoc ipsum in dedecus nostrorum vergat, & contentioniibus, & proprijs placitis rei summa agatur, quod deplorauit elegantissimè Nazianz. oratione de pace, dicendo, nostros hostes (quod postea temporibus nostris Calu. obiecit 4. c. 23. n. 14.) id nostris Cath. obijcere, quod contentioniibus deseruiant, & pugnacibus inter ipsos sententijs, quæ tamen aperta calumnia est (si loquamur de dogmatibus fidei) tamen in adiaphoris id permissum est: sed ne prætextu opinabilium, inopinabilia inducantur, & scissuræ fiant, prudenter factum est à Salmatinis exemplaria ista producere, à quo docerentur Magistri posteriores quid sequendum, quid refutandum, & indubia ab adiaphoris discernere, non autem hæc ipsa confundere, ne vera Theologia ad inane Chaos reduceretur, & in sentiendo, quæ illi senserunt, potius conspirarent, quàm sibi ipsis confiderent.

4. Quarto pro conseruatione Regnorum, & Monarchiarum, quæ tam diu florent, quam diu in vera, & aucta Religione perseuerant. Nihil autem magis destructionem minatur, quàm scissio, & diuersarum partium studia, & à mutatione Religionis rebelles meditati sunt ruinas, & conflictus. scissiones præcluduntur, quando non solum in rebus necessarijs ad credendum, sed in omnibus placitis Theologorum apparet consensio; facile enim quis assuescere potest, vt à contradictione minori repugnando communibus, & receptis axiomatibus Theologiæ, ad summam contradictionem assurgat, vt etiam submoto antemurali, etiam muri, & mœnia Ciuitatis quatiantur. Hoc ergo procurauit Salmantina schola, præfigendo sibi Magistros, & DD. quos sequeretur, ne si ex libertate opinandi in vno, vel altero genere, improbabilia meditandi subministraretur occasio, & luxuriante ingenio, pietatis iura propulserentur, eamque temeritas infringeret, & consequenter ne dum Religionis, sed & Politicæ ipsius sequeretur destructio.

5. Quinto, vt facilius, & expeditius studentes, & auditores Theologicam sapientiam sibi compararent; sequentes enim vexilla magnorum personarum quos facilius præliandi aduersus hostes fidei, & militandi ordines addiscerent, & inoffenso pede sequendo gressus arietum gregis per salutaria pascua incederent; quod non ita expedite fieret, si noua vexilla erigerentur, & nouæ semitæ (& si egregiæ putarentur) aperirentur, & per abrupta greges populorum incedere possent, & per deuia trāsire, & viam habitaculi inuenire non possent. propterea Nazianz. orat. 7. de Theol. hortabatur studentes: *ne excussa ratione, & Religione frans, quo præstare coercemur, procul extra moenam feramur, quin potius finibus nostris Philosophiam, Theologicam inquam sapientiam circumferibamus, nec in Ægyptum abripimur, neque ad Assyrios præstebamus, nec eamdem Cananem Domini in terra aliena.*
pro -

promissæ apud omnes auditores, sine nostris sint, sine externi. Metus ergo, & frænum suis discipulis merito præ fuit Academia Salmanticensis per sequelam ducum, & combattendam illam liberam vocem, *Transseat Thomas, transeat Augustinus*, diligentes sua obtrudere, suaque monumenta vulgare, quàm quæ duo illa Ecclesiæ luminaria docuerunt, vetustate temporis pressa, totius Orbis laudibus decantata, nobiliorum ingeniorum lucubrationibus illustrata, quæ eos illustria trophæa reportarunt de hostibus Ecclesiæ, ut maioris prudentiæ sit, iam expertis armis uti (non secus, ac gladio, quo Goliath interfectus est, ut similis ei aliter non sit adiudicatus) quam novis armis fidere, quæ non tot ictus contradictionum repulerunt: quod si ex prudentia Ducum, & obedientia, disciplinaque militari, ut dicebat Evangelinus Græcus auctor, ingentia bona certum est insequi, & hoc iugo dissoluto, omnia evertuntur, atque turbantur; ita & in proposito potest accidere, ut servata disciplina militari, res prosperè eueniant: contra, si iugum, & fræna rumpantur. [Et quomodo, ex Clem. Alex. 7. lib. Strom. si vana via sit Regia, & multæ etiam aliæ, quæ ferant ad fluuium rapidè fluentem, uel ad mare profundum, non dubitauerit quispianam viam ingredi propter disensionem, sed uterit uia regia, & trita seiuncta à periculo; ita cum alij alia dicant, de ueritate non est descendendum, sed est exactius, & diligentius inquirenda eius exactissima, & accuratissima cognitio;] ita in nostro proposito, & si multæ sint uia, & uariæ Cathedræ pro Theologica ueritate assequenda, hæc uia, quæ elegit Academia Salmantina, non fuit proposita, quasi cæteros Doctores Classicos, & Principes obruere uellet, & à scholis ablegare, nec ut quæ docent SS. quibus fasces suas submisit, eos cum iuramento sequendos profitendo, haberentur in omnibus dictis, & sententijs, tamquam dogmata, sed (quæ fuit rationalis, & prudentialis prouisio) ut in rebus indifferentibus etiam si se exercerent, non discederent discipuli ab his ducibus, & tenacius in maximis indiuisè eisdem inhzrent, nec transirent ad castra rebellium; & ex hac sequela, uelut fræno arctarentur perulantia ingenia, quæ libertate opinandi permilla, & concessa in indifferentibus abuti possent, ut sibi relicti, suo uitio ambularet in adinventionibus suis, & abuterentur uijs merito sibi concessis (sequendo diuersorum Doctorum placita) sed quia postea ex indisciplinato eorum ingenio, possent inuenire uiam, quæ sibi recta uideretur, & tandem nouissimè uergerent ad inferiora; hæc uia quoque oclusa est.

6 Ex quibus, omnia, quæ in contrarium quidam cum Baëza obiecerunt, facillè dissoluntur, ut non fuerit Salmantinum decretum pro alijs adstringens, sed editum pro suis Academicis tamquam decretum prouisum, ut iureiurando se sectaturos hos tales DD. famigeratissimos promitterent; sic omnia argumenta dissoluntur, quæ iuniores,

& Bæza obiecerunt. & cum Salmantina Academia sit noua Heliopolis, quæ & Ciuitas Solis, in SS. Thomam, & Augustinum fulgentissimâ lumina merito oculos suos direxit, & pro his luminaribus sequendâ iuramentum emissum est; unde S. Ambrosius exponens ea uerba, [Iurauit, & statui custodire iudicia iustitiæ tuæ (sic ait). Vox ambulantis in lumine est cum autoritate dicere: iurauit, & statui, qui enim statuit, non mouetur, non metuit ne cadat, quia plus est statuere, quàm stare (& iterum) nemo bene iurat, nisi potest scire quod iurat, iurare igitur iudicium scientiæ, testimonium conscientiæ est, & bene iurat, qui ad lucernam Verbi pedes suos dirigit, qui lucem in semetipso suis certhit. Lux tibi præcat si iurare disponis .i. cognitio veritatis præcedat, ut uinculum Sacramenti tibi non possit nocere] cum igitur lux doctrine horum duorum clarissimorum Doctorum omnibus sit manifestissima, rationabile fuit iurandum, non leue, & nullius momenti, & murmurantes, non leuiter tam insignem Academiam uellicant, quæ

duos illos elegit, unum, quem nunquam sinistræ opinionis rumor ullus aspersit (ut dicebat Cælestinus, loquens de August.)

alterum nempe Thomam. cuius scripta dicebat Clemens

viii. sunt sine ullo profluo errore conscripta: propterea sapientissimæ, ut tuto incederet tam illustri Academia, his luminaribus se illustrandam commisit. Plura legenda in no-

stro deposito Apost. c. 25. & 10.

3. Cath. præscript. fol.

321. & seq.



C A P V T VI.

Similiter efferentes se super Doctrinam S. Thomæ, vel eos, qui per quosdam cuniculos ad demoliendam eius authoritatis arcem insurgere conati sunt, retunduntur.



Vplici via authoritatis D. Thomæ arcem quidam aggressi sunt: una aperto Marte procedens, ablegens Sancti doctrinam à suis Academijs, alia per secretos cuniculos, & stratagemmate bellico ad eandem prosternendam procedens. de prima via, & procedendi modo multa scripta sunt superius, & inferius dicitur libro quarto sequenti; & illa est quorundam sustinentium se rectè mentem D. Thomæ percipere, & filios suos enutritos in schola Thomistica non perceperisse eiusdem Doctoris intelligentiam. Quare ad hanc viam quoq; elidendam tractandum est, qui nam melius perpenderunt D. Thomæ mentem, nostri an exteri?

2 Superioribus sæculis Gulielmus de S. Amore, & Desiderius Logobardus sapientiæ puteos humo opplere audaci manu, veluti Philistim curarunt, conclamantes: *nostra est aqua*, unde locus ille *calumnie* nomen obtinuit. Celsum, & Porphyrium imitati sunt, qui Christianis scholas interdixerunt, aduersus quos s. Th. s. Bon. Magnus Albertus dimicauit, & similitates aduersus istos, illorumq; calumniatores Apostolica Sedis authoritate extinctæ sunt. Exinde Angelici Doctrina, quæ impugnantes Religionem conculcauit, dilatarî cepit; unde illud quoque pronuntiare potuerunt: *nunc dilatauit nos Dominus*, & patetum latitudinem appellarunt; dilataca enim est vniuersa pariter D. Th. doctrina, & patens aquarum viuentium merito potuit appellari,

&

& post intentatas calumnias aduersus scripta s. Doctoris circa ea, quæ nunquã somnauit, coactus est Egidius Columna scribere librum, quæ correctorium corruptorij attitulauit: & Stephanus Parisiensis Episcopus articulos editos contra Angelicum, ac si puteum oppletum, calumnijs repurgare, cõsuaui. Post hæc ex domesticis rixis distincte fabricatæ sunt Academię de ijs, quæ salua pace uenitatis fidei disputari possunt, & cõtradietum sermonibus Sancti; nouissimè quorundam ingenium, si puteum D. Thomæ non obstruxit, vmbri, vt solet hedera circumuolauit, & tantum crescentes quantum puteo inherabant, per verba D. Thomæ S. Thomam impugnarunt, & impetierunt, ac si esset paries inclinatus, & maceria depulsa. sed *nostra inquit est aqua: nostra est intelligentia mentis Angelicę: & non est putandum solis ipsi* (Thomistæ indicat) *Doctorem Angelicum doctrinæ sensum affluisse.* Quidam ad præfationem ad Turrianum 2. 2. in tom. de iusticia.

Sed rationabiliter dicendum est, quod illi professores doctrine D. Th. melius mentem Angelicam percipiunt, qui in eiusdem schola sunt educati, & Doctorem Sanctum non per proprias phantasias exponunt; sed eandem per dicta eius interpretantur, & sub titulo potius commẽtatoris illustrare intendunt, & sensum illius committere receptum, & intellectum trahunt, & non quò volunt Angelicum trahere debent; sed sinere potius se trahi, & magis interpretes haberi nostri Cherubim, quàm esse suarum positionum Authores. Insuper qui præ viribus argumenta contra Thomisticam doctrinam formata dissolunt, & non fatagunt antiquatas quorundam, vel reiectas positiones instaurare, & sub nomine Thomistico palliare. Accedit quod qui in familia S. Th. nati, & educati sunt, sensum doctrine eius, quasi per manus traditum per veteres commentatores posteritati consignatum accipiunt, & ex longa ista traditione, & obseruatione differendi, & arguendi aduersus hostes, & perduelles triumphum reportarunt, addiscunt. Multum conducit Palestreus, hæc omnia in suis Ducibus, quos sibi imitandos proponunt, obseruare; nam disciplinæ militaris obseruatio, & expectorum Ducum imitatio, multas parit victorias, vt inobediencia militaris è contra, & proprios pugnandi modos in alijs nõ obseruaret, veluti lineas pugne infectandas nõ sibi proponit, multum obest. Exëplum habemus 1. Mach. cap. 5. cum enim Ioseph Zacharię filius, & Azarias Principes àu dissent Macchabeorum triumphos, & res bene gestas, & prælia, quæ facta sunt, dixerunt, *faciamus, & ipsi nobis nomen, eamus pugnare aduersus gentes, quæ in circuitu sunt, &* subdit Scriptura, *fugati sunt Iosiph, & Azarias usque ad fines Iudæ, & ceciderunt in die illa de Populo Israel duo millia viri, &c. &* ratio ibidem assignatur, *quia non audierunt Iudam, & fratres eius existimantes fortiter se facturos. Ipsi autem non erant de semine illorum, per quos salus facta est in Israel.*

Israel: proculdubio trophæa reportassent, si *Machabeorū* familia, & castris se adiūxissent, illaq; et militaria præcepta obseruassent, quibus victoriam reportarunt. Magna ergo prudentia, & sapientia, &c. cum vrgemur ab hostibus Ecclesie, illis nos adiungere Ducibus fortissimis, qui vestigia S. Thomæ secuti sunt, nam quotquot Hæreses, post D. Thomam extortæ sunt, ex doctrina Thomistica, non extortæ, sed rectè intellectæ, à veteribus illis, qui & nos, & neuos præcesserunt interpretes (nonnullos sç. iuniores) profligatæ sunt: fidiq; nostri. Cherubim interpretes ex hoc sensu D. Thomæ, Iosephinos, Passaginos, Catharos, Vualdenses, Fraticellos, Græcos, Lutheranos, Calvinianos, confutarunt, & non solum nostri (ne videamur asserere apud nos diuitem Deum) sed quotquot Sancti Doctoris castris se adiūxerunt, felicer id præstiterunt, vt multi è familia præclara Societatis Iesu, Antiquiores maximè Magistri, qui doctrina D. Th. ab initio imbuti, posteritatem ea informandam curarunt. Vnus præ ceteris sit S. Ignatius eius Fundator, qui doctrinæ S. Thomæ fuit studiosissimus, ex actis canonizationis eius. Tolerus, qui Dominici Soto Magistri doctrinam ebibit, Pererius Philosophus Christianus, Patres Colonenses, quorum patrocinium aduersus Kemnitium suscepit Andrædus in explicat. orthodox. dogmatum c. de iustif. & gratia, &c. Patres quoque Carmelitæ discalceati, nedum in Philosophia, sed in sacra Theologia referatissima commentaria ediderunt, ne latum vnguem à mente S. Doctoris se discodere profitentes. & vt quondam Eliseus 4. Reg. c. 2. fluena Iordanis scindere non potuit quousque ad inuocationem nominis Eliæ percussit aquas, quæ tunc sunt diuisæ; ita, & hi Patres assumentes pallium Eliæ, hoc est scripta D. Th. sequenda sibi præfigentes, inuocato nomine D. Thomæ, vt per eius intercessionem aditus pateret ad veritatis, & intelligentiæ S. Thomæ ripam perueniendi, eius spiritu, & intelligentia repleti sunt, vt S. Thomæ spiritus super eos requieuerit, sicut de Eliseo dictum est [requieuit spiritus Eliæ super Eliseum.]

3 Sicut autem in opere tabernaculi duo præ ceteris electi, Beseleel, et Oliab; ita in instructione mystici tabernaculi Aug. & Thomas precipuè delecti, vt aliàs ostensum est, ita & reliqui artifices inferiores spiritu intelligentiæ dotati sunt, qui hos Doctores enuclearunt in interpretatione sermonum horum Doctorum famigeratissimorum, ijque artifices meliorem operam impendunt, qui iux. exemplar exhibitum phrygium opus, & polymitarium attextunt; vnde *Polymitaris* est, quod sonat cogitans cogitationes, qui non deuiantes ab exemplari, & prototypo, superaddunt expositiones suas coherentes; nam qui sua & extranea à mente commentatoris comminiscitur, tantum abest, vt variegatum opus conficiat, vt potius ipsum quoq; exemplar obscuret. *Commentatoris* (dicebat Hieronymus ad Pammachium) *Officium* est.

est non quid ipse velit, sed quod sentiat ille, quem interpretatur exponere; alioquin si contraria dixerit, non tam interpret erit, quàm aduersarius eius, quem nitiur explanare. Non omnes ergò commentatores dicuntur, qui aliquem DD. illustrandum suscipiunt, & sub titulo expositoris sua obrudunt, sed qui mentem authoris, velut deductis lineis, implent rationabilibus sensibus, & architectonice operi confectaria non aduersa, vel disparata addunt; vnde si quis te expositorem alicuius Doctoris profiteretur, & se ipsum sub illius doctrina, suaque cuperet auditoribus instillare, ferulam illam Martialis, qui sic Fidentinum arguebat, subiret.

*Quem recitas meus est hic Fidentine libellus,
Sed malè cum recitas, incipit esse tuus.*

4. Sed facillè quis commentator verus, quis in authorem potius aduersarius sit, prudens, & cordatus Lector facillè cognoscere poterit: & quemadmodum in bello contingit, opus est cognoscere num propriè an extraneæ factionis tessera miles procedat, an aperto Marte, vel sub insidijs latitet; ita & in proposito nostro dicendum est, & magis evitare possumus apertos contradicentes, quàm sub verisimilitudine vocis, vel habitus, & huiusmodi apparentes deceptores. Et quemadmodum pugnantibus Galaaditidis cù Ephratæis (vt dicitur Iud. 12.) & ad vada peruenientibus; cum Ephratæi, qui venerant ad Ciuitatem occupandam, vt euaderent mortem, se esse Galaaditidas pronunciantes, & eadem voce patria cum illis vti contenderent ad pronunciationem vocis, sibi pro scibboleth; nescientes eam vocem (quæ triticum, vel spicam sonat) detecti sunt Ephratæi, non Galaaditæ; ita si qui præ Thomæ gloriarentur, S. Doct. melius intelligere, opus esset ab eis (vt mysticè dicamus) pronunciationem scibboleth extorquere; si enim purè pronunciant; hoc est si doctrinam referant S. Thomæ (qua velut spica & adipe tritici Ecclesia reficitur) legitime, & prout inter veròs interpretes ab antiquo pronunciatum est, resonabunt, eiusdem labij, & pronunciationis habebuntur; sin autem; non ad Thomistarum castra, sed ad alia potius (& si clarissimorum virorum) attinebunt. sciat ergò quicumq; S. Th. officium commentandi assumit, si ita labore, vt intelligentiam veram assequatur, fructu non carebit ex elucidatione mentis Angelici: si non assequitur, & si non perniciosè erraret, à Scopo aberraret, & ad alias Classes attineret; sed si, vt veritatem S. Doct. obtinere, conaretur, vt inauditum, inexcogitatum à prisca modum dicendi adiuuaret, quæ nouitatibus viam aperiret, non esset hæc via ad præstandas suppetias D. Th. doctrinæ, sed occultis cuniculis in arcem munitissimam, quæ hæreticorum commenta dissecit, irrere, & solo

C A-

C A P U T V I I.

Pseudopoliticismo eandem Doctrinam impetere, est tam insignem veritatem in iniustitia alligatam retinere.



Politicis studiū à profanitate Echnica ad verbi normā reuocare conātes ipsi Pseudopolitici, canē, & angue peiores, Religionem ipsam cum Politia vera pessundant. Statuunt ergo hanc Politicam significare certam doctrinam, quā vniuersa hominum ingenia informantur, (sicut per speciem iusti regiminis, & vitam ciuilem Respublica dirigitur) vt vnusquisque piē, & cum bona conscientia erga Deum, proximum, & cum singulis quibus conuersatur, retē se habeat; ita Ioannes Angelius in introductione vniuersali ad omnes Respublicas in Proximo q. 2. & c. 8. dicit: Politicam vniuersalem, esse doctrinam, quā homines ad conceptum Dei in vera pietate constituit, ex ea vero politias particulāres, iuxta varias vias, & modos, pro genio communitatum oriri, quibus sub certo gubernationis modo consociantur. Consistit vero, dicit idem lib. 1. n. 2. eam doctrinam in cognitione, & affectu; in cognitione veritatis studendo, & ex cordis conceptu, voluntati, & diuino obsequio se conformando. Quantum ad cognitionem verbum Dei rimandum docet, & huius Politicæ fundamenta ex verbo Dei petenda: nomine autem verbi Dei, solam scripturam intelligens, relictis ratiocinationibus Philosophiæ, quam inanem fallaciam vocat. Quantum ad affectum, doctrinæ fructus percipiendo, dispiciendo, si Spiritui sancto præstemus obsequium, si examinemus, num Spiritus sanctus perhibeat testimoniū spiritui nostro, quod sumus filij Dei; ex hac Politicæ descriptione inferre, hanc Politiam à Theologia non differre, quibus idem Deus, idem celum pro obiecto est, & omnibus ciuibus Regni Christi indicta sit conformatio cum capite Christo, obsequium, & obedientia.

Ex hoc, ait auz. 3. nedum in Philosophiæ, sed etiam in Christi-

L l rorum

norum (quas vocant) scholis, orti sunt tot errores, & non solum Ethnici, qui dixerunt, nihil ex scriptura desumi posse, nisi ex libris Ethnorum, quæ ad Ethnicam, & Politicam pertinent, hæc utinam, sed quotquot ex humanis commentis volunt sapere, non ex verbo, & spiritu Dei (num. 6.) vnde & Apostolus carnalem eam Philosophiam traducit, quæ in logomachijs, & inutilibus quocumque tempore infansit, & non terminis realibus gaudet, nolens verbum cœlestis, & Spiritus sancti admittere consortium: illaque Sophismata, & ratiocinationes à terra elicit, vbi Spiritus Dei, vnicum Ecclesiæ doctorem se profiteri.

2^a Deducit inde cap. 6. n. 2. inter Christianum Politicum, & Theologum nullum discrimen esse, quantum ad dotationem spiritus, uterque enim viuendum in corpore Christi membrum est, licet Theol. vterque pro ædificatione Ecclesiæ præpolleat officio, immo addit, propterea Politicus Christianus est, quod spiritus Christi illum cum reliquis inhabitet, ex quo actiones, & doctrinas integrè producere tenetur.

Inde num. 3. elicit, cum (inquit) iure vniuersalis vocationis omnes credentes sint spirituales, & sacerdotes Dei, quasi ex iure hæreditario omnibus credentibus competit, vt virtutes Dei annuncient, & eius laudes, docendo, commonefaciendo, & quilibet Christianus huius habeat prædicandi ius, sub pœna amissionis animæ, & fauoris diuini.

Nec valet, inquit, instantia, quod certis personis officia designata sunt (quosdam enim dedit Apostolos, quosdam Prophetas) id enim, verum est de Ministris, inquit ordinarijs, non eum sunt staccidi, & à scopo veritatis aberrant, & spiritum supprimant; vnusquisque autem, complet officium Ministri Ecclesiæ, doctrina Verbi sana, & in pietate se præbendo exemplar, vt dicit Apost. 2. Timot. 4. vitando præsertim stultas quæstiones &c.

3^a Ponens autè constitutum Politices lib. 1. cap. 8. n. 3. ponit esse Verbum Dei, vt quod est extra scripturam, stultitia, sit & vanitas, non ad Deum docens, sed ad mundum, & alios fontes sibi fodiunt homines, in sua ratione in spiritu mundi, creaturis hæredo extra Deum, talis est Philosophia anxietatum, & disputationum plena. Proinde omnia admittenda, quæ cum Verbo Dei consentiant, c. 10. ex cap. 4. ad Philipp. *Quocumque s; vera, sancta, pudica, si qua laus disciplina hęc excogitauerit*, vnde concedit Apostolus, vt quæ auctiori gratia extendi possint, & ad disciplinam faciant, præcipiantur, vnde & Christus non improbat imitationes, quæ fiebant ex Cathedra Moysi, præcipiens obseruationem earum, quæ pro informatione mortalium docebantur, modo non imitarentur eorum facta: ex his deducit c. 11. num. 2. habendum esse delectum in authoribus legendis, qui de Politica tractauerunt, vt ij præferantur, qui doctrinam Politicæ arctius sacrae Scripturæ adstruunt, & nihil à scriptura dicant, vel ponant alienum.

Quan-

Quantum vero ad plenitudinem, & perfectionem Politicæ, non satis est (ait) habere cognitionem de Deo, nisi rem cognitam in vniuersa specie exprimat, vnde opus est politicam vitam, & doctrinam ad vitam Christi, & sermonum eius conformare, cap. 8. num. 4. & opus est (ait) cap. 11. num. 5. vt simus Deo didacti potius, quam vani vniuersarum, & erroriarum opinionum sectatores, & Christianos opus est discere, quæ Christi discipulos decent, & non anteponere spiritum mundi, spiritui Christi, qui nobis necessarius est, vt sit ductor, & dux ad veram sapientiam. Quare à Biblijs sacris incipiendum, & in illis definiendum, & pudor illis incutitur, qui in Ethnicis potius inquirere volunt, quam in medio die solem lucidum Christianitatis aspicere. Hæc ille.

4. Sed quò tendit hæc doctrina, nisi in Pseudopoliticismū incurrere, qui blande sub specie diuinæ cognitionis, & affectus erga Deum innumeras hereses generat.

A limine vero aberrat Angelius confundens Politicam, cum Theologica facultate, & disciplina Christiana; finis Politicæ est, vt per regimen ciuitatis fiant, ciues, sani, & studiosi, & viuant secundum virtutem moralem, & ad consequendam eam felicitatem, quæ in speculatione rerum diuinarum in hac vita (quantum par est) consistit; vide 10. Ethic. & lib. 7. sed Christiana Philosophia superexcedit, quæ ordinat hominem ad supernaturalē felicitatem, per fidem, spem, & charitatē obtinendam. In qua fides, & Theologia, Politicæ omnes moderatur, corrigit, & ordinat ad superiorem finem; & recta cognitio, & affectus non sunt, sedus Politicæ, vel ipsius constitutiua, vel perfectiua, sed primum fidei, secundum charitati attribuitur.

5. Satis verò strictè obiectum cognitionis ponitur solum verba scripturæ; nec enim tantum pertinent ad fidem, quæ in sacris litteris exprimitur, sed etiam traditiones, quarum multe nec expressè in sacris litteris continentur, nec ex illis necessario deducuntur, sicut & multe constitutiones Ecclesiæ, quæ sola traditione Patrum, vsque ad nos descendunt. Actutè vero id restrictum est ad solam scripturam, & quæ ex scripturis necessario colliguntur, seclusa Diuina, Apostolica, & Ecclesiastica traditione; hoc enim breuè est compendium Ecclesiasticæ Hierarchiæ statum perfundandi; nam olim in conciliabulo Rheimensi apud Bar. 992. num. 15. & 16. dogmatizatum est, non posse Romanū Pontificē nouam edere cōstitutionem, leges ab eo latas nullius esse roboris, si moribus, & scientia non effulgeat; quod libentes secutus est Marcus Ant. de Dominis lib. articul. de Papatu c. 10. & 11. de. Repub. c. 2.

Perfinitè quoque illatum est ex ista restrictione verbi Dei, humanæ commenta introduxisse eos Doctores, qui sine verbo scripto locuti sunt.

sunt, & inani Philosophiæ intendisse, & in logomachijs, & inanibus questionibus insudasse, quod est totam Theologiam scholasticam cum suo Principe ab Ecclesia eliminare. & in alio opere Pácolorra n. 59. fol. 447. Theologos carpit, quod Theologiam rationibus demonstrare contendant, adducitq; D. Th. p. c. Genit. [quod si qui velint articulos fidei demonstrare rónibus naturalibus, fidem Christianorum ludibrio exponant] non percipiendo, aliud esse fidem rationibus apodicticè demonstrare, aliud maunductione, & suavisilibus rationibus fidei veritatem caueolare, & contradictores arguere. Quare hic conatus, sed vanus, ne dum Ecclesiam infestat, sed Theologiam, præcipuè S. Tho. in qua totum id diligentissimè præstitit, confutares; & hoc falso Politicissimo velle Theologiam cum nostro Cherubim impetere, non est aliud, nisi veritatem Dei in iniustitia detinere; & mirum est, quod utrumq; legat in D. Tho. vnumq; dictum assumat, aliud respuat, qui si legisset i. q. primæ partis, Theologica munia didicisset.

6 Complementum verò Politicæ, quod statuit in affectu, & obsequio erga Deum, ad ethicam Christianam potius pertinet, qua homo Deo se totū subdit, vt ordinabiliter sibi vivat, & sociabiliter proximo, & id oritur ex charitate, sed nunquam charitas huius vitæ eò pertingit, vt det testimonium spiritui nostro, quod finis filij Dei, ex catholica enim doctrina didicimus, imo & scripturis ipsis aperte, quod nullus iustificatus, & charitate præditus, scire potest se esse in gratia, & in numero prædestinatorum; vnde Paul. [nihil mihi conscius sū, sed non in hoc iustificatus sum.]

Discrimen verò illud inter Politicum, & Theologum, vt ambo sint præditi diuino spiritu, & viuenda sint corporis Christi mēbra, & Theologus extremo officio pro ædificatione Ecclesiæ polleat, satis euandū est, & non distinguit Angelus de charismatibus prominentibus ad gratiæ gratum facientem, & gratias gratis datas; Theologia pertinet ad gratiam illam gratis datam, quæ reducitur ad gratiam scientiæ, & sapientiæ, & esse Politicum ciuitatis terrenæ, distinguitur ab esse Politicum Regni Cælorum, quatenus obsequio Dei, & Diuino cultui se manscipat; prius enim hoc pertinet ad Ethicam Christianam, qua (vt diximus) ex Christiana disciplina consistente in fide, spe, & charitate, homo in finem supernaturalem dirigitur, vt paulo ante explicatum est.

7 Hinc illa causalis detestabilis, & à schola Christiana penitus aliena; ides Politicus est Christianus, quia spiritus illum cum reliquis inhabitat; &c. ex illa enim vnumquemque magistratum, titulo Christiano insignitum, facit Spiritus sancti Templum, ex qua inhabitatio-
ne (ait) iactationes, & doctrinas prædicare tenetur, & quod peius est ex iure vniuersalis vocationis omnes credentes facit spirituales, & sacerdotes

dores destinatos ad annunciandum diuinas laudes, exhortandum, & predicandum: hæc autem omnia Ecclesiasticæ Hierarchiæ ordinem perturbant, & munia laicalia cum Ecclesiasticis confundunt, & nedi cerdones, & suores, sed femine (vt deplorabat Tertullianus suo tempore) quoque audebant munera sacerdotalia exerceere, prædicare, &c. ex hoc semine exortæ sunt hæreses Politicorum illorum, de quibus Baron. 1047. *communes cum Politicis nostri temporis. qui uolunt Imperatoribus suis Regibus, non temporalia tantum, sed spiritualia esse subiecta, pessimum uero S. R. E. quibus cum successoribus Pontificibus per angos 80. indefesso labore certandum fuit: illis uero, obice sacrarum legum Ecclesia constantissimè repugnantis. Ex eadem radice prodierunt quidam Romani Arnaldistæ, qui dicebant non habere Papam potestatem aliquam spectantem ad Pontificem in dispositione Urbis; solum illi competere Ecclesiasticum iudicium, ex Oeb. de reb. Frider. lib. 2. c. 20. aduersus eos reclamante Bernardo Epistola 243. *Regnum, Sacerdotiumque coniungi, cum in persona Domini utramque capularis, ut esset & Sacerdos, & Rex, & potes, nonne ut Apostolica sedes, ita & Caput Imperij Roma est? &c.* Hæc contra Arnaldistas temporali dominio Ecclesiam spoliantes: sed diuinitus factum uocat Baronius, ut quo tempore id dogmatizarent Arnaldistæ, Princeps Portugallia prouinciam annuo censu constitutam spontaneo uectigalem tribueret Romano Pontifici. Ex eodem principio Laicocephalia processit Anglicana, ut Regem Angliæ in spiritualibus, & temporalibus in suo Regno constitueret, & hoc perpetuò prætendit Politicifmus, ut vel temporale dominium ab Eccles. Rom. eriperet, vel spirituale sibi annectere procuraret.*

8 Nec est, quod Angelius eo clypeo se tueatur, Politicum potestatem habere introuidendi se in officio prædicandi, & docendi extraordinariè; hoc. n. magis est Politias intrerere, unusquisq; .n. præterderet, se nulsū extraordinariè ad leges cõdendas, effectq; in ipsis Politijs maior confusio, quam fuerit in Ciuitate Babylonis, & hanc missionem unusquisq; Magistratus certissimis documētis demonstrare tenetur: docēdi uero extraordinariè potestati nō tm nō usurpare possūt Magistratus laici per decisionem controuersiarum uoto decisiuo, sed nec Doctorali, uel Magistrali consultiuo, & ad hunc effectum cogendi catus, uel Academijs; eadem enim Babylonica cõfusio sequeretur, & ad Laicocephalam sensim prolapsio; taleque patrociniū de patrocinijs secularium potestati aduersus Ecclesiam, ab aduersarijs sanctæ Ecclesiæ excogitari solet, dicente Gregor. 31. Moral. cap. 14. *Solent namq; heretici potentū mundi defensionibus quasi quibusdam armis se teperre. Solent omnes infideles prædicationem fidei, exercitijs etiam seculi potestatibus impugnare.*

9 Hoc

9. Hoc nuperus ille cogitare debuit, qui ambulans in adinueniendis
 nibus suis, contumaciam contumaciae superinducens, timens Romanam
 ferulam, & doctrinam suam nouellam censurari Apostolico iudicio,
 non vult Romanam humanum adire, sed Palatia, & Magistratus
 interpellat ad ferendas suppetias, conuocando Doctores ad discussio-
 nem, & iudicio consultiuo, & vt loquitur, doctorali, occurrere con-
 trouerfis, quia, ait, Principibus seculi id etiam conuenit, cum sint
 extraordinarij Patres fidei, & Religionis. Si nostros auscultare detree-
 rat Doctores, vel saltem Centuriatores hostes audiat, qui in Epistola
 dedicationis ad sextam centuriam, dicunt, [Monet etiam hæc sexta
 centuria, quibus modis interdum aulæ controuerfis Ecclesiasticis, et
 Politicorum suorum consilijs moderi conentur, sed valde infelicitate
 id quod aulæ Christianæ, pique Magistratus expendere, & cauere
 debent. varix in Ecclesia controuerfis erant (vt semper quidem esse
 solent) nam diabolus per ambitiosos, vanos, & temerarios homines
 semper corruptelas aliquas celestis veritatis disseminare solet, &c.]
 & iterum de iisdem dicit [quomodo falsi Doctores in vicum furgunt,
 & postea voti compotes facti pro libito dominantur, & faciunt omnia
 nam in aulæ irrepunt, & potentum, ac Magistratum animos occupant
 hypocrisis, delationibus, & obreccationibus synecrorem Doctorum, &
 collusionem quadam cum Politicis,] & rursus [cum ipsi Aduocati, &
 defensores corruptelarum, & prestigiarum, plerumque opinione eru-
 ditionis, & dignitate antecellant, & potentioribus huius mundi adu-
 letur, ac quedam insignia, atque enormia ipsorum peccata exculant, ideo iudicant
 Politici eiusmodi viros non esse publica ignorantia notandos, [quod
 qd amnistia, vel pacificatione controuerfis sopiri posse putabatur aulicis
 & mundi potestates, vt fuit Anastasius, præcipiendo adorari Quaterni-
 tatem; [nec enim, aint, huiusmodi amnistijs grauissimæ de articulis
 fidei controuerfis aboleri, vel pacificari possunt,] & inferius subdit
 [sed exemplo optimorum Imperatorum, Synodos Doctorum conue-
 cerna, controuerfis in medium proferatur, & iudicium ex verbo Dei
 proferatur;] licet autem Orthodoxis hanc maculam impingere incea-
 dant, quod sint aulicis, &c. tñ hæreticis de quibus loquuntur, optimè ea
 quadrant, & ijs Imperatoribus, qui iudicia Ecclesie sibi usurpabant,
 & ad omnes eiusmodi aulicos, & Magistratus suos terminos excede-
 tes, applicari possunt.

Circa id, quod statuit constitutum Politicis, esse solum verbum
 Dei scriptum, procedit ex illo erroneo principio, quod omnia ex sola
 scriptura examinanda, & ponderanda sunt, & suam positionem destruit
 Angelus; nam si mandatis, & legibus, quæ ex cathedra proficiscen-
 tur parere necesse est, non quicquid solum ex scriptura, sed etiam
 ex potestate ciuili, vel Ecclesiastica sumitur, pro lege suscipienda est.

De

De perfectione vero Politices, quantum attinet ad effectum, ex conformatione cum Deo, & divina lege; Callidè id introductum est; ut quicquid à magistratu statuitur, ad assilatus divinos reducat, & spiritum Christi, quem unusquisque enthusiastas iactare pariter posset.

Tota ergo Angelica doctrina nò solum cum Angelica nostri Cherubim non potest copulari, sed eam destruit, imò totam orthodoxam Hierarchiam perfundat, & Pseudopoliticifimum instaurat, & nescit, quod cum ad sola biblia rimanda homines transmittit, suos quoque libros tamquam monstruosos partus à legentium oculis subducit, cum nec iusta, nec iuxta verbum Dei loquatur.

C A P U T V I I I .

Cur diabolus tot oppositionum aggeres adversus novum Cherubim sit machinatus.



DICITUR priscorum veterum aggressiones, factor omnium malorum diabolus, reasumpto anhelitu, nostrum Cherubim, aggreditur, sperans si prostrato tam infirma duce, eam ipso Dei viuentis acies profligaret. Post ergo immissa tela hæreticorum præcipuè Nouatorum adversus Orthodoxiam, quam accerrimè S. Doctor vindicavit, nona bella per domesticos quosdam meditatus est, existimantes se obsequium præstare Deo.

Et naves, & maculas non exiguas, imò & errores affigere non erubescit, ut supra vidimus; denigrata autem apud insipientes Thø. fama ad Deum clamare auditur: *Deus meus laudis meæ ne tacueris, quia os peccatoris, & os dolosi super me apertum est, ubi August. unde apparet, & falsum esse vituperationem, quam non tacet peccator, & dolosus, & verè esse laudem, quam non tacet Deus; Deus enim verax omni modo homo mendax, qui non est homo verax, nisi in qua loquitur Deus dicitur.*

dicamus, & de quo loquitur Deus, sed mira res, quod ex caelis loquitur Deus, & intonat Altissimus Filius Dei, Bene scripsisti de me Thomas, quam ergo recipies pro tuo labore mercedem? & illi, eas voces intonant: ecce nunc audistis blasphemiam, quid vobis videtur? Hieremias cap. i. dictum est, quid vides? virgam vigilantem ego video, quod contra audivit Propheta? Bene vidisti, in domo Pharisei coram Magdalena proposita quaestione de duobus debitoribus ipsemet Phariseus dissolvens parabolam, commendatus à Christo legitur, *Responde iudicasti, similiter cum Christum Dominum, quem titulo Domini, & Magistri decorabant, Apostoli commendarent, ipsi pariter caelesti encomio commendantur, vos vocatis me Magister, & Dominus, & bene dicitis. Si quis sensu carnis suae elatus, quos os Domini commendavit impugnare, vel reprobare conaretur, proculdubio de supercilio isto origineta duceret, qui verba Christi, quae reuereri debebant, tamquam blasphemias sunt execrati; in consimilibus pseudochimis, qui argentum vertunt in scoriam, bene quadrat, quod scripsit Dauid Psalm. 108. maledicent illi, & tu benedices, ubi Augustinus *Vana est ergo, & falsa maledictio si iorum hominum diligentium vanitatem, & quarentiam mendacium, Deus autem cum benedicit, facit quod dicit, sic cum benedixit luci, vidit Deus lucem, quod esset bona, eius benedictio fuit ipsius lucis constitutio, quae tenebras dispulit: Deus qui dixit de tenebris lumen splendescere, eiusque probatio fuit ipsius, qui lucem inhabitat inaccessibilem, participatio. Probauit ergo Christus, quod ipse in S. Thoma operatus erat, suaque dona in Thoma commendauit. Quis ergo (dicebat Chrysostomus Ioannis 5) tam insanit, ut vel os aperire, & contradicere Christi verbis audeat? dicebat autem Ioannes, Christo Domino datam fuisse potestatem iudicariam: non secus ex commendatione Doctrinae, cathedram Theologicam merito Sanctus Doctor obtinuit. Sed non vniuersam doctrinam S. Th. probatam, aut, sed cum restrictione, videlicet cum probata est doctrina Sanctissimi Sacramenti, non autem quoad cetera opera. Sed certe propriam vocem ignorat, quia alia quoque quae scripsit, ad Christum ordinatur, qui principale est obiectum Theologiae; id deducitur ex 5. cap. Ioan. *Si crederetis Moysi, crederetis & mihi, de me enim scripsit*; nam ut perbelle S. Augustinus 16. contra Faust. *Euangelij tam eminens est auctoritas, & tam firmata veritas, ut & si propter tarditatem intelligentiae nostrae nulla inueniremus in Moysi scripta de Christo, non solum esse aliqua sed ad Christum omnia pertinere, quae scripsit, quia non, ait, de me scripsit, sed de me ille scripsit credere debemus, ac si diceret, quamuis alia multa scripsisset Moyses, quia tamen ad Messiam referebantur, omnia de illo scribebat. Nec propterea, quia Apostolus 1. Corin. 2. scribebat [non iudicari] nos scire aliquid inter vos, nisi Iesum, & hunc***

cru-

crucifixum] solum de mysterijs crucis disseruit; nam tractando de Christo crucifixo, non omisit de alijs tractare mysterijs, cum opus fuit in Christo autem (aduertit S. Thom. lect. 1.) sunt omnes thesauri sapientiz, & scientiz Dei absconditi, & quantum ad plenitudinem Deitatis, & quantum ad plenitudinem sapientiz, & gratiz, & etiam quantum ad profundas incarnationis rationes, quz tamen Apostolus illis non annunciamt (pro tunc, & ea occasione) sed solum ea, quz erant manifestiora, & inferiora in Christo Iesu .i. sic vobis me exhibui, ac si nihil aliud scirem, quàm Crucem Christi.] & iterum [solum utebatur his, quz ad demonstrandam virtutem Christi pertinebant, existimans se ac si nihil sciret, quàm Iesum Christum.

3 Et cum dicat Christus *de me*. Se ipsum ostendit Theologię obiectum, nam Angelicus de Deo, vno, & trino, de Deo Creatore, ultimo sine, de Deo Seruatore, de Deo vt Glorificatore tractauit, quz omnia in tota sũma Theologica abunde tractantur. At quomodo coherere possunt illa dicteria, quod Christus commendauit S. Thomę doctrinam, quàm scripsit de se ipso, non eam quam scripsit de Matre eius? vnde tam stricta emerit Glossa, vt filium à Matre seiungeret? Illud lepidum, quod dixit Christus Dominus, bene scripsisti, sed ad correctione inuitauit, de me Thomam: miram quod Christus Dominus in breuissima clausula probarit doctrinam, & indiculum expurgatorium ediderit, nec loca demenda, vel expurganda monstrarit, quam sententiam, dum doctrinę S. Tho. in vniuersum Pontifices adaptarūt, præcipuè Pius, & Clemens: nescio quomodo non erubuerint hæc somniare. sed vt dicebat Augustinus in Ps. 15. in ea verba [in medio Ecclesie laudabo te] Ille laudat, qui est in medio eius, & multis laudantibus dicitur ipse laudare; ita Sanctum eius ille laudat, qui cum Ecclesia, & Doctoribus eius ipsum laudat Thomam, sicut Christus ipse laudauit. Cum in Concilio Vintoniensi in Anglia apud Bar. anno 925. sententiam quandam contra se latam reuocari quidam postularet. S. Dumstanus Ep̄s, qui eam tulerat iniustam esse petitionem satis intelligebat, cumq; omnium aures intentę essent, responsonem ab Episcopo expectando. Imago crucifixi sic eos allocuta est: *Bene iudicasti: & Dumstanus, quid amplius vultis fratres mei diuina sententia audistis definitum negotium præsens, & conciliares. Audimus verè: & nihil contra decisionem attentatum S. Th. encomium, & eius doctrinę cõmendatio ex ore Xpi habita est, Bene scripsisti. Capita inclinemus; eũ audiamus. Dñs locusus est.*

*Sic Thomam alloquitur cathedra Crucifixus ab alta
Sat bene scripsisti, premia posce modo.
Non aliam ex posco mercedem, ritè requiram
Te solum; ille probat, celsius iste petit.*

M m

Qui-

Quicumque impugnas, melioribus utere votis;

Dum de te loqueris, gloria nulla tua est.

Laudes quem Patris celebrat sapientia Thomam,

A quo, si nescis, discere non pudeat.

Vide quò tendat diaboli astutia ? ad denigrandum Angelicum. quò tendat Dei bonitas ad mirificandum Sanctum suum. ille ad destructionem Angelicæ doctrinæ; iste ad custodiendam tam illustrem doctrinam defendendo tanquam antemurale murorum Ecclesiæ.

4 Quare autem diabolus neruos intendat ad oppugnandam doctrinam Angelicam, hæc sequentia perpendamus.

9. Primo ad fidem quatiendam, innumeras enim Erebi turmas educens ad pugnam, sectas omnes perditionis secum aduexit malus ales, ac si eruptio armatarum locustarum ad pugnam de puteo inferni emanasset, Solemque quasi nebula obtexisse visâ sit: sed sicut ad liberandum Ciuitatem quæ vocatur Iabes, dum obsideretur à Naas Ammonita, Rex Saul ingressus eorum castra in vigilia matutina percussit illos, qui sedem tenebant plaga magna, reliqui autem ex ijs, qui dispersi sunt, non sunt duo derelicti; non secus Angelicus aduersus omnes sectas, ut visum est acriter decertauit, & quæ num superstites incedere videntur in Septemtrione, quasi profugæ incedunt super terram, & deposita pelle Leonina, multi induunt vulpinam, vel se catholicos mentientes, ouium simplicitatem exhibentes, pietatis ideam imitantes, quò simplicioribus negotium facessant; non secus cõtigebat Megalensibus Funebribus Plebeis Apollinaribus, nunc Attellana forma, nunc togata, nunc Palliata pro ludorum, personarumque delectu, & varietate apparebant, quò rem ipsam, & facilius obtegerent, & spectantibus fucos facerent, ut ex simulatione, & hypocrisis difficile cognosci potuerint nostri essent, an aduersariorum; Ille quoque sapiens dux est, qui non semper contra cuneos hostium aperto Marte incurrit, sed qui ab hostis facie se sapienter subducit, ut tandem aciei circumfusis cornibus, terga vertentes in suas manus concludat. hoc modo processisse Dauid in Philistæos sacra Scriptura commemorat; modo enim in aduerso, modo per gyrum latenter girando eos debellauit 2. Reg. c. 5. aperto Marte cum hostibus fidei, & perduellibus præliamur, & super ipsos è pharetra D. Th. & SS. sagittas mutantes confodimus; at sunt alij, qui veluti à præliando desistant, faciem auertunt, & terga præbent, & quasi cum nostris nullam simultatem gerere simulant, & quasi cedere videntur furori bellico, fortius prælium instauraturi aduersus doctrinam Angelicam insurgunt, quos etiam per gyrum latenter circumeundo insequi oportet, oppositos clypeos rumpendo, disputationem resistentium dissipando.

5 Sed dicant nobis, qui doctrinam Angelicam, vel putantes se

de-

defendere oppugnāt, vel occultis machinationibus in eādem infiltrant. Vnde tam seuera emerit examinis diligentia, vt vel ipsas syllabas oppugnandas sibi proposuerint, & supercilium frontis contrahentes, vultu sectatores insidiosi de nouo euentilarent, quæ olim sopita, & sopienda Orbis adiudicauit; magnum se conficere existimarunt si eorum iudicio, & censura inuisa esset. Academij Angelici Doctoris doctrina, cui nunquam nec in tātillo Vaticanus notam affixit erroris. Quomodo aut sunt in grauioribus rebus, eam doctrinam dilaniare, quæ omnium Hæreticorum commēta dissecit, & diabolicum tumorem hæreticæ prauitatis illis? cur ea arma, nempe firmamenta Patrum, quibus tota summa Cherubim aspersa est, & communis fides ab initio decurrens est propugnata reijciuntur? quid quæso hoc est, nisi bellum, contra fidei perduelles in tot concilijs confectum retractare, & munitiones securæ pacis Catholicorum quætere, & infirmare? si hostes victi placent, cur displicent victores, & cum in rebus ad fidem pertinentibus, Catholicos ab errorum periculo liberarint, in alijs controuersijs probabilitas ipsa denegatur, & improbabilitas supponitur, grauiusque pro adiaphoris explodantur, & indifferentia pro folijs Sybillinis venditentur, *Defnani*, dicebat Hieron. eiusmodi Censores in c. 11. Oseq rugare frontem, adducere supercilium, crispare nares, digitos concrepare. In eo solum, dicebat idem in c. 4. *Ionæ timendi Grammatici. ne inueniant licentiam commentandi, vt vel bestia Indica, vel Bæotie, aut istiusmodi portentia confingant*, quod tunc accidit, cum antiquitate, & communi doctrina relicta, de proprio cerebro conficta proponuntur, visionesque sui cordis confingant, & supra senes sapere se iactare non formidant. Absit hic tumidus spiritus ab orthodoxis *DD.* nā hoc supercilio elati Nouatores id impudēter iactāt, quis August. quis Thomas? & Sanctis bellum indicunt apertissimum, & non tam in viros afflatos diuino spiritu spicula contorquent, sed contra ipsum Dominum, vt contra Moysen accidit Exod. 16. cum aduersus illum murmurarunt, & murmur in Moysen, in Deum redundauit.

Vires ergo suas metiantur eiusmodi aggressores, nec enim quilibet palæstrita ad pugnandum habilis, sed qui diu in puluere olympico exercitatus processit. hic est audaciæ primus gradus, putare se posse ad Monomachiam cum gigantibus præliaturum descendere, & paucis cœpijs veteranos milites, & numerosissimam aciem impetere. *Bonum*, dicebat Senec. Ep. 124. *non in quolibet corpore, non in qualibet ætate inuenitur, & tantum abest ab infantia, quātum a primo ultimū, quātum ab initio perfectum; ergo nec in tenero modo coalescente corpore sculo est fortitudo militaris. Quid ni non sit? non magis quam in semine. Vt si dicas aliquid arboris, vel sati bonum: hoc non est in prima fronde, quæ emissa cum maximè solum rumpit. Est aliquod bonum tri*

sti, hoc nondū in herba lactente, nec cū folliculo se exerit spica molli, sed ut frumentum astat, & debita maturitas coxit, ita in disciplina militari, non quilibet tyro, sed veteranus perfectus est, quod bonū nō recepit infantia, pueritia non speret, adolescentia temere sperat; beneq; cum senectute geritur, quo longo studio, intentoq; peruenit, ubi bonū, & intelligibile est, et canitiei præmium, & perfectionis testimonium, quod ætas probationis, & debita maturitas coxit, ut animaduertimus supra in signis orthodoxæ doctrinæ.

5 Ut mores quoque corrumperet diabolus, in doctrinam S. Th. copias pariter armavit, dum multa paradoxetera in moribus libera licentia speculandi introducta sūt, ut moralis materia penitus immutata videatur. Recte pronunciauit Lactantius lib. 3. c. 7. *In disponendo vitæ statu, formā disque moribus, periculo maiori peccatur, quare maiorem diligentiam necesse est adhiberi, ut sciamus, quomodo nos oporteat vivere: illis (nempe in Philoſophicis de quibus differebat) potest venia concedi, quia siue aliquid docent, nihil profunt in multis nempe qq. de loco, vacuo, infinito, hic (nempe in Moralibus) nullus locus diffidii, nullus erroris locus est, omnes unum sentire oportet, ipsamq; Philoſophiam moralem, uno quasi ore percipere, quia si quid aliquid fuerit erratum, vitæ omnis evertitur: in illa (nempe Physica) ut periculominus, ita plus difficultatis est, quod obscura rerum ratio cogit diuersa, & varia sentire: hic ut periculi plus, ita minus difficultatis est, quippe usus rerum, & quotidiana experimenta possunt docere, quid sit verius, & melius.*

6 Impertinens autem est declamatio taxans, qui noua, & inaudita repudiant: maxima .n. laus est in abstrusis, & quæ supra captū nostrum non tradita sunt, nouum nolle introducere, & Sanctis DD. ingenia sua committere, quā sibi ipsis de suis nouellis cogitationibus velle applaudere; vnde egregiè Caiet. Scoto respondens (q. 97. ad 1. p. a. 1. qui dicebat se non videre quomodo qualitas in anima posita poterat præseruare in statu innocentia corpus passibile, quod vetusti DD. dicebant, inter quos Aug Ep; 56. aculeatè sic illum impugnat. Si Scotus ocularia reuerentia ad B. Augustinum habuisset, vidisset utique, quod homo erat sibi author vitæ quamdiu anima erat subdita Deo. Cum .n. hæc cre dita ex facto pendeant, & supernaturali virtute egeant, de his nulla maior ratio authoritate diuina per se, vel per Sanctos suos, Sic idem dictum Poëz applicatur, cum hæc: quæ in suo Elucidario inuouat, ex facto dependeant, & authoritate diuina per se, vel per antiquitatē reuelata perspicilla obedientia secum deferre debebat, ut reuelata videre posset, nec aliter patere possunt, nisi ex vetusta traditione, quæ vero tempore, & experientia indigent, ut quæ dicatur de Antipodis, & Zona torrida, & de nouorum siderum dete ctione, à perspicillis

Galilæi dependente. quare non est simile.

7 Illud autem illepidum, quod subiungit, non esse illicitum novas inferre conclusiones, & ex scrupulositatis incitamentis oriri novas; opiniones damnandi; nimirum enim Religioſum eſt aures claudere ſyrenum novis cantunculis, nec aures eis accommodare, Apoſtolo clamante. Prophanas vocum novitates deſerta, nec debebat Tertullianicam probationem aſſumere; nimirum ſi diabolus quotidie proficit in additione ad iniquitatis ingenia, proficere debere Doctorem in diſciplina; cum nihil fine ætate ſit, & omnia tempus expectet, & in dies Vicarius Domini Spiritus S. illuſtret illuminando, & docendo fideles, de veland. virginib. c. 1. hæc omnia ſcripſit Tertull. iam in hæreſim. Montaniſtarum lapſus, & quæ Chriſtus de Spiritu S. ſibi conſubſtantiæ non autem Vicario dixit, ſuo Montano non erubuit applicare, non habuit ocularia. p. quæ poterat foueam cuiuſque quam fecit, ſua paradoxa & ætera montanizans comprobando.

8. Nullo verò modo eſt pugnantia dicere veritatem conſigere cum nouitate, niſi quando nouitas cum recepta antiquitate pugnat; nouitatem enim antiquitas præcedit, & ſuperexcellit, cuius veneranda canities atteſtationibus ſapientiam ſulta, hæſternos, & hodiernos cogit, vt magis cum veteribus ſentiant, quam ſe ipſos, vt duces, & architectonicos nouitatum in publicum exponant; dictum verò Senecæ. non facit ad propoſitum, nec enim antiquorum principia poſteriores aſtringunt, & ingenijs dominantur, vt habeantur quaſi ſtipites, & trunci, ſed eos potius inuitant, vt ſuperaddant cohærentia (multa enim relicta ſunt), non noua principia ſtatuant, quæ tot ſapientiſſimi omnium effugerunt.

Verum eſt, quod non omnes ad normam. Vetruiij oſificiant, &c., ſed omnes, duces ſequuntur facultatum, vt per receptas methodos inceſſant, in nouis ſtructuris, & p. illas incedendum eſt, ne error contingat. Cærum eſt autem, quod vt dicit S. Th. 1. p. q. 79. a. 9. ad 4. *dyndicare, vel menſurare eſt actus intellectus applicatis principia certa ad examinationem propoſitorum;* menſura autem tempore præcedit ipſa menſurata, & antiquior eſt illis, & id probant dicta allegata, Nazian. & Clem. Alex. idq; magis obſeruandum eſt, quando per altioreſ regulam oportet res menſurare, nempe per reuelationem, in talibus enim, quidquid antiquius traditum eſt, cum veneratione ſuſcipiendum eſt. *Præſtat namque in his, ait, floſ ille ingeniorum Cæſar. ab excellentioribus perſuaderi, quam temere ſecundum vires indicare ingenij. proprij.*

Sed ſi nihil antiquius veritate, cur permittendum eſt, vt nouitas, inceſſat vetuſtatem? & quod antiquitus reuelatum eſt Sanctis Prophetis in ſpiritu de Oeconomia Saluatoris in tempore, quantum ad effectum.

stum nouiter factum est, & in hoc sensu synodus locuta est, mysterio antiquius in tempore dispensandum, prænuñciato. Arnobius propositionem nostram firmat, nam quod sero add. scimus in se, in principijs antiquis latitabat, & quod præferat consuetudini inspectam naturam veritatis, examine ponderatam; verum est ex diëtis supra, cum consuetudo irrationabilis est, & nullo fulcimento vallatur nisi solo tempore, destituta antecessorum tradentium testimonio, quæ diligenter ponderanda sunt, vt sciamus, quando consuetudo retinenda, quando abijcienda.

9. Laudamus conatum in rebus definitis in nouis inueniendis, & liberam vagationem, cum uerè res adiaphoræ sunt & nimiam præcipationem, & festinationem in ijs tradendis reprehendimus, ne fortè putantes solam inuouationem fieri in rebus arbitrarijs, ipsa quoq; fundamenta quatiamus. dictum Lactantij locum non habet, cum maiorũ tradita ex eorum autoritate recipienda sunt, in rebus pertinentibus ad Religionem, ubi potius ab excellentioribus erudiri tutius, quam proprios fetus intrudere; certè plus intellexerunt illi veteres, quam nos, qui minores vocamur, & uberius datum est illis scire de diuinis mysterijs: & quæ dici possunt à posterioribus, ab ingenijs prioribus, & melioribus sunt occupata. non negamus novas explanationes in dies elaboratas, dum modo cohærentes antiquioribus principijs, & in ijsdè tanquam in somine latitantes; & hoc uoluit dicere Minutius, dum incrementa ex ætate, & tempore cernimus in Christianæ ueritatis corpore se explicare [Crescat, dicebat Lerin. c. 28. contra Proph. voc nouit. tam singulorum, quam omnium, tam vnius hominis, quam totius Ecclesiæ ætatum, ac seculorum gradibus intelligentia; scientia, sapientia, sed in suo dumtaxat genere, eodè sensu, eademq; sentètia] ut nihil de germinis proprietate, & explanatione mutetur; nulla enim dogmata permutationem, nulla proprietatis dispendia, nullam sustinent definitionis varietatè. Hinc fit, vt antiquos ueneremur in quantũ nobis tradunt germina excolenda, & præsentem agricolas excolentes germina non despiciamus. Sed extra locum magna pollicitur iaculaturq; nam nouum, & inauditum, quod protert, nunquam antiquum, & præscis seculis familiare, quin potius nullus ueterum tales excogitauit phantasias: uel in limine ergò offendit, uel in summo defecit cliuo, & lassatus in innouando, non innouasset aliquid, sed scrutatus potius iux. dictum illius Episcopi Dorilæi, qui scrutatur, inquit non innouat. Sed hoc dictum ueritatem habet de persecutione, supposita fide non ulteriori inquisitione post acceptam fidem ad inueniendum quid credendum sit, sed inueniendi, quæ conferunt ad retinendam fidem, & tuendam. Esse antiquum principium tanquã iudicem eorum que creduntur esse inuenta dixit Strommat. 8. lib. nam & semper scrutandum est

est in quantum possumus inuenire, semper queremus ; & in insubitum querēdi extēditur processio ; unde Tertul. de præscr. c. 9. *Vnius porro, & certi instituti infinita inquisitio non potest esse. querendum est donec inuenias, & credendum ubi inueneris, & nihil amplius nisi custodiendum, quod credidisti; dum hoc insuper credis aliud non esse querendum, ideoque nec requirendum cum id inueneris, & credideris quod ab eo institutum est, qui non aliud tibi mandat inquirendum, quam quod instituit.* & postea dans solutionem ad illud : querite, & inuenietis, subdit. *interim ex fiducia probationis præuenio, admonens quosdam nihil esse credendum ultra quam crediderunt, id esse, quod querere aduerunt, ne: Querite, & inuenietis, sine disciplina rationis interpretentur.* Quicumque verò scrutatur contra præscripta à Tertull. vt fidem iam susceptā inueniat, uel alia confectaria, quæ cum fide indissolubili nexu coniuncta sunt, eaq; minimè supponit; inuouator proculdubio dicendus est, nec illi potest in hunc sensum aptari : *querite, & inuenietis*, nec enim amplius locus est vteriori inquisitioni credendi, vel inueniendi. quod credendum sit, sed potius custodiendi, quæ iam creditum est; inuestigando quomodo fides dilatanda, & roboranda, & aduersus impios defendatur.

10 Quod verò subinfert multa noua videri, quæ iam in antiquitate delitescabant, & vt certissimè supponebantur, &c. id verum est. Sed diuersa ratio est, cum nec vestigium antiquitatis reperitur in aliquo dogmate; tunc enim cum in tota antiquitate non reperitur nouelli alicuius dogmatis assertor, pro authore habendus est nouelli illius dogmatis author, qui à quo illud acceperit, non potest demonstrare. sic Iræneus Florinum reuincebat. *Ha dogmata Florino, nec qui fuerant ab Ecclesia extirbati nunquam affirmare audebant.* & iterum eadem presbyteri, qui ante nos fuerunt quique erant Apostolorum discipuli, minime tradiderunt, sic cum nouella obtruderent, se Nouatores palam esse ostendebant per tres illos famigeratos cuneos, nempe concupiscentiam carnis, concupiscentiam oculorum, superbiam vitæ. volens diabolus homines facilius deijcere, elegit nonnullos Doctores, qui se ipsos duces nihil à veteribus accipientes, se authores opinionum constituunt, quibus Dei legem, vel extenuant, vel in transgressione nullam, vel ad summum venialem culpam prædicent. Sed quid mirum, ait idem Lactant. lib. 7. c. 1. *quia trahuntur à vitijs, & scienter malis suis fauent, quorum suauitate capiuntur, & virtutis viam deserunt, cuius acerbitate offendantur,* & exemplificat per tria illa prædicamenta. *Qui auaritia, quæ in oculorum concupiscentia designatur, & inexplebili quadam siti flagrant, quia non possunt venditur, aut elargitis, quæ amant, tenui cultu vitam degere,* tedendo eos restituere, &c. malum suæ probabilitate facta sibi blandiri, quàm Aug. &c.

& Thomæ, qui tam disertè de non retinendo alieno locuti sunt, quorum auctoritate his desiderijs rennunciare coguntur. vnde præclare S. Thomas Opusc. 73. monuit DD. quod nullibi maior occurrit difficultas, quam in decidendis casibus, quæ ad iustitiam commutatiuam pertinent, vbi restitutionis nexus inuoluitur, *Sed & qui libidinum, stimulis incitati (ait Poeta) in furias, ignemque ruunt, visque incredibilia nos (hoc est Classicos DD. & Summistas) afferre dicunt, quia vulnerât aures eorum præcepta continentia, quæ illos à voluptatibus suis prohibent, quibus animam suam cum corpore adiudicant, eisdemque sapientes veteres, vt nimium scopolulos habent, non esse diuina mandata tam morosè restringenda. inde cupiunt introducere nudationem illam probabilium opinionum, reuera (si rectè examinentur) improbabiliū, vt earum serendarum illicita licentia latissimè sit introducta; ambitione verò, & potentia humana inflati eos interdum consularis sibi eligunt, qui applaudant cupiditatibus suis in- augenda potentia, vt proprijs limitibus non sint contenti, etiam si superiori potestate adstringantur ne transcant fines suos, quos vel ratio naturalis, vel diuina lex præscribit: vt ne si Solem gestemus in manibus, vel cum S. Doctore gestemus in pectore fidem accomodabunt ei doctrina, quæ illos iubet omni potentia, & honore contempto humiles viuere, atque ita humiles, vt & accipere iniuriam possint, & referre noliunt si acciperent. Ij sunt homines, qui contra veritatem clausis oculis quoque modo latrant, qui autem sani erunt. i. non ita vitis im- mersis, vt insanabiles non sint, & credent his, & libenter accedunt, & quacunque dicimus aperta, & plana, & simplicia, & quod maxime opus est vera, & inexpug nabilia illis videbuntur, & postea eo fit, vt pauperes, & humiles, Deo, & Sanctis eius credant facilius, qui magis sunt expediti, quam diuites, qui sunt impedimentis pluribus implicati; imò & catenati, & compediti seruiunt Domine cupiditati, &c. & multis & ingentibus sarcinis onerati per viam mortis incedunt. quæ latissima est ex conscientiz laxitate, quoniam lato prædicatione dominatur. His verba sunt, his venena, quæ Deus ad iustitiam præcepit per DD. suos, qui Dei magisterio, & veritate Ecclesiam erudiunt. Quibus si repugnare audebunt, necesse est hostes esse virtutis, iustitiæq; fateantur.*

Accedit quod mundus cupit, vt diuina præcepta molliantur, propterea blanditias quærit eorum, qui diuina mandata sic extenuent, ut ea ad nudum nomen contrahant, vade per dulces sermones, & benedictiones seducunt uiri illudores corda innocentium. unde Hier. 2. Dialogor. aduers. Pelag. c. 9. *semper insidiosa, callida, blanda adulatio, puerbrique adulator apud Philosophos definitur, blandus inimicus: veritas amara est, rugosa frontis, & tristis, offenditque corrector: ergo*

& Apostolus loquitur [inimicus vobis factus, veritatem dicens vobis] & Comites] obsequium amicos, veritas odium parit. Quapropter & Pascha celebrandum in veritate, & sinceritate, veritas in nobis sit, & sinceritas, & illico amaritudine consequatur.

11 Hi certe qui laxitatem cupiunt, Ecclesiarum Magistris ex Hieron. in Es. c. 10. loqui videntur: *Nolite nobis videre que racta sunt, nec gehenna flammam comminimini, sed promittite nobis Regna Caelorum, ut post luxuriam, & delicias, pandatur nobis Paradisus. Quid mihi ostendis viam Domini, per quam non libere ingrediort? Quid replicas nomen Sancti Israel, quod mei pectoris arcana non penetrat? & non solū hæretici hæc dicunt magistris Ecclesie, sed tepidi Catholici, qui cupiunt laxitatem, vel conscientie libertatem; vnde sequitur Hieron. quod quidem, & ad Populum Ecclesie etiam negligentem, si austeritatem magistrorum, & adulationibus foueat, dicitur.*

Propterea qui a consilijs, a concionibus, confessionibus Principum instituti sunt maxime cauere debent ab adulatione, & vera institutione informare eorum mores, & per spiritum modestæ libertatis eos arguere, & magnus Hilar. in Pl. 14. egregie dixit. *Non oportet humilitatem carere constantia, & libertas Dei à nobis in ea, quam omnibus debemus seruitute retinenda est, ne ob potentiorum impetus terreamur, ne ad malsuolorum arbitria cedamus, & rationem assignat, quia interdum etiam Regibus iniqua ponentibus turpi adulatione famulamur, & vitijs alienis conscientia nostra infirmitate blandimur, emolliendo præcepta, adinueniendo opiniones nullam probabilitatem habentes, ut securi dormiant ij, quibus adulamur, ut eorum gratiam captemus, quos tamen exuscitare debent, non ceruicalia adaptare, ut suauius dormiant sine scrupulo conscientie, & cum omni libertate directoribus animarum adiungenda est fortitudo, ut pro vera doctrina, & institutione etiam mortem subire non formidēt, qua fiducia Io: Baptistæ in moribus instruebat Herodem, non licet tibi ducere uxorem fratris tui Philippi, & Moyses iturus ad Pharaonem instruendum iubeatur calceamenta soluere, quæ typus mortis dicuntur ab Amb. 7. in Lucam, quasi qui ad Magnates sunt verba facturi, pro Synonymis habeant ire ad instruendum Principes, ac si morti deuoti adjudicentur.*

12 Multo magis in Principibus Ecclesiasticis id exigitur, quos oportet, omnes subditos etiam coronatos arguere, instruere in omni patientia, & doctrina, & vbi opus est exuere gladium Ecclesiasticæ disciplinæ, nihil de minis, nec de ipsa morte curando, maxime vbi Dei causa tractatur, enscellendo praua doctrinarum semina, & tribulos indisciplinatarum opinionum, ne animas enecent, præcidenso, & inhibendo, & Ecclesiasticam libertatem tanquam Ecclesie vallum pro viribus tuendo, ea moderatione, ex Nazianz. orat. 32. bellū pro Chri-

stingerendo, ut iam ad mortis usque terminos forti, & imperterrito animo, pugnando, modo procerum exigentia miti, & parato animo, vera doctrinae manus admovento. Nam nec, dicebat S. Antistes, in vera doctrina detrimentum paci studemus, non nihil de animarum contentione remittentes, ut facilitatis, & mansuetudinis famam colligamus (non enim quod bonum est male aucupamur) & rursus pacem colimus legitime pugnantes, atque intra limites nostros, spiritusque regulam normas continentes. & Chrysol. Hom. 13. ad Tit. mansuetudine Praesul utatur in ijs, quae ad se pertinent, patientia utatur ferendo insultus. Verum ubi aliena salutis negotium agitur, impetio omnino utatur, atque ex culmine auctoritatis, ne quid noxium immineat gregi summa cura provideat, neque .n. hoc in loco mansuetudine, sed auctoritatis opus est uti, ne Ecclesia utilitas pereat.

13 Monabat S. Cyprianus summum Ecclesiae Pastorem Corneliū. Papam, ne calumnias Felicissimi, & Fortunati audiret, nec minas pertimesceret; unde aurea illa verba protulit, 1. Epist. 3. *Quod si ita res est frater charissimo, ut nequissimorum timeatur audacia, & quod mali iure, atque aequitate non possunt, temeritate, & desperatione perficiant, auctum est de Episcopatus vigore, & de Ecclesia gubernanda sublimis, ac diuina potestate, nec Christiani ultra durare, aut iam esse possumus, sed hoc ventum est, ut perditorum minas, atque insidias pertemiscamus. & infra. sed non idcirco frater charissime, relinquenda est Ecclesia disciplina, aut sacerdotalis soluenda censura, quam niam conuicti infestamus, aut terroribus quaeimur, quando accurrat, & moueat Scriptura diuina, dicens: & verba viri peccatoris. ne timueritis, &c.*

His vitijs occurritur temeritati impiorum, ne in messem Domini insurgant, et caelesti semine satam doctrinam, & disciplinam conculcēt.

§. 3. Ut politiā euerterat diabolus fouet fallas doctrinas, & mores corruptos procurat introducere, his enim technis communitates cupit euertere. In primis exleges homines errare intendit, ne subiecti sint spirituali potestati, & Principibus Ecclesiae, nec Reges, & Magistratus agnoscat temporales, vel confundendo potestates, vel effrenē concedendo libertatem, viam aperiendo, ut sacros Canones, & leges ciuiles contemnant, inde sectae perditionis introductae, ut sub praetextu verae Religionis inueniendae maiestatem spernant, dominationē contemnant. Accensa verò hac face tumultus accensi, seditiones nutritae, conturbatae sunt gentes, & inclinata sunt Regna. Scissionis Israel à Iuda fomes fuit, diuersitas Religionis, hunc praetextum praedicatoribus Pseudosacerdotibus adinuenit Rex Roboā, qui ut auerteret veros Dei cultores à templo, erexit vitulos aureos in viarum compitis, ne ad verum Deum colendum festinarent; propter quod Osee v. redarguuntur Pseudosa-

ter-


Sacerdotes, & aulicissimus. [Audite hoc Sacerdotes, & attendite domus Israel, & domus Regis auscultate, quia vobis iudicium est, quoniam iniqueus facti estis speculationi, & sicut rete expensum super Thabor] ex sublimi enim loco iatuebantur incedentes versus templum, illosq; deterrebant, & ad cultum Deorum falsorum pelliciebant, vel cogebant, & 3. reg. c. 12. fit mentio de Sacerdotibus, qui erant in phanias, nec erant de filiis Levi: Inde destructio tribuum idolatriæ addictarū prædicatur ab eodē Osea. *Et respondebit arrogancia Israel in facie eius, & Israel, & Ephraim vident in iniquitate sua, vult etiam Iudas cum eis, &c.*

Hinc persecutio contra Christianos excitata; putabant.n. noua Religione introducta tumultus excitandos. hæc fuit ratio Politicæ occidenti Christum[ne veniant Romani, & tollant locum nostrum, & gentē] & persecutionis Apostolorum Act. 17. [Hi orbem concitant, & hi omnes contra decreta Cæsaris faciunt, Regē alium dicētes esse Iesum] Job id Ethnici illi Imperatores, vt dissiparetur nouella, & tenera Ecclesia, varijs cruciatibus fideles Christianos cruciabant, Gnosticis impurissimis dimissis, quorum facinoribus infamabatur, ex sparsis rumoribus, falsisque criminibus, quos veris christianæ fidei cultoribus affigebant. Id alios mouit hæreticos, & apostatas sectis varijs licentiam dando sētiendi quod liberet, vt Christiana respublica his dissidijs conficeretur, præstiterit id Cōstantius, Iulianus, Basiliscus, Theodoricus Italiæ Rex, vt tradunt Historiæ. Contra verò sectarū libertatem ademerunt, Cōstantinus, Valentinianus, ante eos Aurelianus quantumuis Ethnicus.

Quam misera facies erat Ecclesiæ quando passim decurrebat impunitas sectarum. vnum præferre sat est exemplum, ex Lerin. c. 6. contra proph. vocum Nouitates. Cum prophana nouitas Ariana, velut Belona, aut furia, capto prius Imperatore cūcta palatij culmina nouis legibus subiugasset, ima summis admixta, priuata, ac publica, sacra, prophanaq; omnia, nullum boni, veri; discrimen apparebat, & mali huius contagio ad alias Ciuitates, & Prouincias celeriter permanuit, lænaq; omnium malorum subsecuta est ex libertate, sectarumq; licentia, breuiq; tempore, vt alijs temporibus quando talis impunitas permissa est, sic omnia humana, & diuina temerata, vt rerumpublicarum status fūditus euerlus, & Politia omnis penitus deformata. id docuerūt Monachi, & Archimandritæ ad Agapetum Papam, quem precibus urgebant ad expellendos ab Ecclesia Anthimum, & alios hæreticos, *tanquam infidiatores, & violatores non solum sanctissimarum Ecclesiarum, sed & Politia ipsius*, erant hi (dicunt ijdem in eadem epistola) qui odibā multas domos eorū, qui in excellētia erant constituti, multa indecentia facientes, captiuantes mulierculas, omnia contemnentis propter attributum eis patrociniū, & latebant sub vestimētis ouium.

Na 2 Qua-

Quare diligenter cauendum ne hæretica dogmata serpent, sed nec nouitię doctrinę, quę communiter non recipiuntur admittantur; nam scila fieri potest, vt ex nouitate doctrinę in libertatē terminetur sciendi eterodoxa. à scintilla vna augetur ignis, & modicum fermentum totam massam corrumpit. oua aspidum ruperunt, & quod confortum est erumpit in regulum. potest petulans ingenium falsam opinionem concipere, & in scholis reperiat vnde eloquentia foueatur, & verisimilibus ratiunculis partus membra lineentur, potentia seculi repellantur obstacula, quominus non habeat sectatores, & breui compendio, opinio erumpat in regulū, quę Regna inficiat, & pessundet. Propterea diuinitus prouisum est de varijs Academijs Theologicis, non solum ad fidem defendendam, & roborandam, sed ad petulantia ingenia compescenda si auderēt similia semina introducere in Orbis perniciem. Egrege dixit S. Th. 2. de Regim. Princip. c. 16. *Quod ab initio seculi tria se inuicem, per ordinem comitata sunt, diuinus cultus, sapientia scholastica, & secularis potentia, quę quidem tria se inuicem per ordinem consequuntur, & in Rege Salomone ex suis meritis conseruata sunt: quia per diuinam reuerentiam cum descendit in Hebron locum orationis, assumptus in Regem consecutus est sapientiam, & ex utroque ulterius in regali virtute super Reges sui temporis excellentiam. Cur mulatē in Hispaniarum Regnis hæc mutuo se fac cōsecuta sūt: diuinus cultus ex fidei Catholicę professione: sapientię Scholasticę studio (maximē Theologię Scholasticę S. Thomę defensione) vt patet ex iuramēto Salmantinę Academię profitedo, se sectaturos Academicos professores doctrinam SS. Augustini, & Thomę. Potentia demum dilatando sceptrum vsq; ad Antipodes, & tamdiū florebit ex documentis Cęlestini Papę sceptrum, & imperium, quousq; cultus vigebit, & sapientia illibata permanebit & nedum ab errore, sed seditione securum manebit, nam seditiones ex mutatione Religionis oriri possunt, et ex leuissimis ab initio opiniunculis efformari. his autem præcluditur via, cum ex florentissimis Academijs, quām ex Tribunali S. Officij, & petulantia ingenia cohibet, & vrticas crescere non permittit hac via, & diligentia, sed vix ortę eradicantur. Et vt alia non attentent (vt dicebat idem Cęlestinus in Epist. ad Ep. Gall.) resistendum talibus, quos malē crescere videmus.*



LIBER QVARTVS.

SPECIALES, ET NOVISSIMAE

Anonymi contradictiones ad-
uerfus nostrum Cherubim
recensentur, & refu-
tantur.

CAPVTL

Referuntur Contradictores Sermonibus
Sancti.



T ergò ab ovo (vt dicitur) rem exordia-
mur, non defuerunt contradictores ser-
monibus Sancti, qui illi & viuo, & mor-
tuo insultarunt. Aduersus Angelicū Re-
ligiosorum propugnatorem, Desiderius
Longobardus, & Gulielmus de S. Amo-
re linguas, & calamos strinxerunt; sed
opposuit se, vt scutum validissimum de-
fendendo Religionis, & Religiosorum
statum, Religionis amatissimus Thomas,

& de illis mirificè Sanctus triumphauit cum S. Bonauentura socio in-
diuiso, velut altero Achate, fortiter propulsansibus hostium cuneos,
qui, & frab. Academia Parisiensis ab insolentibus quibusdam eijsce re-
aur (sic accidere solet cum non ratione, sed vi geritur res) iubente
Alexandro. IV. factiosis exauthoratis, cathedrisq; eorum in cinerem
verfus, gloriosius cathedrarū subsellia duo hęc luminaria ascenderunt.
Quid aduersus eundem non eructauit hæreticorum succedentium col-
luuias?

Iuues ? Contra Sanctum Tho. fremuerunt Vualdenſes, Cathari, Beghiæ, Begardi, Fraticelli, Huſſitæ, Vuitcleniſtæ, demum Luſherus, qui æuſus eſt D. Th. vocare *pbialam iræ Dei. Hæretica multa ſcripſiſſe, & auctorem fuiſſe regnantis Ariſtotelis, piæ doctrinæ vaſtato-rem.* Quin etiam *fontem, & ſenſinam omnium hæreſum, & errorū.* Vide quæ ſcripſimus t. 1. præſcript. fol. 12. Non degenerauit hic modus procedendi in his probris, lcommaribus, & maledictis, veteri, & familiari ſtylo hæreticorum, qui Magiſtros, Populorum, hæreticos vocare non erubeſcebant, & eorum diſcipulos eadem fidelia denigrare. Montani ſectatores (è quorum caſtris Tertullianus) Catholicos Psychichos, hoc eſt animales vocabant. Origenes Peluſiotas, ltheos animales, atq; carnales, ex Hieron. Manichæi (v̄ de Fauſto refert Auguſtinus ſemi-chriſtianos.) Iulianus Chriſtianos dicebat Galilæos, Iconomachi Idolatras appellabant. Similiter & Arriani Euthatianos. Athanaſianos, Chryſoſtomianos nuncupabant. Sic & Pelagius Manichæos non erubeſcebat orthodoxos deſenſores gratiæ Chriſti nominare. Sed ſicut à laudato viro laudari non leue præmium virtutis eſt, ſic à ſicophantiſ morderi, & ab hæreticis non leue Religionis, & probitatis eſt teſtimonium. Sic ſanctum Cherubim efferre poſſumus, quemadmodum in quadam Epistoſa Auguſtinus, Hieronymum celebrabat. *Mathe virtute in Orbe celebraris, Catholici ſeconditores. antiqum rurſum fidei venerantur, atque ſuſpiciunt, & quod ſignum maioris gloria eſt, omnes hæretici deſectantur, &c.*

2 Sed omiſſis manifeſtis hoſtibus Eccleſiæ, illos recenſemus, qui ex philautiæ, inuidia, & emulatione in lucubrationes S. Thomæ de tractionum ſpicula contorſerunt. Prodièrunt olim quorundam Magiſtrorum cenſuræ Pariſienſes, ſed duplici tæda inurendus auctor, & confarcinator ille talium cenſurarum. Primò, quod n̄uos non ferendos S. Doctore affixerit, & celebrem illam vniuerſitatem ſtudioſum parentem maxima iniuria affecerit, quaſi aded probroſam, & contumelioſam lucubrationem, velt eius nomine editam in mundum vulgaret, & in celeberrimos illos Magiſtros tanquam in auctorem cenſurarum, tale opus refuderit. In quadam concluſione illius libri, ſic dicitur. *S. Thomæ doctrinæ ſecundum quosdam eſt in fide erronea, ſeu in aliquâ ſui parte de cuiſmodi errore ſuſpecta, & in hac concluſione non aſſertiuè, ſed ſolum recitatiuè loquimur.* Vnde quæſio virgularum cenſoriam arripuit, qui talem librum fabricatus eſt, vt in ius vocaret Angelicum, & tanquam male locutum de diuinis myſterijs; imò & hæretica docuiſſe tanta aſſeueratione proclamaret ? ſi cenſores graues, & authentici Doctores erant, cur non nominauit auctores, qui tam grauem, & indignam doctrinam denotabant ? & mundum eam ſequentem vniuerſaliter ab errore liberarent. Sed dum nominibus eorum

con-

condonatur, verendum ne qui finguntur, factiosi, & contentiosi ob-
 reſtatores, pertineant ad caſtra rebellium Vualdenſium, Huſſita-
 rum, &c. Ante hæc tempora prodijt (cum adhuc viueret Ægidius
 Columna S. Tho. Auditor) liber inſcriptus: *Correſtorum operum S.
 Thomæ*, & quaſi tali cenſuræ Orbis ſubiacere debuiffet, ad ſuum tri-
 bunal citauit; & non minori inſcitia, quàm petulantia adiuncta, au-
 ſus eſt multa expurgare, & emendare. Tamen tanta audacia extimula-
 tus Ægidius Doctor fundamentalis, & acerrimo præditus ingenio, in
 defenſione ſui Magiſtri ſtylum acuit, doctrinam Angelicam defendit,
 impugnatorem totius Orbis theatro illudendum expoſuit, quem ad
 maiorem illius ignorantiam ſuppreſſo calumniatoris nomine, nominæ
 dedignatus eſt, ne gracculus, quod Aquilam oppugnaffet villo viqueam
 tempore per ora virorum volitaret, & ſi Trithemius (quos alij imitati
 ſunt) in Cimmerijs tenebris inuolutum ad lucis auras euocarit,
 magno euulgatorum, & euulgantium dedecore.

3 Sed & Okamus in ſuo damnato opere, contra Papam Ioannem
 22. lib. 2. p. c. 24. *ex cauſa* (ait) *rationabili vniuerſitatem Pariſienſem,
 & Cantuarienſem aliquas opiniones S. Thomæ interdixiſſe, ne
 ullas eas audeat defendere, ſub anathematis pena;* opiniones
 erant, quod Corpus Chriſti non fuit idem viuum, & mortuum, & q̄
 idem Corpus Chriſti, quod iacuit in ſepulchro, non fuit idem Corpus
 Xpi dū viueret, &c. *Quæ opiniones ſequitur* (ait) *ad poſitionē de vnitate
 ſe forme ſubſtantialis.* Vnde, & idem Okam c. 27. ait, *multos putariſſe
 opiniones S. Thomæ fuiſſe damnatas Pariſiis, & inter hereticas com-
 putandas, vt & omnes, quas damnauit Cantuarienſis.* Sed dum re-
 fert ibidem idem Okam, quofdam de Ordine Prædicatorum Romam
 appellariſſe contra latam ſententiam Cantuarienſi. ex hoc ſatis probatur
 & è uidenter non habitas, vt erroneas tales ſententias, cum non fue-
 rit à Pontifice Summo, cui finale iudicium quæſtionum fidei referua-
 tur, facta damnatio & ſi apud opinantes, vel maleuolos, vel inſcitia de-
 notatos acerbiffima ſit nota præſcriptus. Circumferebantur olim an-
 nexi cum Magiſtri ſententiarum libris hi articuli Pariſienſes: ſed meritò
 in littera L ipſi reprobatifunt, ſic enim in Indice Librorū prohibitorum
 legimus in Appendice. *Liber conſinens articulos reprobatos à ſacul-
 tate Pariſienſi contra doctrinam S. Thomæ.* Vnde, meritò ab Eccleſia
 inter prohibitos, & proſcriptos recenſiti ſunt.

4 Sed quicquid pulchrum eſt rodit Momus. Et cum non valuerint
 multi Henricum, Durandum, Scotum, Aureolum, Ariminenſem imi-
 tari, qui ad Monomachiam cum S. Thomæ descenderunt ingenij vires
 exerecentes, ad calumnias proceſſerunt, vt cauilloſa, captioſa ingenia,
 ſe habere monſtrarent, & potius phaleratis, quàm fortibus delectari.
 Magnus (aiunt quidam) eſt S. Thomas, ſed non adeò ſublimis, vt cum

ve.

veteribus valeat comparari. Cedo, sed semper veteres S. Doctor insecutus est, vt in ore eius semper audias antiquitatem resonantem. Præclara est Basilij sententia. *Quod vetustate excellit venerandum est, lib. de Spiritu S. & Zofimus Papa. Apud nos inconuulsis radicibus vitæ antiquitas. & Calistratus. Semper in Republica nostra venerabilis fuit senectus, & senibus eisdem, quem Magistratibus honorem maiores nostri viri laudatissimi tribuerunt.* In tantum merentur laudes Irrefragabiles, Seraphici, Subtiles, Profundi, Illuminati, in quantum innixi vetustis Patribus eorum sententias illustrarunt, diuinamq; ipsorum sapientiam enuclearunt. Eatenus Græcos efferebat Plato, quatenus ab antiqua Philosophia Barbara accipientes, eandem consecrarijs veritatis augeates clariorem, & illustriorem reddiderunt. Perbellè Aristoteles dicebat 2. Metaphys. *Gratias agendas etiam illis, qui in rerum theorijs superficialiter aliquid enunciauerunt; licet eorum opinioniones non sequamur, nam (ait Angelicus lect. 1. præstiterunt nobis multum circa inquisitionem veritatis per exercitium, & c. & indirecè aliquod nobis contulerunt emolumentum, etiam priores errantes circa cognitionem veritatis, & diligenti discussione habita veritas limpidius appareret; sic exemplificat Philosophus si non fuisset Timotheus, qui multa de arte musica inuenit, non haberemus ad præsens multa, quæ scimus circa melodias.*

Similiter gratiæ maximæ agendæ sunt ijs Philosophis, qui enunciauerunt veritatem rerum, à quibusdam enim prædecessorum nouimus aliquas opinioniones de veritate rerum, in quibus credimus eos benè dixisse, alias opinioniones prætermittentes. & iterum: illi, à quibus nos accepimus, inuenerunt alios prædecessores, à quibus accepèrunt, quique fuerunt eis causa instructionis, vt ibidem scripsit Philosophus. sic Scholastici (in primis S. Thomas) proximorum Theologiam secuti sunt, qui à Magistro sententiarum eam hauserunt, Patrum sententiam colligentes, in quibus talis series inspicitur, vt Patres infimæ ætatis, medios, hi primos, & Principes post Apostolos insecuti sunt, à quibus accepèrunt, & instructi fuerunt, de reuelatis mysterijs, traditionibus, &c. Aggressus est S. Iohannes Damascenus anno 750. quasi summam Theologicam, scribens libros quatuor de fide orthodoxa, vbi primo de Deo, quatenus vnus in essentia, & trinus in personis disseruit; mox de Dei opificio, & formatione rerum tractauit; tertio de Incarnatione Domini, totaq; eius Oeconomia disputauit: quarto de ijs omnibus, quæ Christo Domino contigerunt, scripsit: de fide item, Baptismo, Eucharistia, Anichristo, Resurrectione notissima, plausu, & probatione omnium disseruit. elegantissimè Eutyminus Zigabonus refertissimam Panopliam eodem modo construxit. & per eandem ferram reciprouit Petrus Lombardus, copiosè, & dilucidè totam Theologiam quatuor

tot libris sententiarum complectens; unde Magistri nomen merito adeptus est; sed cum post ipsum uterq; Gulielmus Antifidiorē. & Parisiensis, nobilis quoque methodo suas summas edidissent, nouissimam euigilauit S.Th. in benedictione Domini replens torcular, summamque Theologicam post alia opera, composuit, vt palmam eo dicendi genere, ordine, artificio, breuitate, profunditate, & copia reportarit, & miraculi instar habeatur vastissimum, & innauigabile Oceanum. Theologiæ, angustis finibus esse contractum; imò in vnā concham, redactum, atque conclusum, vt si non omnia littora, & stationes lustra; ueris, in vna summa omnia inspicias, qua ad cautes, scopulos præcauendos, velut synoſura vtentes, naufragium non timent, & quantauis tempestate iactati, appellant tandem ad veritatis placidissimam stationem.

Sed non omnes Thomæ fasces submitunt. & per hoc patet firmetas doctrinæ S.Thomæ. sollempnè fuit magnorum virorum monumenta oppositionibus subiaccisse. Sed si habuit multos oppugnatores Angelici doctrinæ, non defuerunt propugnatores, qui ex eius schola in occursum perrexerunt armatis, arictes, & cuniculos argumentationum, atque sophismatum euercentes. An sacris litteris defuerit oppugnatores minime, dicente Hieron. in 2. Epist. ad Titum: *Reprehenduntur quippe, & Apostoli, & Euangelista ab hæreticis, & gentibus, & 13. nihil reprehensione dignum dicant, vel faciant, aduersarij tamen semper sunt ad dicendum parati.* Non ergò infeliciter scripsit Angelicus, quod multi alij Doctores ab eo discesserint; imò magis eius doctrinam probant, & magis inter se Classici Doctores interdum pugnant, quàm cum Thomæ, & hoc dissensio victoria quædam est doctrinæ Thomisticæ; nam, si modo in hac, vel illa materia, sic vel ille pugnat, atque dissentit, alij pro Thomæ in acie fortiter perstant; nam si arcum tendit Scotus argumentis subtilibus, ijs tanquam sagittis acutis stipatus, clypeum apponunt Durandus, Henricus; & si alij phæretas suas instruunt contra Thomam, sæpius Ægidius vmbonem extendit, & feliciter missilia tela eludit; quin (quod obseruauit ingeniorum flos Picus Miradulanus) non rebus, & sententia in multis subtilem ab Angelico discrepare dicebat, hancq; concordiam se initurum, & veluti quoddam schemata propositurum Orbi promittebat. Sed hæc ipsa Scholasticorum contentio, cum pietate ingenij gloriam copulatam fuisse demonstrat. Similis pugna, ac dissensio intercessit inter veteres Sanctos, Augustinum præsertim, & Hieronymum, qui sic in quadam Epistola ad Augustinum scribebat. *Nos inter nos, eruditionis causa differimus, caterum amali, & maxime hæretici, si diuersas inter nos sententias viderint, de animi rancore descendere putant, nobis autem decretum est te amare, suscipere, colere, mirari.*

O o

Sed

5 Sed nodum in scirpo quærent alii, dicentes iterum atque iterum repetere solere Thomam, quæ in alijs voluminibus aliàs descripsit. At nesciunt à S. Ambrosio præclare dictum esse. *Quod gloriosè dicitur, sæpè repetendum est*, & ab Augustino, expedire à pluribus de iisdem rebus, & quæstionibus plures libros edi adiudicatum est; vt veritas ad alios sic, ad alios verò sic perueniat, et cur id ab vno Thoma ex varijs occasionibus, & ob ingruentes materias prestari nõ potuit in diuersis materijs? & iterum ne leue putaretur, quod non frequenter argueretur, vel inculcassetur, necessarium fuis, sed non usq; ad nauisam, eadem replicare.

6 Quidam verò comptuli elegantiam sermonis expectunt, & linguarum peritiam. Sed nesciunt, quod ea est merito adiudicata Latinitas (vt dicebamus cum S. Prospero supra) quæ non verborum folijs amenitate luxuriat, sed quæ sententiarum, & verborum pondere vestitur, &c. Etiam Petilianus Augustinum vellitabat, quod linguam Græcam non callebat, cui occurrens Augustinus, eam obiectionem nihili pendebat, & absque illa sophismatibus hæreticis inuictè se currere demonstrabat. Et non est cur garriant nostri xui trilingues, cum pro nullo in Aquinate, hunc defectum obijciūt, qui non ad ignorantiam, sed ad nescientiam pertinet, quæ nescientia nec in Angelis adstruit imperfectionem.

Sed humilis est doctrina dicunt alij, & omnibus peruis, & qui diuina tractarunt, curauit non projicere margaritas ante porcos, hieroglyphicis, & velaminibus mysteria circumuolando. sed doctrina Angelicæ non tantum fons est, sed etiam profundus puteus ob altitudinem sapientiz non omnibus peruius, interdum obscuritas species silentij est, & valdè à Patribus, & Philosophis cõmendata est. *Arcanorũ*, dicebat Boetius *est sibi custos*, & sapientia tantum cultores suos colloqui dignatur: nihilominus, ex Hieron. interdum *obscuritas aut rerum difficultate, aut Magistri imperitia, aut discipulis nimia tarditate nascitur*: non imperitus, vel ad intelligendũ tardus extimandus est Angelicus, sed si qua obscuritate circumfusa est aliqua pars eius doctrine, ex ipsarum rerum difficultate manauit, quæ, & si abyssus ob difficiles locos videatur, vt tenebræ appareant super faciem abyssi, lux doctrine suæ, sic omnes tenebras effugauit, vt nox atra, abditique colores, superueniente luce illustrati sint, & quemadmodum, ex Chryf. Hom. 3. in c. 1. Gen. *Hoc loco lux sensibilis producta, & tenebræ illæ visibiles absconditæ; sic & lux mentalis tenebras errorũ effugauit, & ad ueritatem errabundis manuduxit*; & quod mirabilis, obscura quædam dicta Patrum fulgentissima apparuerunt, & ad sublimiorem, & clariorem intelligentiam auditores perducti.

Sed, dicunt alij, multa retractauit Sauctus, quod est signum incon-

stan-

stantis doctrinæ. Sed nesciunt, & etiam sapientes Gentiles pronunciantur [cogitationes posteriores, meliores] temporis enim beneficio animæ prudentior fit atq; sapientior. rectè pronuntiabat Damafus, retractari oportet, quod malè actum est. & Leo Papa dicebat [tunc optimè veritatem defendi, cum opinio falsa à suis authoribus impugnatur.] Etiam Augustinus ex prologo librorum retractationum, voluit iudiciaria seueritate, vel censorio stylo multa, quæ scripserat retractare, & apertissime illud pronunciauit, imprudentem esse reprehensorem eorum, quæ ipse reprehendebat, *eorum quippe reprehensor es, quodrum & ego; neque .n. quispiam nisi imprudens, idèd quia mea errata reprehendo, me reprehendere audebit, eorum quippe reprehensor es, quodrum & ego; neque enim ea reprehendere deberem, si dicere debuissim.* & eleganter prosequitur, *sed qui primas non potuit habere sapientiæ, secundas habeat partes modestiæ, ut qui non valuit omnia impensenda dicere, saltem peniteat, quæ cognouerit dicenda non fuisse.* Iure ergò idem dicere potest Cherubim noster Calumniatoribus istis.

Atq; talibus obrectatoribus, qui dum de paucis illis, quæ retractauit, obmurmurant, pelus sapiunt, dum arguendo retractanda non fuisse, quæ retractari oportuit, tanta ignorantia enunciant.

Hæc obiecta inuitus retuli, & plura alia futilia omisi, genus eiusmodi oppositionum designasse cõtentus. Curæ mihi fuit id ostendere, quæ sint ardentes maledicentiæ, vel inuidiæ faces, quæ ad incessendos Principes viros, & venerandam antiquitatem tanta voluntate aduolant. Præclarè Quintil. Dial. de Oratore. [Quis ignorat, & eloquentiam, & cæteras artes descruisse ab ista vetere gloria, non inopia hominum, sed desidia iuuentutis, & negligentia parentum, & inscitia præcipientium, & obliuione moris antiqui.] Iterum, cur à veteribus degenerent nonniiores, ibidem reddit causam [colligunt præceptores, non seueritate disciplinæ, nec ingentij experimento, sed ambitione salutantium, & illecebris adulationis: item [quia transeunt prima discipulorum elementa, in quibus parum elaboratur, nec in euoluenda antiquitate, nec in authoribus cognoscendis insumunt tantillum temporis, quo possint penetrare, & in rebus minoris momenti, & suis expoliendis, & incrustandis placitis totam vitam insumunt, imperitiæ, vel rerum, vel hominũ, vel tẽporũ taxat, & fontes inuisere dedignantur] Rapsodos consulunt, & Papellistas, & quiuis Magistellus potius proprios partus venditare cupit, quam acceptam, & cõiter receptam doctrinam tradere. Hæc (ex eodem) est alumna licentiæ, quàm stulti libertatem vocabant, comes seditionum, effrenati Populi incitamentum, sine obsequio, sine seruitute, contumax, temeraria, arrogans, quæ in bene constitutis Ciuitatibus, Academij non oritur: Experimento didicimus, quòd penetrauit talis sentiendi libertas, atq; licentiæ quæ illas partibus, & dissensionibus, &

discordijs confecit; donec nulla fuit in foro pax, nulla in Senatu concordia, nulla in iudicijs moderatio, nulla superiorum reuerentia, nullus Magistratum modus. valentiores plausus ex nouis obtinuerūt noua tradentes: sed indomitus ager habet interdum si non salubriores, leuiores, & luxuriantes herbas, & plantas.

In tali licentia merito his succenturiatus Blucidista, qui cum noua in Orbem, & Academias vniuersas intulisset, S. D. & PP. doctrinam, vellicando, rapido torrente, & inaudito impetu antiquos vexare cepit; at non defuerunt defensores eorum, qui exagitabantur, & non exigua fuit veterum laus, quos abiq; alia defensione. satis fama laudabat. contra, magna temeritas eorū, qui nouitatis libidine furentes, illis contradicendi partes assumebant. Præcipuè, tamen exclusi, atque proscripti, & repulsam passi illi, qui libellos Anonymos euulgarunt, & qui euulgatos defenderunt, perpetuo silentio obruti. At nunc memoriale expendamus Anonymi, ne quid intactum in hac confutatione relinquamus.

C A P V T II.

Memoriale Anonymi.

Ad Iudicēs veritatis, atque doctrinæ ..



M peruenierint ad istā Vniuers. Salmatinā quadā scripta multum pia, & catholica circa Doctorum auctoritatem, nonnulli ea deprauarunt, addendo, & minuendo quadam verba, & clausulas à veris exemplaribus; ut fecerunt multi relati in sexta Symodo. Visum est mihi hoc inconueniens submonere, imprimendo fideliter in hoc libello ea scripta, quæ ab initio in hac Vniuersitate circumferrebantur; ea offendendo omnibus veritatis iudicibus, qui in iudicam sententiam ferre possunt, & ne libellus prolixus sit, compendio referentur, quæ pia scripta continent, & sub breuioribus clausulis auctoritates referentur, quas allegamus. Hec Anonymus.

Sup-

Suppositiones Anonymi.

Supponit autem primò author in materia fidei, & morum, Patrum sententias, vel clausulas dubias SS. PP. & DD. declarandas esse ad sensum magis pium, atque catholicum.

Secundo. Si non admittuntur illz authoritates, iudicandum est, quod vel ob temporum mutationes, vel Amanuenses, vel interpretes, vel impressores, vel hæretici, malitia, ignorantia, vel focordia addiderunt, vel depravarunt clausulas male sonantes. vnde dicit Leontius in actis Concil. Chalcedonensis, *Scripta Cyrilli à semerarijs hominibus esse depravata.* De Basilio constat, quàm præjudicialiter eius opera versa à Vuolfango, multos quoque Patres in sexta Synodo eandem passos esse iniuriam apparet.

Tertiò. In materijs, & propositionibus, quæ non innouant fidem, vel mores, vnusquisque potest suum sensum accomodare cum sententia alicuius Patris, vel Doctoris ab Ecclesiâ probati, prout sibi ardet, nec obligatur sequi vnum magis quàm alterum.

Quartò. Procurandum est, vt omnes iudicent, sicutque obtineant authoritatem, nec in materia doctrinarum vnum præ altero minorando; imò iudicando tam magnos extitisse, vt face cuiuscunque illorum, fideles securè incedant. Et quod nullus damnabitur, si S. Thomam sequatur, non Bonauenturam, vel S. Bonauenturam, non S. Thomam, (vel neutrum in eo, quod ab vtroque discordat) vel S. Antoninum, vel Bernardinum, quia à tribus illis dissentit, & consequenter concordes cuius Doctorum horum temporum, cuius doctrina approbata est à Sua Sanctitate, vel iustissimo, & æquissimo Tribunali S. Officij.

Quintò. Semper cum non obstat authoritas, vel ratio contraria, debemus sequi sententiam cuiuscunque Patris Ecclesiæ, esset enim maxima indecentia sine causa, vel ratione, aut fundamento demutare.

Sextò. Licita sunt communiatum statuta, quæ in toto, vel in parte obligant suos subditos ad sequendum aliquem Doctorem in opinionibus probabilibus, & ædiaphoris, seu indifferentibus ad ingeniorum, exercitationem. Quidam Scotum, quidam S. Thomam sequuntur, vel Bonauenturam. quod dictum est, supponitur vt verum, & certum. superest probare alias veritates in discursibus sequentibus.] Hæc sunt supposita dicendorum ab Anonymo.

Refutatio.

1 **Q**ue tandem vis (dicebat Augustinus lib. 2. contra Parmenianum) nisi cecitas, & vanitas animi cogit hominem, clausit, ut dicitur, oculis tanquam in alterum iactare, quod cum in eum ieceris, continuo redeat, eumq; ictu reciproco affligat, intacto illo, quem vulnerare voluit? hoc præstare videtur larvatus iste Anonymus, qui extento pugno, & intentis lacertis vibrando tela in Proceres Ecclesię, & cum illis nostrum Cherubim ferire intendens, in se ipsum tandem tela reciderunt; & vnde putabat, expunctis Patribus, sua obrudere studio suarum constitutionum incautos homines dementare, & simplices iactantia sui nominis irretire, vel Academię Orbis ad se, vel totas, vel precipuas attrahere, vel diuidere affectabat, vulneratus potius apparuit: vlceratus talis esse solet, qui superbia tumidus, pertinacia vanaus; calumnijs insidiosus, seditionibus turbulentus est.

2 Primas quasdam lineas fateris te duxisse in quibusdam scriptis tuis, quę in Salmantinam scholam peruenerint, quę oppositiones ferre non valentes contradicentium Doctorum, veteri licentia tanquam deprauata fingent, sub breuib; clausulis, quę dictaueras in hoc memoriali iterum repetis, & quasi à deprauationibus tua spongia absterisa, inoffenso pede legenda in vndecim à te prolatis veritatibus propines, vt de te ipso erubesceres omnia nouante, & minimè idoneum fuisse, ad captum tuum opus perficiendum, cum velut abortiuus, & monstruosus partum, nec amplius lucem viderit, & ad ignotas insulas sepeliendum fuerit deportatum. Æstus multos quidem passus es, quando ingenti tui cordis tempestate iactatus, coactus es tot virorum illustrium legere confutationes, & spirituales Philippicas, & doctissimas pro Patribus defensiones, enucleantes tanta firmitate roboratam, & tanta luce illustratam veritatem, vt quid contra eas dicere posses non valeres, pendente Orbe, multorum expectatione in te conuersa; quid ageres? quā euaderes? quò ex tantis angustijs, quibus veritatis documentis erumperes? Verum qui debueras contempta opinione vanorum in veram; sanamq; sententiam pergere, & ne errare videreris, rimas euadendi mentitus es. Nam & tua scripta deprauata caufaris, & ne author nouellę doctrinę deprehendereris, in fictis falsarijs crimen retorques, & nomen occultis iudices inaspectabiles formas, vt nullo modo cognito authore, excusato crimine, nullo extante iudice, nec reum te possent probarent & temetipsum à te solo absolueres.

3 *Memoriale ad Iudices veritatis, atq; doctrinę.* Ab vtero, hoc est à titulo errans, quid mirum si locutus es falsa? Declamauit olim

Chry-

Chrysoſtomus in Matt. 47. *Id certè moris etiam apud hæreticos, ad Magiſtros deceptores, ut obumbrant ſeipſos, atq; occultent in principijs, quoaduſq; maiorem fiduciam capiant, & quodam favore multitudine inuenitur, tunc enim contagioſa venena intrepidè effundunt. Unde & in operibus quæ ſcribunt, de proprio nomine erubefcunt, & cum (vt dicit Hieronymus ad Ruſtic.) Incongruum ſit lingua per totum vagari, & corpore latere, tela iaciunt, manus abſcondunt, vt qui ſecretò docent, & publicè negant (ex Hier. in Comment. in Hier. c. 15). Nolunt operibus nomen apponere, ne error, nec errans à lumine arguatur, contra quod antidotum appoſuit Apoſt. *Salutatio mea manu Pauli, quod eſt ſignum in omni mea Epistoſa.* vbi Chryſoſt. Hom. 5. hæc dicit ſe in omni Epistoſa ſcribere, ne cuiquam liceat ipſius Epistoſas ſubſcriptione tanquam magno poſito ſigno adulterare: quod debebat imitari Anonymus. Si adulterationem, vt in prætextu facit, formidabat, ac ſigno ſui nominis, vel ſubſcriptionis non ſe muniens, adulterari voluit, quæ ſcripſit, vt vocat, pia, & ex occultatione ſui nominis doctrinam adulterare (dicente Greg. vij. 5. Epistoſ. ep. 30) *quiſquis veritatem loquitur, ſemetipſum innotefcere formidare non debet.* Et (vt dicebat Tertull. contra Valentin.) *nihil magis veritas erubefcit niſi ſcūtum modo abſcondi, ac nihil magis curæ Anonymæ, ne ſuum nomen prodatur, ſed occultet.* Hic docendi, & ſcribendi modus, à publico ſtylo transferre, à manifefto ad occultum retorquere, *de limine fident offendere eſt.* Unde & hæretici, qui eo vſi fuerant, eiſecti, vt domeſtici Eccleſiæ denotati, Scriptores apochryphi nancupatiſimò & Eccleſiæ decreto in ſua Claſſi eliminati, atq; proſcripti. Inſuper ſi famoſi libelli formam exhibeant, pœna capitis præſtò eſt dictatoribus, euulgatoribus, L. vnica Codice lib. 9. de famoſis libellis. & in Concil. Illiberit. etiam anathematizantur dicentes famoſos libellos, ac etiã ſi author non reperitur, euulgator plectatur. *Sciat ſe quaſi authoram huius delicti capitali ſententiã ſubingandum.* & magis rei tenentur ſceleſtis, ſi in Eccleſiæ Miniſtros linguam acuunt, vt de Miniſtris Eccleſiarum ſiniſtrum quicquam dicant, ex Anthero ad Episcopos Bethicæ, & Tolet. Multò magis de Magiſtris, & Præſidibus Eccleſiarum, dicente (apud Aug. ep. 29) *Iſychio, periculofum eſſe de Magiſtrorū Eccleſiarū iudicare ſententijs, eoſque traducere, & denotare, veluti impij Chammitatores* (vt deſcripſit Lerinenſis) Aduſus hos declamabat Hieron. in Hieremiam in ea verba. *A Prophetiſ Jeruſalem egreſſa eſt pollutio ſuper omnem terram, &c.* Iſto teſtimonio dicebat Sãctus: *viſamur aduerſus eos, qui epistoſas plenas mendaciorum, fraudulentia, & periurij in Orbem dirigunt, vt & aures polluant audientium, & extimationem ſimplicium ledans, quod impletur in eis, quod ſcriptum eſt: à Prophetiſ Jeruſalem egreſſa eſt pollutio ſuper omnem Terram. Non enim eas**

ſuffi-

sufficit (inquit) propria deuorare, & proximos ledere, sed quos semel odorant per Vniuersum Orbem infamare conantur, & ubique seminare blasphemias, Contra huiusmodi detractores declamat S. Bernardus serm. 65. in Cantie. Quid faciemus his malignissimis vulpidis, ut capi queant, qui nocere quam viuere malant, & ne apparere quidem volunt, sed serpere, cui malo non aliter provideri potest, nisi verispellis author detagatur. ex Greg. 7. in Epist. 30. Quare oportet, ut exeat publice, & quacunque in concertatione sua loqui presumat, offendas. sed plerumque accidit, ut nomen quoque occulsetur auctoris, ex Hiero. ad Euagrium, ut periculum fugiat disputandi, cum tñ ipsa veritas in publicum apparere festinet; ipsa enim suo lumine illustrat, dicebat Lact. de diu. premio c. 7. sed ut verbis utar Tertull. lib. 1. contra Valent. c. 3. Abscondas itaque se serpens quantum potest, totãque prudentiam in latebrarum ambagibus torqueat; alid habitet, in ceca destrudatur, per anfractus seriem suam euoluat, tortuosa procedat, nec semel totas lucifuga: nostra columba domus simplex, etiam in editis semper & aperitis, & ad lucem, amat figuram Spiritus S. Orientem Christi figuram. Satis Anonymo prius responsum esse à doctissimis viris manifestum est, sed non erat hoc officium styli nostri, ut à tergo memoriali responderemus, cui respondendum esse, singula capita, compellunt, ut quasi alterius sermonibus in presenti differamus; quare verba ex eius libello sub eius nomine Anonymo ponam, & responsum reddam nomine meo, sub titulo Discipulus S. Th. ac si agèdo, & disputando à notariis excerpta essent.

§. I.

A Nonymus. Primò supponitur in materia fidei, & morum Patrum sententias, vel clausulas dubias S. S. PP. declarandas esse secundum sensum magis piam, & catholicum.

Discipulus S. Thomæ. Hæc certè Catholicorum modestia iuxta Doctorum Canones, Patres ita recipere, ut duriusculè dicta, vel dubia, & ambigua interpretemur; multoties enim innocenter quædam, & minus cautè locuti sunt, Hieron. 2. Apol. aduersus Ruff. Breniter, & transeunter quædam expresserunt, Aug. 1. de bono persequ. c. 14. quædam, quæ extendere non oportet, sed exponere reuerenter S. Th. in Opus. contra errores Græcorum; interdum ad hominem, non ex proprijs afferunt. Aug. contra Adrian. c. 12. multa ad condescendentiam, de quibus statutum est diffusè cum de sensu, & auctoritate Patrum, differuimus fol. 66. tom. 3. cath. præscript.

Verum cauenda eorundem astutia, qui interdum sic Patrum uindictas demonstrantur, cum sciant nouitatem, prima fronte excludendâ,

vt

ut ad Patres confugiant tanquam ad amiffum dicédorū, de fenfu Patrum follicite id faciebat Eunomius apud Baſil. lib. 1. qui poſtea, vt notat Baſilius (rem riſu dignam) *Cum eandem Patrum ſedem ſummis laudibus extuliſſet, poſt pauca ipſam turpiſſimis probris officiit. & Caluin. Ep. ad Regē Gall. ipſorū ſuffragijs ſuas; inſtitutiones probare ſe offert, mox dexterē illos reiicit, & ſoli Chriſto ſine exceptione parendum; quod quā pręſtiterit Anonymus, patet in ſuis omnibus libellis, vt à Martiali in Hendecaſyllabo laudari potuit, quod: *Idē ſup- plieibus vacet libellis.**

9 2.

2. **A** Nonymus. [Si non admittantur illę authoritates, iudicandum eſt, Patrum ſententias, vel ob temporum mutationes, vel amanculoſ, vel interpretes, vel impreſſores, vel hæreticos, malitia ignorantia, vel ſocordia addidiſſe, vel deprauaſſe clauſulas maleſonantes; vnde dicit Leoncius in actis Concil. Chalced. ſcripta Cyrilli à temerarijs hominibus eſſe deprauata. de Baſilio conſtat quā pręiudicialiter eius opera verſa à Vuolphango. multos quoque Patres ex ſexta ſynodo eandem paſſos eſſe iniuriam apparet.]

Discipulus S. I homo. Quā plauſibiliter Gręcorum multitudo excepiſſet Anonymum, ſi in Concilio Florentino ſedere contigiſſet; cū vrgeretur à noſtro Prouinciali Montenegro Ephelinus authoritatibus Patrum circa proceſſionē Spiritus S. præſertim Baſilij, ſic reſpondebat eas eludendo: *Viſum eſt nobis. probationes omnes noſtras rationes adducere nō de aliquibus verbis latentibus, & non omnibus cognitis, neque ex dubijs, & corruptis, ſed ex ipſis Scripturis ſacris, & ab ijs ſententijs, quę ab omnibus PP. profitentur, &c. Deinde voces Baſilij, quę omnibus ſunt conſona, vt ex omnibus hijs appareat librum veſtrum eſſe corruptum. Sed retrūdebat vaſtriciem noſter Ioannes de Montenegro Prouincialis, ipſe nempe Ephelinus dixit, quod cum reperimus varietatem in libris, debemus dimittere libros, & procedere ad argumenta ſolidiora, hic etiam eſſet malus, & peruerſus modus, quia ſi cum reperimus varietatem in libris, debemus dimittere libros, hoc non fit per ſapientes viros, ſed quarunt ex antecedentibus, & ſubſequentibus veritatibus. Ita & hic eſt faciendū. Vidit, & agnouit Ephelinus robuſtam rationem Prouincialis; ideo dixit, quod libri à nobis producti, & varij ſunt, non vt quid certum, dictum eſt à me, ſed per conſeſſionem (ſic elabi conabatur) ſed adhuc vrgebat Prouincialis, vt argumenta diſſolueret Ephelinus. dicens eſſe in Cinitate Conſtantinopolitana ultra mille conformes noſtris. Vrgebat Prouincialis. Si vnus eſt falſus, & centum millia falſi ſunt, Ephel. dicebat ex multitudino,*

P P

C

& antiquitate approbantur in Concilijs. & Ioannes Prouincialis: nostri sunt duo, & vester unus, dicitis ad argumentum, ibi est veritas. Et rursus conate auctoritatem Basilii obcurare Ephesino, & replicauit contra ipsum ex auctoritate Gregorij magni docentis, quomodo nos debeamus habere, cum est diuersitas in libris: autho. est lib. 9. epist. in dict. 14. ep. 14. ad Narsetem. vbi sic dicit: *Ephesinam autem Synodum perscrutantes de Adelfio, & Sava, & ceteris alijs, qui illic dicuntur esse damnati, omnino nihil inuenimus. & existimauimus, quia ficut Chalced. Synodus in vno loco ab Ecclesia Constantinopolitana falsata est, sic aliquid in Ephesina Synodo factum est.* Charitas ergo vestra veterum omnino codices eiusdem Synodi requirat, & illic videat, si quod tale inuenitur, mihi que eundem codicem, quem inuenierit, et transmittat. quem mox ut legero, retro mittam; non enim codicibus passim non credat, ex qua re dubius factus sum, & nihil aliud volui de hac causa praedicto fratri meo Ioanni rescribere. Romani verò codices multo veriores sunt, quàm Græci, quia nostri sicut nec acumina, ita nec imposturas habent. Hæc Gregor. Demum Prouincialis concludit, post allegatum testimonium Greg. *Modo in hac controuersia etiam si essent mille volumina falsa, & essent aliqua pauca antiquissima, ut nostri libri sunt, debemus dare fidem huic antiquitati.* Et Cardinalis Castrinus respondit. *Quantum ad librum si est corruptus, vel non, auditum est, tres libri sunt; duo antiquissimi pro nobis, & vnus pro vobis.* vnde veritas pro Latinis stetit. nescio si impedita fuisset lesio, ex nouitate Anonymi, qui ex sua regula, Latinorum potuisset infirmare responsionem, quod ab imperitiis, & huiusmodi, Basiliano codici aditio facta est, & exhortari ad dilatandam definitionem, vt ex Constantinopolitanis codicibus allatis collatio fieret, quæ authenticæ essent exemplariz in tam sublimi controuersia, quam ingenti planu non solum exceptus esset in Synodo Florentina à Græcis Anonymus, sed in omnibus Pseudosynodis hæreticorum, qui cum ex Patrum auctoritatibus in omni controuerso dogmate reiiciantur, falsos esse codices veterum pronuntiarent, & in concauo Lunæ fabricatas reconditas bibliothecas vnde integra, & incorrupta testimonia eripi possent; vtoposè nec furibus, nec blattis, vel tineis subiectas, & in fabulam hanc redigeretur negotium, & aliquid concedere dabitur: *te in infantia inter somni difficultatem à nutricula tua audiuisse* (vt loquebatur Tertull. c. 3. c. Valen.) videlicet: *Lamiae turres, & pectines Solis;* hoc est fabellas Lamiarum, & strigum, & solares radios inter pectines Solis.

Duo extrema cauenda hic sunt, ne temeremus antiquitatem, in pro-
 dendis aliquibus nonnullorum Patrum lapsibus, nec temeranda veri-
 tas, quæ in nonnullis a nos impigerit, & quos nec negare possemus, nec
 debemus. Quare vt non debemus (ex documentis Lerinensibus) lapsus pri-

privatos tanquam sopitos cineres velut profana manu ventilare, ita nec illa scripta efferre, ut in nullo lapsi sint, asseramus, sed veraciter fieri oportet præter errata, & menda, quæ irrepserunt quorumcumque & sacre doctrinæ convenire non deprehenduntur, multa à calamo eorum profecta, ut patet in Cypriano, Iræneo, & aliis, quos cauendos ipsa antiquitas admonuit, & sine perturbatione, vel periculo, & hæreticorum subsannatione legi non poterant, unde sicut menda animaduersa sunt, ita & propria placita, adhibitis à doctissimis viris antidotis, scholiis notis loca adulterata puriori sectione emendando etiam demonstrata sunt, vel non cohærentia cum pietate, & communis sensu Patrum dubia quoque ipsorum dicta ex ipsorum verbis, vel aliis sertioribus locis exponendo, & Ecclesie sensui emendanda relinquere: & melius est agnoscere hæc omnia fateri esse Patrum foetus, quam ab eorum Opusculis eradere, vel dicere eorum Patres ipsos non esse authores.

5 Unde ergo didicit Anonymus sic eleuare propositionem, ut in liberum campum excurrrens (tractatu tertio Elucid. lib. 4. c. 1. p. 1128) hanc propositionem eliceret? *Quæcumque in scriptis Patrum inueniuntur minus Ecclesie, fidei, aut Sedis Apostolicæ sensibus consona, non ab eorum calamo, aut mente promanarunt, sed à corruptione temporum, ab erroribus Typographorum* (& in vno ait solo Thoma apparet) *cuius opera emendanda commissa sunt.* Et quis dices in libris Gentilium, vbi menda, & errores deprehenduntur, nullum ex eorum calamo profectum? frustra laborassent Lactantius, Iustinus, Arnobius, Minucius, Tertullianus contra Gentiles, qui caulari possent, umbras, & laruas fuisse infectatos, inspugnando errores, quos non eorum calamus reddidisset, sed vel temporis conditio, incuria, malicia amanuensium edidit.

Non essemus securi nec de dogmatum assertionem, nec de interpretatione Scripturarum, earumque versione, si hic scrupulus emergeret, an ex proprio ingenio, vel temporum iniuria, vel amanuensium socordia lapsus irrepserint, & si oporteret (ut idem dicit cap. 1. 7.) fieri collationem ex priscis bibliothecis, vbi asseruantur cætera exemplaria, & decerni prius à Sede Apostolica, cui tandem sectioni standum sit. Satis enim est communiter recepta lectio Patrum, & Doctorum Ecclesie, quæ est tacitus Ecclesie consensus absque expressa definitione, quam optat Anonymus. Nam si ea necessaria esset in omni Concilio prius collatis exemplaribus ex priscis bibliothecis (quod opinabantur Græci Florentiæ) oportuisset tempus insumere antequam definiretur aliquod dogma ex Patrum sententiis, & lites essent interminabiles adhibita hac regula Anonymi, & esse ima summis miscere.

6 Sed cum idem Anonymus in suo Elucid. lib. 4. c. 1. tract. 3. dicat, quod rarissima sint veterum errata, & sæpè amanuenses, Typographi

deprauarunt Patrum dicta, cur in hanc vltimam vocem prorumpit *Quæcunque in scriptis Patrum inueniuntur minus Ecclesie fidei, aut Sedis Apostolicæ sensibus consona, à corruptione temporum esse prolesæ sibi contradicit apertè; nam si sæpè & rarò quædam sunt, quæ corrupta sunt, & irrepresserunt menda, non ergò omnia hoc modo irrepresserunt, poterant enim multa ex calamo eorum proficisci; falso ergò dicit: quæcunque reperiuntur &c.* Debebat considerare Anonymus, quod dicebat Iren. c. 52. lib. 4. contra hæres. quod *excidens à veritate in multam incongruentiam, & plurimas contradictiones necesse est incidat huiusmodi: ad quas nullus dabit rationes, neque secundum verisimile, neque secundum veritatem.*

§ 3.

T **A** Nonymus, [in materijs, & propositionibus, quæ nec inuouant fidem, vel mores, unusquisque potest sensum suum accommodare cum sententia alicuius Patris, vel Doctoris ab Ecclesia probati, & sibi arridet, nec obligatur sequi unum magis quam alterum: Discipulus S. Thomæ. Vera hæc est suppositio, quam etiam tradidit S. Augustinus 1. contra Iul. c. 2. dicens [quædam esse, in quibus inter se aliquando etiam doctissimi, atque optimi regulæ catholicæ defensores, salua fidei compage, non consonant, & alius alio de vna re aliqua melius dicit, & verius] Idem docet 2. contra Donat. c. 14. sed non propterea sententia ista tuum intentum temperasti, vt tua, & nostra possent defendi. Nam ex hoc principio contentiosum postea funem ducis, vt multa adiaphora, & indifferentia facias, quæ ad solidissimas doctrinas Theologicas pertinent, vt videbitur, & sub hoc prætextu sequendi aliiquem Patrum (vt dicebat Lerin. c. 11. suæ obtrudant. *Copiant decedat veteris cuiuspiam viri scripta paulo inuolutius edita, quæ pro ipsa sui obscuritate dogmati suo quasi congruant (vt expenditur) & ad contentiosum, & oppugnantoris nomen euitandum, ne in omnes Patres insurgeres, quosdam quos imitareris, & in quibus ambigua continebantur expressè induxisti. Deseruit hæc suppositio sicut in alijs huiusmodi, vt intueamur primitus, quod certi nouerint disputantes; ex Aug. 1. c. Crescon. c. 15. vt ex his eos adducat disputator ad ea, quæ non nouerant, vel credere volebant, ostendens ea consequentia his, quæ vel scientia, vel fide retinebant, vt per ea verè de quibus se perspicuum consonare, cogantur alia verè quæ negauerant approbare, & sic verum quod falsum antea putabatur, discernatur à falso, cum inuenitur consentaneum illi verò, quod antea tenebatur falsum.*

8 Cum verò non respondet suppositioni doctrina, illud in illos retorquetur, quod scripsit Propheta Psal. 63. [Narrauerunt vt abscon-

de-

dērent laqueos, dixerunt quis videbit eos?] semper ait ibidem Hil. sexcidia aduersus fidem præstō sunt, & occultis, ac fallentibus insidiis pestiferę adhortationis doli adiacent, quos à raris quibuscunque conspicui opinantur, & idē dictum esse, absconderunt laqueos, & dixerūt quis videbit eos? Si enim hereticus peruertere fidem tenet, incredibile est quantis eam dolis subvertere cōtendat; si spem æternitatis nostrę Philosophus impugnet, mirum in modum, omne bonum præsentis vitę ponit in corpore, cum ingenii sui alacritate ea: quibus doctrinę cęlestis institutio sabrui possit vterque scrutantes] & si qui etiam antea catholici cupiat nouitiū. quid inducere, quot occultos laqueos pretendunt, & insidiarum secreta latentia, gloriantes se veritatem adinuenisse. sed frustra iacitur rete ante oculos pennatorum, cum tendicula quę tendant intelligunt, ipsęque non vident consequentias ipsius suppositionibus suis concordare.

Sed vt vera suppositio sit Anonymi, oportet, vt pluribus partibus, quam paucioribus innitatur, iisque, qui melioribus rationibus, vel fundamentis subiciuntur, nec vnus sententia tanquam omnibus præualens eligi debeat. inde dicebat Aug. 3. de bapt. contra Donat. c. 4. *Issem in eandem sententiam Cypriani, nisi me ad diligentiorum considerationem reuocaret tanta auctoritas aliorum, quos vel pares gratia doctrinæ, vel etiam fortasse doctiores per totas gentes, Latinas, & Græcas, & ipsam Hebręam, Ecclesia parere potuit. Et adducitur ratio (quia non facile pro vno, vel pro paucis aduersus innumerabiles eiusdē Relig. et unitatis viros, & magna ingenio, et uberi doctrina præditos, nisi per irascitis pro viribus, atque perspectis rebus ferenda sententia est.* Idē in grauib; quoq; seruandū est, & ubi omnino aliquid adia phorum est, & similior ratio occurrat, etiam sequendū est. Sed uerendum ne dum pro adia phoribus pugnat, paradoxa inducatur, ut facit Anonymus, quę suo loco recensentur.

§ 4.

1. **A** Nonymus [semper procurandum est, vt omnes S.S. iudicentur, namque obtineant auctoritatem, nec in materia doctrinarum vnum præ alio minorando, ita iudicando tam magnos existisse, vt ferre cuiuscunq; aliorū face fideles securē incedant, & quod nullus damnabitur, si S. Thomam sequitur vñ Bonauenturam, vel Bonauenturam non Thomam, vel Scotum in eo, quod ab vtrisque discordat, vel S. Antoninum, vel Bonauenturam, qui à tribus illis dissentit, & consequenter conuoluet cuius Doctorum horum temporum, cuius doctrina approbata est à s. Sede, vel in summo, vel in quouis Tribunali S. Off. J.]

2. **D**iscipulus S. Thomę bona pariter est illa suppositio, sed u-

rus cauendum est sub quo potest occultari, dum sua postea proponunt nouandi studio detenti: & cauendi ueluti Gabaonites, qui uetustos panes, & pannos, hoc est antiquitatis testimonia se habere fingunt, uide sic S. Martinus in synod. Roma. consult. 4. SS. Patrum iudicia audiri uoluit, ut nihil per suam temeritatem dicant [que nunquam per quemlibet modum, aut uerbo intellexerunt quinque Concilia, aut predicauerunt, que orthodoxi Patres dixisse, uel intellexisse noscuntur] & ideo secret. 3. contra eos, qui recipere Patres, & sequi conabantur, qui sub eorum uerbis tanquam uelamentis se obtegerent sic dicit. [Qui spirituales oppugnat Herusalem 1. Catholicam Ecclesiam, imitantur eos, qui terrenam expugnaverunt Hierusalem, & festinant & ipsi paternis abusi quodammodo doctrinis, sicut Rapaces patria uoce contra Iudæos abusus est, ut difficilè eius uox potuit sentiri, sicut & isti propriè insidiantur, nec in honorem Patrum, sed in simplicium, sicut ille Iudæorum, hæc callidè peragere nituntur.] Si semper ergo procuradunt est iudicium Patrum cur absq; illis tuas nouitates inducis? cur illos authores reijcis, qui ad palatum tuum non faciunt, & qui saniori Theologiz plurimum officunt, uel adoras, uel sequeris? securè potes incedere sequendo aliquem Deiloquum Patrem, qui luce suæ positionis præiret, sed dum quem promittis non exhibes, per iniquos, & in uia fideles adhortaris incedere. Audi Anonymus, si in tuis paradoxis aliquem ueterum proferas, uel insignem Scholasticum Thomam, Bonauenturam, Scotum, &c. libenter te insequemur; & dum promissa non exhibes, & ad uia itinera inuitas ad interitum ducentia, uox tua quasi uox Hiene, que pastores, & transeuntes allicit. Deuitandi sunt idcirco hæretici, ex Cyril. Hieros. cath. 4. [Qui blâdis, ac bonis uerbis linguæque facundia simplicium corda decipiunt nomine Christi, qui quasi melle illita impiorum dogmata uenenata iacula contentes, de quibus simul Dominus ait. Matt. 24. Videte ne quis uos fallat] Hos nè fas est Catholicum imitari.

3 Bonum & optimum tuum documentum est cum non periclitatur fides, nec morum doctrina, uel in tantillo læditur sana doctrina, ut ducem sequi possimus, datur enim optio ad inuestigandam ueritatè, ut per semitas duorum probabilium incedamus, & in hoc est uerum, ut per dicit Aug. 12. confes. c. 25. *Veritas tua nec mea est, nec illius, aut illius, sed omnium nostrorum, quos ad eius communionem publicè, uocas, terribiliter commoneus nos, ne uelimus habere eam priuatam, ne priuemur ea: Nam quisquis id quod tu omnibus ad fruendum proponis, sibi uendicat, & suum uult esse quod omnium est, à communi propellunt ad sua, hoc est à ueritate ad mendacium, qui enim loquitur mendacium, de suo loquitur.* Sed qui præire uolunt eos, quos sequi oportet, sicut S. Tho. sic, sicut Bonauentura, aduertat eos ueridicos Ma-

gistros esse prepositos, quibus credere magis debeat, quam eos emendare, & veluti virgula censura castigare; in hoc enim magis amarent proprias, quam Magistrorū sententias, & suam positionem diligerent, non quia vera est, sed quia sua est, & potius temeritas esset, quam inquisitio veritatis, quam non ratio dicendi veri, sed typhus superbie parturiret.

§ 5.

I **A** Nonymus V. supponit dicens. *Semper cum non obstat auctoritas, vel ratio contraria, debemus sententiam cuiuscumque Patris Ecclesie sequi, est enim maxima indecentia sine causa, vel ratione, aut fundamento dimittere.*

Discipulus S. Thomae. Sed cur quod supponit non servavit in toto suo opere, & in grauiores Patres se facit nebulosum, atque ventosum, ut veritatis serenitas obscuretur, & sic summa inopia copiosus edidit libellum, non vera dicendo, sed multa vana, & inania, nunquam emendando, vel retractando? Eat nunc, & anhelis pulmonibus, ac turgidis faucibus veteres Doctores deserat, & novos obrudat, fragrosissimoque strepitu advocati forensis ora distendat, dicat quicquidlibet apud imperitios, vnde stomachentur docti, & illudantur indocti, in eo enim, quod sine fundamento, vel ratione, vel graui auctoritate fundauit, inaniter fundamenta supponit, ut paleas super ipsa edificaret, & non laerem, ut patet in sequentibus, quas apponit veritates, ut dicebat Aug. lib. 3. contra Petili. *ut indicet inter inflatum, & solidum, inter turbidum, & tranquillum, inter tumidum, & sanum, inter diuinam praeiudicia, & humana praesumpta, inter probationes, & criminationes, inter documenta, & signa, inter causa actionem, & cause auersionem, & manifeste aequa parte stet veritas, & cui albo lapillo suffragetur.*

§ 6.

A Nonymus VI. supponit. *Licita sunt communitatum statuta, que in toto, vel secundum partem obligant suos subditos ad sequendum aliquem Doctorem in opinionibus probabilibus, & adiutibus, seu indifferentibus ad ingenij exercitationem quodam Scotum, quodam S. Thomam, vel Bonauenturam sequuntur; quod dictum est supponitur ut verum, & certum.*

Discipulus S. Th. Sed cum hoc supposito pedes tuos non fixisti, calumniando, & impetendo non debere ingenia ligari, & esse addicta uni praeceptori, vel iurare in verba Magistri, & ex eodem ore calidum,

dum, & frigus p̃fflas? *Vir leuis, & inconstans in omnibus ṽrs suis: in multiloquio non deerit peccatum.* ait Salomon Prouerb. 21. ait Aug. & *superflua loquutio vitium, scilicet loquendi amore contractum.* Plerumque autem loqui amant etiam qui nesciunt quid loquantur, siue ad sanitatem verborum, siue sententiarum. Vana certè est tua loquutio Anonyme, nam si bene faciunt communitates dicta statuta seruantes, cur non imitaris? si malè, cur laudas? & alibi cum ea oppugnas, quid arguis? quid reprehendis? cothurnum videris assumpsisse, vtrique pedi aptum, vt siue laudes, siue vituperes, primatum in contentione reportare velis, propriæ conscientię dissidendo, quasi quilibet garrire libeat, vel ex plausu, vel potentię permittatur. ad reliquas veritates accedamus examinandas.

C A P V T III.

Vndecim Veritates propositæ ab Anonymo expenduntur.



Digna Veritas. Anonymus. *Quando adesse ratio, vel sufficiens fundamentum, potest non adinueniri opinio, & multoties contingit unum ordinarium Doctorem cognoscere, quod non agnouerunt multi Sancti, & excellentes Doctores. Iurista, & Canonista nõ possent dubitare de hac conclamatione, cum illam habeant in iure tex. l. 1. 9. sed neque C. de veteri iure enunc. cum possit vnius forsitan & deterioris sententia, & multos, & maiores in aliqua parte superare, & hunc tex. iursum vocans Iurista. Panorm. c. 1. extra de Constit. Curt. cons. 57. & in Glos in C. ad nostram ex. de consuetud. Interdum reuelatur minori, quod nescit maior l. portores. C. de off. veli. proc. & c. esto subiectus ante finem 95. dist. & c. si habes. 24. 9. Sciuit Barbarus Madianita vocatus Isbro res ordinarias, ad quas Moyses non aspexit, post tot miracula, & reuelationes multa dona huic magno Propheta concessit, & multa pauca illi denegauit, nam sardæ lingua vitio laborauit, ita multas reliquis veritates, quas ve-*

Existere possunt parvuli. Unde declarata superstitio est error de golyechar et aldana, ut nullus sapiens possit addere, vel innovare possit bene inspecta, et considerata antiqua fundamenta, quia idem contrarium, quod scripsit Daniel. Plurimi pertrahunt, et multiplex erit scientia. cap. 12.

2 Discipulus S. Thomæ. Non omnis opinio nova introduci potest contra veteres ab aliquo, etiam si ratio, vel sufficiens fundamentum ei videatur, ex duplici capite. Primò, quia novella est, induta sèpissimè apparenti probabilitate. Secundò, quia contra veteres introducta ipsa novitas, destruita patrocinio antecessorum, suspecta est, cum ex illis ingenijs oriatur, quorum est profanis novitatibus gaudere, et antiquitatis scita fastidire. Lerinen. c. 34. id præcipuum locum tenet in doctrina dogmatica, & Scholastica in publico recepta dogmate, & accidit illis sicut scientibus, qui relictis limpidissimis fontibus, turbidos sectantur, contra quos dicebat Hieron. c. 2. *Et nunc quid tibi vis in via Ægypti, ut bibas aquam turbidam? & quid tibi cum via Assyriorum, ut bibas aquam fluminis?* contra eos invehitur, qui relicto Domino, confugerunt ad Ægyptios, & Assyrios. unde Esaiæ 30. dictum est: *Ambulatis, ut descendatis in Ægyptum, et os meum non interrogabis.* Mysticè, hoc est ad scientias seculares peccatis aduersantes declinastis, & revelationem diuinam, & regulas doctrinæ reuelatæ non consulistis, & Ægyptiorum errores denotari possunt, de quibus Epiph. in Ancorato, turbidæ dici possunt aquæ, quia ex eodem Epiph. nequemente, *quæ ab ipsi vanè sunt intelligi possunt.* Unde ut idem subdit *neque à proprijs Philosophis lumen acceperunt, neq; eorum, qui veritatem innouerunt, speculatione fecerunt, adeo erant turbati oculi ex turbata doctrina, ut nec suas confutationes considerarent.* Unde ab eodem Epiph. hæres. 51. dicitur, quod veritas filios suos ad rectam viam deducere solet, *et impia, ac fastuosa, per multam artem fucata dispargit, evertitque, et delet, placidè incedens, velut clarè est videre ex prophetico sermone, accusans enim Propheta eos, qui horrenda curiosè sciscitantur, et dicit, propterea quod non voluistis aquam Siloam placidè procedentem, produxit super vos Dominus aquam fluminis Regem Assyriorum. Aqua enim Siloam est doctrina eius, qui Dominus noster Iesus à Deo Patre missus; habet ergò aquam placidè procedentem, nullum sonitum, nullum strepitum facientem, minimeq; fraudulentem, ac fastuosam. Taliter procedit doctrina reuelata, & antiqua, novella verd turbida ex impetu, & strepitu, & plausu populari, ex spuma decurrens. Unde non est bibenda hæc aqua turbida, sed placidè decurrens, qualis est Patrum, & Catholicorum doctrina in materia fidei, & morum, & cõnibus doctrinis Scholarum Theol. Clari sunt Canonnes compellentes ad bibendum aquam Silos. In 5. Synodo sic dicitur*

Q9

collat,

collat. 8. [Non oportet suscipi, quod ab aliquo scribitur, nisi prius res sit fidei SS. Patrum consonare demonstratur. Iuxta sextam Synodo act. 12. [Omnia necesse est non solum secundum sensum SS. Patrum dogmata, sed & iisdem vocibus cum illis uti, nihilque penitus innovari] & in septima Synodo act. 5. [Diviniloquorum Patrum sententiæ nos correxerunt, ex illis haurientes fidem, & veritatem, potati sumus, illos insequentes, mendacium persecuti sumus] & Trid. Sess. 4. [Nulla prudentiæ suæ innixus in rebus fidei, &c. morum, & aut etiam contra unanimum consensum Patrum ipsam Scripturam sacram audeat interpretari] quod prius in sexta Synodo act. 19. & in sexta Constantinop. sancitum erat.

3. In cæteris alijs materijs, quæ de fide non sunt stabilitæ, & decretis mores concernentibus sancitæ non sunt, non licet novitatem superinducere non solum contrariam, sed etiam negativam, super id quod non ex antiquitate probari possit. Vetusorum scriptorum doctrinæ clarissimè id demonstratur. In Conc. Vien. ubi opinio de infusione gratiæ, & habitus tanquam Theologorum modernorum Theologiæ magis consona electa est; ex tunc sub pena temeritatis eam recipere quisque tenebatur (licet modo acriori nota perstringatur relictis post Trident. Concil. decreta) & in omnibus quæ sylvæ non occurrunt recidendarum opinionum, quæ tamen ingenij luxuries produxit, & in antiquis nullæ habent primordia, unde profluxerunt? exemplum esse potest huius opinionis quam modernitas probabilem fecit, videlicet stuprum sponsum virginis caret circumstantia, quam sapientissimus Pater Magister Bannes 2. 2. q. 64. 5. non ausus est sequi, nisi quia singularis erat contra communem, & meritò; nam in omnibus artibus nullus favere audet singulari contra communem sensum, cum non valeat modernæ adinventio sine libertate, & ausu, communi contraire. Aliud est exemplum, quod habetur in Laurentio Forero, in sua Mantissa Aphorismo 23. ubi dicitur ab oppositore quodam hanc doctrinam novam esse seminatum videlicet: *Non est peccatum mortale confricare, & consue- scere occulta membra brutorum, quia non valde magna delectatio inde excitatur, sed tamen modica.* Sanchez l. 9. de debit. coniug. disput. 46. lect. 15. Quid Laurentius ad hanc objectionem respondeo, Sanchez sic loquitur n. 15. [quarto inferitur, communiter non esse mortale obsecras brutorum partes confricare, quia inde non excitatur tam vehemens delectatio, sed modica quædam, & ex curiositate.] est autem hoc pronuntiatum desumptum ex conclusione eius secunda, in qua dixerat: [si amplexus, & oscula, & tactus non omnino turpes, impudici- scilicet habeantur causa vanitatis, vel levitatis, vel alia simili, absque delectatione Venerea; & si inde consurgat, & repressâ non sit, non excusetur culpa venialem.] omnia ergo aduersarius maliciose verba [ex sola

cu-

curiositate, tametsi verò Sanchez cum hæc scriberet, fuerit cum alijs quibusdam in ea opinione posse dari modicam delectationem veneres voluntariam, quæ per se loquendo sit peccatum veniale; ita idem dequit in eadem disputatione 46. n. 9. in alijs tamen posterioribus suis lucubrationibus sententiam illam cum meliori permutatit. sed author Mantissæ non dat gloriam censoribus, & expurgatoribus propositionum, & veritatem suppressit; nam idem Sanchez in 2. tom. de præceptis, vt supra vidimus, quod scripserat de paruitate materiæ circa carnis illecebras, expressè retractat, sequendo oppositam sententiam tanquæ veriolem, & conformiorem sanctionibus sanctissimi Tribunalis. Vt si nullum aliud argumentum superesset, satis superque apparet meritis ex autoritate censorum fidei, tales propositiones expunctas, & expungi debere; vnde author, quod contra communem doctrinam scripserat, retractat, quod Mantissæ author idem exprimere debuisset.

4. Sed negatiuè nec debet admitti aliquid nouum, hoc est si nullû suffragium antiquitatis præcessit, vnde riuos oportet quasi per quosdam canales ad fontes deducere. & quidem in fidei, & pietatis doctrina manifesta habemus ex Patribus documenta, videlicet, ne quid induceretur, non solum quod contra Patres, sed nec quod ex Patribus haberi nequit. S. Capreolus in Concil. Ephes. 1. 2. cap. 9. sic dicebat. *Si quid forte nouarum controuersiarum incidierit, id postiuè discussioni subijciatur oportet, vt vel rectè dictum comprobetur, vel condemnatione dignum explodatur, & in eam sententiam iterunt omnes, hec omnium vox est, hoc omnium est votum.* & in quadam dubitatione 7. contra Donat. c. 13. August. varias quæstiones proponens de baptisinate, videlicet *an sit sceleratius in Ecclesia fallaciter accipere baptisimum, an in hæresi, vel schismate animo simulato iocans, sicut in mimo, aut irridens, in Ecclesia magis peccet, vel minus;* de his, & similibus dicebat: *nobis autem non est progredi aliquis temeritate sententiæ quæ in nullo catholico regionali consilio, cæpta, nullo plenario Concilio terminata sunt.* & mos erat (vt idem dicit lib. 2. c. 4.) vt in difficultatibus quæstionibus etiam fidei, altercationum nebulis inuoluta minime ad plenarij Concilij luculentas illustrationes, confirmationesq; perducere, nisi primo diutius per Orbis terrarum regiones, multis hinc atque hinc disputationibus, & collationibus Episcoporum pertractata constaret.

5. Hoc autem etiam (vt dixi) negatiuè intelligendum est, vt non tantum nouum, quod est contra Patres, admittatur, sed quod nec a Patribus accipere potest probationem. De primò modo dicebat Caliodorus in præfat. instit. qui loquens de S. Hieron. eum sequendum in sua translatione indicauit, ne supra iudicium tanti viri visuperabi-

ſi præſumptione veniſſe videamur. de ſecundo modo loquebatur Baſilius in c. 5. *Eſai. Optarem ſane ego ut qui inſolentius ſe vendicant, iactant Apoſtolicam doctrinam obſervaviſſe, & velut per manus ab illis accepiſſe doctrinam Evangelij, quaſi ſuccedantem, idipſum exhiberent per ſuorum dogmatum concordiam.* quod erat requiſitum ad ostendendum riuum à fonte descendere, nempe, quod prædicabatur nendum non eſſe contra PP. ſed nec eorumdem patrocinio eſſe deſtitutũ. & Caſſiod. c. 2. loc. cit. ad hanc colluſionem reſpiciens, de hoc inſtruit poſteritatem. Illa que ab eis intractata relicta ſunt, ne infructifero labore fatigemur, primum rimanda ſunt, quas virtutes habeant. & Tertull. *Quomodo uſurpari poteſt, quod traditum non eſt.* Doctrinam ergo Apoſtolicam obſervaviſſe, & velut per manus ab illis accepiſſe doctrinam Evangelicam, conſtat poſteriores, id ipſum exhibendo per ſuorum dogmatum cum præcis concordiam, quod eſt requiſitum ad ostendendum riuum à fonte descendere, & quod prædicatur, non tantum contra Patres non eſſe, ſed nec probatione Patrum deſtitutum. rectè Tertull. in Scorpiæ. c. 11. *Hæc perverſitas fidei, probata non creditur, non probata præſumitur.*

Et ſuo modo id elevandum eſt ad Theologicas poſitiones, & que communiter recipiuntur in ſcholis, ut non contradicamus antiquis, nec ab illis abducamur ad ſequendam novitatem, vel præter illos ſapiendo, ſi nullum præceſſit veſtigium verus ſuper quod aliquid poteſt ædiſficari.

6. Qua in re ſequendum eſt omnino documentum illius eximii Doctoris, prædeterminationis, & diuinę gratię defenſoris Benediſti Pererij. 7. in Geneſim dicentis: [In huiusmodi quæſtionibus recens exorricatibus, &c. magna utendum eſt cautio, tutiſſimumque foret non ſtatim eas ut planè veras, & certas divulgare, perfrictiq; & mordicus eueri, DD. ſententia non ſolum poſtharica, ſed etiam faſtidioſè ſuperbèque reieſta, verum eas opiniones cunctanter, lentè, & moroſè examinare, & probare oportet, nec niſi ut probabiles tantum prodeze; ſi verè adſit probabilis fundamentum, expectareque DD. patrumque hominum, & Florentiſſimarum Academiarum iudicium, ut ſi ab illis repudiate, damnateque fuerint, proſus abiiciantur, eternoq; premantur ſilentio: ſi autem laudate, & publicè doceri, & defendi queant: verum ita ut nihilominus tamen debitus honor, & reverentia ſemper exhibeatur: probabiles certè vocat, quod pluribus, ſapientioribus, vel ſpectatiſſimis (ut Ariſt loquitur) viſum fuerit, vel quod aſſeritur, in vna probabilitate fundatur, que nec etiam euulganda abſque iudicio puro hominum, vel Academiarum, & cautela, ne debitus honor veteribus auferatur.]

7. Utinam hæc præcepta ſervaviſſes Anonyme, non haucem tuam pa-

radoxis repletam, non in vnam tantum partem Orbis, sed in vniuersas Prouincias intulisset, quæ & naufragium tandem facere cœacta est. Hanc viam intulisse pro placito opinandi quodlibet, Chalanam turrem fuit iterum extruere, vbi confusa linguarum, diuersimode opinandi via amplior facta est, alijs saxa, alijs bitumen, & quamlibet materiam propriam adducentibus, talem molem erigere conantibus, & quolibet ad erectionem turris insurgente, quæcunque pars, & factio, altera difficilis conata est principatum tenere, vt periculum sit (dicebat Nazianzenus) vt diuina fides in argutatricem quandam artem desciscat, & multitudo fidei opinabilis ex varijs enascatur linguis, & quælibet gens in has opiniunculas degeneret; inde tamen miræ & variæ digladiationes calzorum, quod omnes suas obtrudere cupiant opiniones, & profermandis opinionibus ad hoc certant an sint opiniones, quæ postea somnia purantur progressu temporis, & euanescent. vnde S. Basilus Ep. 64. docens, non quodlibet somnium prophetiam esse, dicit: *Non mox quodcumque somnium prophetiam esse, dicente Zacharia iuxta. translat. 70 nec enim omnes gemmæ vniones, vel veræ margaritæ sūt, sed quædam apparentes, & negotiator Cæli, & defensor sacrorum dogmatum bona margaritas quærit, sed lapide lydio opus est, vel simili ad eas discernendas, & optime Trapezita opus est, cum aliquid vt dogma vel ut probabilis opinio venditatur, & diligenter distinguendum est cum Lerin. c. 39. inter proprias, & priuatas opiniunculas a communi publica, & generali sententia, & autoritate, ne vnus hominis nouitium sectemur errorem. si id in Patribus docentibus requirebat Vincentius, non id ipsum requiremus à nouitijs, Patres, & conamnes Doctores deserentibus.*

Sed altera pars, quod contingit vnum ordinarium attingere, quod multi SS. excellentes Doctores non attigerunt; confutanda est. impleri iam videtur, quod scriptum est Esai. c. 3. [tumultuabitur puer contra senem, & ignobilis contra nobilem] quod pertinet ad confusio-nem ordinis (ex l. 25. ibidem) quando inuenis coram senibus, & cano capite debet assurgere. Vnde ad flagellum peritæ quando à Ciuitate Deus aufert, fortem, bellatorem, prophetam, & senem, & consiliarium, & sapientem, & prudentem eloquij, mystici, vt ibidem dicit. Prudentissime ergò Bernardus intra limites sapiendi se continens dicebat sermo x. in Cantic. *Non sum ego adeo perspicacis ingenij, vs noui quidquam ex me inuenire possim.* & Ep. 174. *periculosa dicebat presumimus quicquid ipsorum Patrum prudentia præterij. & S. Hier. in epitaph. Paulin. vs docerem quid didiceram non à me ipso sed à presumptione pessimo præceptore, nec iuxta quorundam presumptionem ipse me docui, non quod ab adolescentia, aut legere unquam, aut doctos viros ea qua nesciam interrogare cessauerim, & in ipsam tantum, vt*

ple-

plerique habent habuerim Magistrum.

8 Contraria via procedebat Abailardus, de quo S. Ber. Ep. 117. qui ubi Ecclesiasticorum Doctorum vnam de hac re diceret esse sententiam, ipsam ponit, & spernit, & gloriatur se habere meliorem; quem idem S. sic redarguit. [Quid ergò tu? quid melius affers? quid subtilius inuenis? quid secretius tibi reuelatum iactas, quod tot præterierit Sanctos, effugerit sapientes?] & idem de alio nouatore dicit [mirror admodum, si noua iste nouarum assertor inuentionum inuenire potuerit rationem, quæ SS. Patres latuerit.] Ambrosium, &c. seu auctoritate eorum potiorem suam auctoritatem.

Sapienter Augustinus dixit 2. de doctrina christiana c. 25. *Nulla magis hominum propria, quæ a se ipsis habent existimanda, quam quæ falsa, atque mendacia.* & in alio loco eiusdem libri, *et nullus magis debet aliquid habere quasi proprium nisi mendacium.* & de his magistellis pronunciat rursus in prolog. retractationum *multa dicunt, sed cum addunt sua, sic quoque incidunt ex multiloquio in falsiloquio.* ergò qui supra Principes Orbis suam præbent paraturam, caueant ne (velut Icarus aera secans) in profundum maris demergantur.

9 Ad illud quod ad tuam probationem adducis Anonyme; respondemus, & ad textum aureum quem adducis, posse vnius sententiam in iure multos, & maiores superare; non est mirum, quia leges, quæ conduntur, non semper ex lege naturali vt conclusiones necessariz deducuntur, sed multoties ab hominibus ponuntur ex principijs probabilibus deductis, secundum hominum prudentiam determinando modum, &c. prudentia enim ex experientia gignitur; vnde opus est vt lex respiciens bonum commune, multa respiciat concernentia personas, loca; & tempora, quare ex varietate istorum leges quoque mutantur, abrogantur, &c. & in his præualet interdum quæ circumstantias penetrat, & huiusmodi, quam sapientiores. In ijs quoque legibus, quæ necessariz deducuntur à principijs naturalibus, communiores sententiz meliores, & melius penetratur quid consequens, quid repugnans sit Doctoribus, & vetustioribus. Quamuis autem expertis magis credendum sit circa singularia, honorabiliores sunt, & sapientiores, quia vniuersalia considerant, vt dicit s. D. 1. Metaph. lec. 1. & illi quia, isti propter quid considerant; vnde nihil eo argumento conficitur; & cum in alia lege adducit reuelari minori, quod nescit maior; intelligitur de ijs, quæ pertinent ad interpretationem earum legum, quæ probabiliter deducuntur ex principijs naturalibus. Ad tex. c. ad materiam de consuetud. ille text. non facit ad propositum. Agitur enim ibi de discussione caularum, quæ passim fiebant, cum à sapientibus, & insipientibus quærebatur quid iuris, & quid illi dictassent, vel aliquis eorum prudentium consilio requisito pro sententia haberetur, quod reprobat Pontifex fieri, cum sen-

sententia lata à non suo Iudice nulla sit; imò est cõtra Anonymi ille tenetur; nam Glosa ibidem dicit: quod id quod à pluribus, & sapientibus queritur, facilius inuenitur, vt, & à sapientibus, & insipientibus, quia illiterati quandoque harum habent causarum peritiam, nunquam tamè illiterati contra literatos veniunt, vt illi soli aduocarentur. Vnde in cap. de quibus causis d. 20. dicitur [Facilius inuenitur, quod à pluribus senioribus queritur.] Vbi ergo vnus contra multitudinem prevalere in sententia dicitur? in cap. [esto subiectus] d. 45. sermo est de quadam consuetudine quarundem Ecclesiarum, vbi presentibus Episcopis, presbiteri non loquebantur, & allegatur tex. Apost. 1. Corinth. 14. vbi ait Apostolus. *Si alij reuelatum fuerit sedenti, prior taceat. i. ex Glo. non intetrumpeuda verbum eius, & ita hebat in primitiua Ecclesia tum in dono linguarum, tum in vsu doni prophetici, vt (sicut dicit S. Th. lect. 6.) utendo dicto dono, alteri illorum, qui sedebant, & dicebant, & tacebant, & dydicabant, fuit aliquid melius reuelatum, quam illi, qui exhortatur, & stat prior; ille cui melius reuelatum est debet surgere, & exhortari; & hic vsus prophetie erat ad vitandam confusionem, vt non semper quis vellet loqui, vel non docere, vel non tacere alio loquente. Et sic successiue omnes poterant prophettare, vel vt omnes, scilicet maiores, discerent, & omnes, id est minores hortarentur. Et notat S. Th. loqui Apostolum non de omnibus, qui sciunt expressè prophetias, & sacram Scripturam, vt prophetent, sed quod duo, vel tres determinati Prophete, vel duo, vel tres dicant, &c. vbi ergo dicit Apost. quod in expositione sacrarum Scripturarum vnus alteri præfertur, quod melius huic vel illi reuelatur? sed esto, quod huic melius reuelatur expositio, melius reuelatur præ altero, non supra ceteros, & qui iudicant de expositione scripturarum, semper recipiunt quæ non alicui particulari, sed quæ eunctorum est, reuelata v3. communi sententia Patrum, vt supra dictum est. quomodo ergo audes præbare, & eleuare illam tuam prepositionem? [Sapè assequitur aliquis ordinarius donum, quod multos Sanctos effugit?] hoc ne est Scripturas exponere, an peruertere? In c. si habes S. Augustinus non petit ibi edoceri, sed tenentem pro peccatis Patris filium anathematizari, cõfutat; quod si eam teneat sententiam, documentis scripturarum exploratâ ipsum edoceat. & infra. Et si potest rescribendo, tradat, si non potest, non debet ex commotione animi facere, quod contra rectam rationem non valeat inuenire.*

Consilium Iero non fuit nisi de re politica; cumq; esset socer Moysi, & grandior ætate, poterat illum instruere de re, quæ satis politicæ gubernationi conducèbat, & ex Arist. gubernationes Synefim, & Gnomem sequuntur, quæ in agendis sequitur determinatam ætatem, id est se nequitiam, cumque secundum opinata, & experta procedere debeant,

quæ

quæ sunt ab expertis senioribus consiliata, vt demonstrabilia principia accipere oportet non secus speculabilia ab eorundem principijs deducta, ex sexto Ethic. Sed et illud dici potest ex facto particulari, & extraordinario non inferendam vniuersalem doctrinam; propterea hoc factum sicut & alia eiusmodi exempla (quæ refert Cassiodorus) non debemus talia frequenter expetere, sed in vsu communis doctrine satius permanere. Cassiodorus in præf. Et in eiusmodi casibus verum habet, quod scripsit Aug. 4. cap. contra Donat. lib. 2. plerumque Doctoribus minus aliquid reuelatur, vt eorum patiens, & humilis charitas, in qua fructus maior est, comprobetur. Accidit, quod vt dicit Greg. c. 14. in Reg. l. v. quod ea, quæ ab inferioribus audiunt, etiam ex consilio internæ meditationis quærunt, vt eadem quoque exequantur, quæ consiliata sunt, maximè cum à spiritualibus viris consilium accipitur, non ab alijs, qui Pseudopoliticisimam inducunt, & tunc semper quid aliud supereminet. vnde etiam superior ab inferiori eruditur, qui ex Dei instinctu loquitur. Sic ergo ait Greg. [Et ait Saul ad Achiam, applica arcam Dei. cur] Achiam Sacerdotem Saul applicare arcam Dei præcipit, nisi quia modum certaminis à speculatoribus audiunt? quod quidem à summis Sacerdotibus hoc spiritualiter agitur, cum ea, quæ à relatoribus audiunt, non ante diiudicant, quàm eorum rationem in consilio internæ meditationis quærant, & quia sæpè alienæ etiam mentis consilia sequuntur, Achias arcam applicare iubetur, arcâ quippe Sacerdos habet, qui scientia spirituali mentem vacuum non habet. Saul ergo arcam applicare Achiam iubet, quando summus Doctor (vt fecit Moyses) consilium à minoribus suis, & eruditis quærir; ubi enim sunt postulanda consilia, vbi spiritualis scientiæ gratia corruscat. vnde subditur erat enim arca Dei in die illa cum filiis Israel,] quia in rebus dubijs illos debemus consulere, [quibus apertè scimus spiritualia dona non deesse] & ibidem dicit [ab irreligijs quidem Religionis consiliū petere, non est consilium accipere, sed præcipitare.] si ergo opponens suâ vult positione defendere, probet se diuina gratia illustratum, & veteres sanctos suo sensui subijciat.

Nec superstitio, sed summa Religio non addere veteribus, sed vetera (ex Lerin. c. 32.) sic tractare debemus, vt antiquius informata expoliamus, expressa, & enucleata consolidemus, & iâ confirmata custodiamus: sed multiplex erit scientia, vt dicit Daniel quantum ad explanationem, non quoad substantiam.

Secunda Veritas:



A Nonimus. Decretum Illustrissimi Domini, & F^{undatoris} Vniuersitatis Complutensis, quo fundauit diuersas cathedras Theologiae, ut in una legeretur S. Th. in altera Sco. in altera Gabriel, in altera Durandus; sanctū, & iustum est, & ut tale approbatum est à Iulio 2. & pro Vniuersitate hac Salmantina à Benedicto 13. & in virtute eius esset iniustitia, & exigua fidelitas, erga constitutiones, si quibus Doctorem horum impediretur sequi, alium relinquendo. Si vult sequi integrum, vel in parte S. Thomam, & non Scotum, & contra, ob id enim collocatae sunt diuersae cathedrae differentium authorum, & Magistrorum. Haec conclusio clara est Thom. quodl. 3. a. x. & in Opusc. 73, auditor diuersorum Magistrorum tenentium contrarias opiniones, potest sequi quam velit, nisi altera determinetur esse contra fidem ab Ecclesia, eamque probat latè S. August. 2. contra Donat. c. 4. & ep. 19. ad Hiero. & lib. p. c. 2. contra Iul. Chryf. Hom. 34. in Acta. & ita peccabit turpi ingratitude erga tam insignem Fundatorem, & magnam libertate aduersus tam Sanctissimos Pontifices, sed etiam contra iustitiam quouis Praelatus Claustrorum Doctor, impediens executionem tam sanctae legis. Et quicumque contra ipsam scripserit, vel predicauerit, debet haberi ut Vniuersitatum detractor, & tam insignium Fundatorum, cum eos hoc modo arguat ignorantiae, vel impietatis, eorumque se efficiant legislatores, vel male doctrina assensum praedentem. Ponitur exemplum Scotus fuit vir Sanctissimus, de quo graues referunt auctores visum cum puero Iesu illum complectente, & ablandiente: de altitudine suae doctrinae multa scribunt grauissimi auctores cum Volaterr. lib. 21. Mai. 4. d. 18. q. x. Bergom. in supplem. lib. 13. Ross. 7. Hist. Scot. Ioann. de Ragusa Dominicanus apud Henricum Camis. lect. antiq. tom. 3. p. 2. alij innumerabiles. cur ergo peccatum erit eum sequi? quis erit tam audax qui dicat Religionem S. Francisci, quae habet tam subditos quam habeat omnes quatuor simul inuicta, erret, Deumque offendant sequendo hunc auctorem, & si utatur suo iure in eodem sequendo: illico calumniator deprehenditur quicumque id prohibet iniurijs, alijsque iniustis modis; praesertim cum statutū Minorum sequendi Scotum cum reliquis ordinis confirmatum sit per Apostolicam Sedem, & constitutiones Salmantinae, Complut. Coimbricens. in quibus cathedra particularis erigitur pro doctrina Scoti, tandem

habeant confirmationem, & decreto Sac. Congreg. Gardin. possunt sua opera imprimi sine licentia Magistr. Sacri Palatij. Ob dicta certum est, quod qui in suggestu obloqueratur contra statum huius Religionis, vel obliget sub culpa ad sequelam alterius Doctoris, non relinquendo libertatem ad oppositum; incurreret excommunicationem latam extra infamantes Religiones mendicantes, & earum statuta, & eam, qua in Conc. Lateranensi lata est, contra declamantes ex suggestu contra Episcopos, & Religiones. idem potest & dici debet de alijs grauioribus authoribus, qui post reuisos libros a Senatu permissos, & probatos a S. Officio, absq; eo quod vel unam litterulam delenerint; non dubium est, quod sit temeritas, & contra conscientiam dolite offigere tali doctrina, ac si non esset ad Ecclesie normam directa. Debeant reprimi infamatores talium librorum, itaquam infamatores occuporum Ecclesie, ut sunt tribunalia fidei, cum ea taxent, ac si non videant, medela non afferant, vel ignorent, que sint suspiciosa doctrinae.

2 Discipulus S. Thomæ. Præclare Lact. lib. 3. de sap. c. 17. *Homo astutus ex varijs, diuersisque modis circulum, cogit, & dum studet placere omnibus maiore discordia secum ipse pugnavit, quàm inter se vniuersi.* Videbat Anonymus quantam authoritatem S. Thomæ in scholis sibi vendicaret, putauit ex aliarum Academicarum celebritate diminui posse S. Thomæ famam, scholæq; eius ex partitione laudis, & lucis eam diuidendo, & singulis impertiendo vniuersitatum cathedris; sed cum eo fine id fecerit vt sua defendenda susciperet, in inextricabiles se inclusitricas. Sua singulis cathedris manet auctoritas, & diuersis vijs explicando mysteria, eaque defendendo magno sunt Ecclesie adiumento. Sed difformis est lux syderum, in lucis diuersimoda participatione, etiam si in lucis ratione conueniant; & *Stella à Stella differt in claritate*, pronunciauit Apostolus. etiam *Stella scriptum est steterans in ordine, & cursu suo, & aduersus Sisaram pugnauerunt*, aduersus hæreses. hoc respicit diuersarum Academicarum institutio, ad hoc tendunt diuersarum Academicarum Antesignani, & potest sudoribus parcere, non includendo quæ manifesta erant, & probatione non indigebant; sic non vrgenda vrget, quasi defensores cathedræ Thomisticæ, alias eliminandas ab Orbe cogitassent, qui si recte de his existimasset, nunquam sibi tam petulanter mentiendi licentiam assumpisset, & dum polemycum stylum assumpsit, in Academicarum omnium manus armando, causatus est inter Academicos similitates, vt suam similitatem aduersus omnes tueretur. Sed deridenda hominis leuissimi vanitas, dum recepta dogmata Scholastica, quæ S. Thomæ, Scotus, Gabriel, &c. constanter defenderunt, ausus est impetere, & sicut otiosa aniculae solent, fabulas tanquam infantibus credulis, de

Ne

Nectare, & Ambrosia, & huiusmodi Orbi propinante.

Ad sua hæc paradoxæ tuenda, quàm vsuus, quàm facilis, dum sub laude Tribunalium S. Officij, eos vult esse Scriptores, & Academiâs, quæ contra ipsos, & omnium Ecclesiæ sensum propugnauerunt, nec enim imprimendi licentiâ concedentium manus astringit, ne iterum in incudem renocari possint, & lima cultiori poliri, ubi expurganda denotatur, maximè cum solius Sedis Apostolicæ sit purgandorum, & expurgandorum librorum plena facultas.

3 Sed Papyraceo illud accidit, quod Seneca scripsit in exhortationibus, & Lactantius assumpsit lib. 3. c. 15. [Plerique] inquit [Philosophorum] tales sunt diuersi in conuicium suum, quos si audias, in auaritiâ, in libidinem, in ambitionem perorantes, iudicium tui putes profectos. Ad eò redundant ad ipsum maledicta in publicum missa, quos non aliter intueri decet, quam medicos quorum tituli remedia habent, Pixides venena; quosdam verò nec pudor vitiorum tenet, sed patrocinitia cupidini suæ figunt, vt etiam honestè peccare videantur. [Fasces sapiens] inquit idem Seneca [etiam] quæ non probabit, vt etiam ad maiora transitum inueniat, nec relinquet bonos mores, sed tempori aptabit, vt quibus alij vtuntur in gloriam, aut voluptatem,] vitur rei agendæ causæ. In rebelles, & contumaces non parentes S. Officio manum etiam dirigit fingendo, & non probando, qui sint inobedientes: sed in se ipsum tela contorquet, non parendo Romanis edictis, quibus omnia sua opera proscripita sunt. Nulla ergò in Anonymo disciplina magisterium virtutis est, cum qui suadet (& merito) parendum fidei censoribus, ipse non paret. Præclare idem Lactantius c. 16. [Qui] docet tantum, nec faciunt, ipsi præceptis suis detrahunt pondus, quis enim obtemperet cum ipsi præceptores doceant non obtemperare?] obtemperandum ergò à nobis est per omnia vbiq; & in omnibus etiam si obtemperare per diuerticula sua refugiat.

Tertia Veritas.

1 **A** Nonymus. *Non est certa regula, vel coniectura, ad laudandum unum Doctorem præ alio, videre Sedem Apostolicam, Concilia, vel alios Patres, encomijs unum honorent, & de alijs taceant.* in cap. S. R. E. multæ eiusmodi habentur probationes. In Ecclesia cath. recipiuntur Opuscula B. Athan. Greg. Naz. Bas. Io. Chrysost. Hil. Ambros. August. Quam eximij Doctores, sine laudibus, sed sola nominatione recensiti. Et cum alijs PP. inferiores in doctrina, & sanctitate nominantur, illustriora

R r c ha-

habent testimonia, Orasmus virum eruditissimum laudamus, item & 2
 gerabilis Sedulij Paschali opus insigne laude proferimus. Item Luuicij
 laboriosum opus miramur, cuiusdam & primarij Sanctis tam magni-
 fica attributa sunt laudes? Idem cernimus in S. Dionysio Areopagi-
 ta, in Irenaeo, alijsq; PP. qui & si antiquiores, & maioris authorita-
 tis in Ecclesia, quam Sancti Bonauentura, & Thomas, non habeant tā-
 tam testimoniorum exaggerationem. Idem contingit in materia sancti-
 tatis. Sollemnizat Ecclesia magis quem scit esse minoris sanctionis.
 Dicit S. Thomas esse erroneum affirmare aliquem SS. Apostolis com-
 parandum, & nihilominus de S. Laurentio, & Stephano sunt ma-
 iores sollemnitates, vigilijs, & octauis, quod non fit cum S. Andree, Bar-
 tolemeo, Philippo, & alijs Sanctis Apostolis. S. Dion. Hil. Gyril. Alex.
 & alijs multi antiqui PP. sunt sine controversia maiores, & illustrio-
 res PP. quam sint SS. Thomas, & Bonauentura, & hi habent sollem-
 nitatem sub officio duplici, vt illi semiduplici, vel nullam habent. Vn-
 de apparet, quod non decorare Patres antiquos, vel alios postponere
 modernis, eo titulo quod careant tot elogijs, est censura minus aduer-
 tentium, atq; sapientium. Viuat, & regnat S. Bonauentura, & S. Tho-
 mas, sed viuat quoq; S. Irenaeus, S. Ambrosius, S. Damasus, S. Bernardus, S.
 Prosperus, S. Bernardinus, S. Petrus Ab. Alex. & innumerabilia alia Ec-
 clesia luminaria: ne extinguamus lucos, quas Deus, & sua Ecclesia,
 & sancta Inquisitiones, vel Vniuersitates, & Religiones. valent accensas
 lucere pro eiusmodi scientiae gloria.

2 Discipulus D. Tho. Si ingrati, aut inuidi, aut inimici parentes
 suis disterijs, sapientibus, & sapientissimis, titulis, & praemio expoliare
 possent, quae illis diuinitus sunt collata, nihil ipsa virtute, & virtutum
 cultoribus infelicius, si vexata calumnijs, & huiusmodi, suis praeroga-
 titijs, et praemijs orbari posset. Sed recte Lac. lib. 5. c. 19. idcirco virtute
 ipsam sub persona stultitiae, oppressionis, & huiusmodi. voluit esse ca-
 latam, vt mysterium veritatis, ac Religionis suae, esset arcanum, vt
 has Religiones Gentilium, sapientiamq; terronam extollemem se al-
 terius, sibi quae multum placentem, vanitatis, errorisque damnaret.]Prae-
 mium ss. Thomae, & Bonauenturae eorum tituli, & encomia iustissime
 ab Ecclesia illis concredita sunt, & contra hos titulos insurgit Anony-
 mus, totaque intentio est ostendere eos non debere magis ad sequela
 proponi, etiam si pra alijs Doctoribus, maioribus encomijs sint coho-
 nestati. Permisit verò hoc Deus id fieri à vaniloquis, vt mysterium do-
 ctrinae, & veritatis elucesceret, & sapientiam terrenam illi ferius se oppo-
 nentem, & alterius extollemem, vanitatis, errorisque damnaret; vnde ad
 confutationem opponentis, ad sequentia Anonymus oculos dirigit. Cū
 titulis, & encomijs Patrem aliquem, vel Doctorem extollit Ecclesia,
 vel dirigit, facit id comparatiue dicendo, illustriorem esse hunc Do-
 cto-

florem illo alio, vel præcisè tantum: elogia de vno, vel altero proferēdo. Primò modo probaretur ex comparatione melior, & illustrior, qui melioribus encomiis cohonestaretur. Secúdo verò modo minime. Amplius, cum commendatur aliquis Doctor, vel laudatur de doctrina, ex probatione securitatis, veritatis, & eiusmodi, vel celebratur ex ingenio, methodo, eruditione, & eiusmodi circumstantiis. Primò modo laudatus, vel commendatus, habet præ cæteris prælationem. Secúdo modò vnus tantum est cum cæteris, non supra cæteros. Cum laudetur S. Thomas ex doctrina habet comparationem ex securitate, vniuersitate doctrinæ in omni materia, & in tot librorù eruditione, siue vilo prorsus errore descriptorum. Ad eum modum celebratus est in Concil. Ephes. t. i. c. 1. à Cyrillo Athanasius [Sanè idoneus est vir, optimeque dignus, cui intrepidè fidem adiungere, quemque tuto sequi liceat. vt qui nihil vnquam aliquando protulerit, quod à diuinis literis alienum esset.] idem fecit Hier. eum eodem ex p. p. q. 61. ar. 1. Cum verò quidam alii allegari laudantur, alio laudationis genere exornantur: nempe Orosius ob historicum stylum, Sedulius ob metri elegantiam, sed non ob doctrinæ excellentis encomium, de qua nihil locutus est Pontifex. Possè autem se iungi ad probationem alicuius Doctoris non doctrinam, sed modù tradendi eandem, patet ex Hier. laudante Origenem ad Pammach. [Laudaui interpretem, non dogmatistam, ingenium non fidem, Philosophum non Apostolum. Dion. Areop. non celebratur festiuitatis cultus, qui datur quatuor Doctoribus, sed qui datur Martyribus, qui superioris ordinis sunt ex aureola martyrij. Comparatio autem debet esse inter ea, quæ sunt eiusdem ordinis. Idem dicendum de Ireneo. Cæteri autem Doctores, vt Hil. & alij multi non præferuntur quatuor Doctoribus Augustino, Ambros. Gregor. Hier. ex Bonifacio de reliq. & Vener. Sanctorum, quos potioribus encomijs attollit Ecclesia, quantò præ cæteris excellentius Ecclesiam illustrârunt: eumque SS. Thomas, & Bonauentura peculiari comprobatione, & sollemnitate officij, celebrandi propositi sint, ex maiori celebratione digniores agnoscit, & maiores excellentia meritorum. Sunt etiam, qui dicant ex alijs motiuis potuisse procedere (sic ordinante diuina prouidentia) vt minoribus Sanctis in sanctitate, & meritis, maiores sollempnitates adhiberētur in Ecclesia, vel quia (ait D. Thom. 2. 2. q. 87. a. 1. i.) imploratio inferioris Sancti efficacior est, vel quod deuotius imploratur, vel quia vult Deus eius sanctitatem declarare. in responsione ad quartum. Vel quia magis nobis innotescunt. ad quintum: vel quia vberiora miracula patrarunt, & Deus (ex Augustino ep. 137.) vult ad eandem manifestandam sanctitatem, vel ob alios fines sublimioribus signis inferiores Sanctos cohonestare, quàm superiores cohonestentur. v. g. magis illustratur miraculis, & concursu Populorum. s. Franciscus, quàm]

quàm s. Thadæus, non tamen subinde consequens est eum maiori sanctitatis titulo præcellere.

3 Quod verò dicatur ss. Stephanum, & Laurentium ex maiori sollemnitate præ cæteris maioribus Sanctis coli, falsum est, & ex licurgiis sacris constat, martyres infra Apostolos, supra tamen Confessores, & Doctores recenseri, & ut inter Apostolos, quidam cum Octava, quæ est signum maioris sollemnitatis, celebratur, nomine omnium Apostolorum aliorum; ita & inter Martyres Stephanus, quia sub nascenſi Ecclesia passus, & Laurentius, quia viriliter, & lætissimè passus Octavæ sollemnitate cohonestatur. Falsè ergò supponit, & male procedit Papellista, videlicet, ex maiori sollemnitate nõ inferri sublimiores titulos, vel prærogativas, & eò admisso ad-condescendam, negatur consequentia, ut patet ex dictis. [Qui ergò (ait idem Lact. de falsa sap. lib. 3. in principio) falsum aliquid sumperint verisimilitudine inducti, necessè est, eos in ea, quæ consequuntur, incurrere. Sic incidunt in multa ridicula, quia necessè est falsa esse, quæ rebus falsis congruunt.] Obiectio ergo ista in fumos, & auras resoluitur.]

Quarta Veritas.

A Nonymus. *Declarata calumnia est, dicere Sanctis iniuriam inferri, asserere in suis scriptis temporum depravatione, amanuensum incuria, hæresum, & corruptiorum, vel quia non erat veritas, tunc declarata, reperiri alias quas opiniones, quas suo tempore proscripsit Ecclesia.*

Nam primò certum est, rarissimam esse malam doctrinam, quæ a Sanctis profecta sit, sed addita, truncata, &c. Nullus hominum fatebitur feliciora fuisse Patrum scripta divinis literis, quæ multa passæ sunt in hac parte, hæreticorum malitia, scribentium incuria, correctorum, & impressorum socordia. Leguntur Lindanus, Mariana, Gretzerus, & prologus appositus initio in biblis Sixtina. Secundò si scissent PP. & DD. suo tempore licitum fuisse asserere, quod postmodum deprehensum est subsistere non posse, ipsi nulla imputari poterat culpa, nec doctrina, quæ mala fuerit, nisi postea eam detecta est falsa. Nec officii vlii dicere pro bono habitum, cum malum nõ agnoscebatur. Exemplum. Dicunt si Bonaventura, & Alensis, Sacramentum confirmationis ab Ecclesia non à Christo institutum esse. Tunc non male philosophati sunt, sed post Concilium Trident. sess. 6. cano. 1. ut hæretica sententia ista definita est. Vgo de S. Viatore 2. p. de Sacramentis Magister in 4. dist. 23. Bonaventura ibidem. dicunt extremam unctio-
nem

non à Christo institutam, sed ab Apostolis. Hac opinio tunc non agnoscebatur ut heretica. & idem Conc. sess. 14. can. 1. ut hereticam damnauit. Dicebant multi Canonista cum Glossa 1. q. 1. Hostiensis tit. de Sacram. Duran. in 4. dist. 26. Non conferri gratiam in Sacramento matrimonij, & tñ in Conc. Trid. damnatur, quæ antea non innotescbãt. Multis quoque Canonista cum Glossa de peniten. & remisso Sacramento penitentia non à Christo, sed ab Apostolis institutum esse dixerunt, sed iam talis sententia agnita est pro heretica. Trident. sess. 24. c. 5. hoc sufficiat pro exemplo, & ex eodem constat hoc genus generis ad censurandam nata ala guardes del soto, quæ litigat si quis pedè fuerit; ingenia d' Aluaxiles, ad capturandum non ad soluendum; fiscales de meste, qui fingent veredas vedadas, dõde no losay; agoreros seu perbitiosos vaticinantes cantibus nocturnarum, & bubonum, quod nunquam eueniet, zizanias disensionum, & malsuolentia, cum iniuriam inferant, & calumnias viris catholicis, nempe male doctriar, & impietatis aduersus Sanctos, quos supra capita deferunt, & venerantur. Non eget fides, & Religio fictionibus, nec Ecclesia, & Sedes Apostolica subicitur Doctoribus, immo sunt eius discipuli, & potest dicere Ecclesia, & Romana Sedes, super omnes docentes me intellexi.

2 Discipulus D. Thomæ. [Venia concedi posset imperitis, & qui se sapientes esse non fatentur,] dixit Lact. lib. 2. 3. [his verò non potest qui sapientiam professi, stultitiam potius exhibent,] olim (vt idem annotauit) quia multæ Religionès de falsitate conuictæ sunt, consequenter nullam dari Religionem rectè se purabant afferre, quia qualis esset, & vbi esset, posse inueniri non putabant. & vt dicit idem Lactan. [Quanto fuerunt sapientiores, quod intellexerunt falsæ Religionis errorem, tantò facti sunt stultiores, quod esse aliquam veram non putauerunt.] Simile videtur in assertionè Anonymi, quia enim iam multis exemplaribus Patrum menda irrepsérunt, in extremum inclinavit, vt nulla sit sententia dissonans, quæ reperitur in Patribus, quæ non ad Typographos, Amanuenses, adulterantes, &c. reduci possit. Etenim quod vniuersaliter loquatur author, dicendo (3. parte Elucidarij lib. 4. c. 9. pag. 1128. [Quæcunque in scriptis PP. inueniuntur minus Ecclesiæ fidei, aut S. Apostolicæ sensibus consona, non ab eorum calamo, & mente profecta.] Nunc verò rarissima constat esse huiusmodi errata; omniaque alia menda esse, & supposititia, vt nullum vel rarissimum errorem in scriptis PP. processisse de eorum mente fateatur. Sed hæc positio omnium facultatum libros destruit. Frustra laborasse dicentur, qui aduersus Gentes scripserunt, hoc enim clypeo se munire possent aduersarij, dicendo, impositos Gentilitati eos errores, quos non authores Gentilium scripserunt, sed Christiani illis affixerunt. Idem causarentur heretici non ab illis fuisse libros compositos, quos

quos nominatis authoribus damnarunt Concilia, & Patres, sed à non
 stris, quos ferirent Acatholici, supposititios esse, & ab eis compositos
 fuisse, cum tamen hac expeditissima via Gentiles repellamus, appella-
 do eorum proprios libros. Et si vera sunt, quæ proferrunt ad illorum
 explanationem, quasi per allegoriam explicari possint, erubescant per
 eiusmodi integumenta obscenitates explicari suorum Deorum; si fal-
 sa, suos Theologos, & authores nobis ostendant, ut reuincantur de
 fabula, & allegoria, ipsiquemet in turpitudines eorum in theatris, &
 in templis etiam ad imitandum propositos, calamos strinxerunt. Hæ-
 reticos verò non possumus debellare, si quis eorum confugeret quod
 opera heresiarcharum suorum, non sint ab illorum mente prolata, sed
 ementita esse, & supposititia. hac via vsus est Aug. lib. 23. contra Faust.
 Manich. dicebat. n. [Cur literas istas, quas habemus in manibus si post
 aliquod tempus huius vite nostræ, vel illas quisquam Fausti esse, vel
 has negat esse, vel has neget esse meas, vnde conuincitur, nisi quia illi
 qui nunc ista nouerunt, notitiam suam ad longè etiam post futuros,
 continuatis posterorù successionebus traiciunt.] Et si comminisci ausi
 sunt hæretici illa scripta esse falsata, ut damnationem effugerent, vel si
 alia menda irrepissse causati essent, per alios codices, & eiusmodi ar-
 gumenta errores deprehendi potuissent, & errores de mente heresiar-
 charum prodissse, non autem supposititios esse, vel ex mendositate,
 Scriptorum vitio omnes irrepissse, & iniuste proinde Concilijs eorum
 errores ab Ecclesia eliminatos. Sic redderentur incertæ Concil. defini-
 tiones tum respectu Patrum, quos in testes produxerunt cõtra errores,
 cum damnatorum authores, quibus hereses à Concil. sunt affixæ. Quid
 in ipsis definitionibus Conciliaribus, cum consensu Patrum vrgentur
 hæretici? possent huic Anonymi doctrinæ imitti, nisi iudicentur de
 corruptis clausulis alicuius Patris ex vrgentibus argumentis, & vetu-
 stis exemplaribus, in aliquem errorem incidisse aliquem Patrem (&
 hoc ex iudicio Ecclesie) non esse credendum aliquem Patrum in er-
 rorem lapsum esse, sed qui reperiuntur vitio Scriptorum, impressorum
 irrepissse. Sic ante definitionem dogmatum procedi non posset tutè, ni-
 si definitione expressa iuxtà Anonymum definiretur, qui nam sint au-
 thores, qui codices incorrupti recipiendi, à quibus essent producen-
 da testimonia; vt in longum protelarentur disputationes, noua effugia
 reperierntur, & semper causari possent dicta Patrum non esse sua, sed
 falsata, à totius Orbis bibliothecis esse eruenda antiqua exemplaria,
 imò originalia, & per determinationem expressam, hos codicēs esse
 incorruptos, tandem fieri definitiones, qui nam sint in autoritate re-
 cipiendi, & postea de dogmatibus disleri.

Fatemur in tex. Biblicos menda irrepissse: idem accidit in Patri-
 bus; vnde & Dionysius Coniiothiorum Episcopus apud Niceph. lib.

4. e. 8. dicebat. [Non mirandum certè, si cum dominica scripta nonnulli corrumpere sunt ausi,] quantò nostris etiam longè dissimilibus insidias struxerunt?] Et sicut ad Romanam Ecclesiam correctio iuridica, & iudicialis sacrarum Scripturarum pertinet, ita similiter dicendum de Patribus, qui sunt interpretes sacræ Scripturæ, & testes traditionum, hæc autem probatio, absque expressa approbatione fieri potest, sed tacita, saltè, nepe ex multorù exemplariù collatione, ex successione, & antiqua præscriptione, & lectione communiter recepta, quæ morale præstat argumentum ad confutandum ex eorum restitutione, posterius exortas controuersias. Ad huc finem d. 15. c. 5. Romana, iudicio Ecclesiæ etiam expresso, qui sunt in autoritatem recipiendi Doctores, propositi sunt, & Patrum admittæ interpretationes, tam in Concilijs, dum secundù eorum interpretationem dogmata finita sunt, quàm tacito, dum in Academijs, in scholis secundum eorum lectiones decreta scholarum recipiuntur. Et si difficultas occurreret de vera lectione, restituenda esset, vt docuerat etiam ante Ecclesiæ determinationem faciendum esse S. August. 2. de doctrina Christiana c. 15. & 11. cõtra Faust. Manich. c. 2.

Quod aliquot errores deprehèsi sint in ijs famosis Doctoribus, quos citat circa Sacramentù Confirmationis, Extremæ Vnctionis, id non præiudicat authoritati illorum, siquidem authore S. Thoma nunc multa reputantur hæretica, quæ prius non reputabantur, quia nunc manifestum est sequi ex eis aliquid cõtrarium fidei. 1. p. q. 32. ar. 4. sed quorsim hæc zendicula, nisi, vt illud quod erat intentum, monstrum parturiret? v3. vt diceretur, in Doctore Angelico errores quoq; contra fidem deprehendi, quos non alia via excusare possumus, vel quod ab illius calamo profecti non sint, sed errore amanuensium, vel quod ante definitionem Ecclesiæ locutus sit; & hæc via, infirmata autoritate Angelici, liberum esset illi sua inducere paradoxa. Hæc autem commutare imprudentiù est, nullus enim commutat aurum pro plumbo, nec panem triticeum pro hordeaceo. vnde in illud Iud. 5. [Elegerunt vt panem hordeaceum Deos novos.] August. secundum aliam litteram lib. 7. q. 9. super Iud. c. 29. proponendo quomodo sit hoc intelligendum, cum etiam si comparatiuè triticeus panis hordeaceo comparatur, etiam potuisset vitale nutrimentum habere; Dij autem in alimentis animæ non possunt deputari, sed potius in venenis sunt; idem Aug. similitudinem in hoc consistere, [quia sicut plerumq; fastidio fit, vt eligenda reiiciantur, & aspernanda delectent, ita vitio prauæ voluntatis, tanquam languore fastidij cum esset eorum Deus verus, sibi falsos elegerunt, nihil aliud quam nouitatem; spreta veritate, atque ita cibum mortiferum tanquam panem hordeaceum elegerunt, non se arbitrate, inde perituros, sed etiam inde vitam velut escã innoxia, licet

viliore sumpturum. Secundum opinionem ergo eorum similitudo posita est, animique languorem, non secundum veritatem, nam Dij illi noui nullis cibis vitalibus sunt comparadi. Hoc id fecerunt refractarij in Ecclesia, nam v. g. Nestorium penitus eligere maluerunt, quam veteres Patres Ecclesie. Quid hoc erat nisi panem triticeum pro hordeaceo commutare? Vnde Cyrill. hanc commutationem sic reprehendebat ep. ad Cleric. Constantin. in Concil. Ephes. t. i. c. x. & 11. [Quid hoc supercilium? quæ hæc oratio? nunquid qui illum antecesserunt doctrine fidei operam non dederunt? nunquid eloquentior Ioanne Chryf. nunquid sapientior est forsitan B. Attico? imò verò cur ingenuè non arguit doctrinam se inuenisse peregrinam, planè inusitatam, talem denique quæ præ sua absurditate maioribus nostris in nullis vnquam Ecclesijs, aut fidelium cœtibus, vel cognita fuit, vel approbata. Mihi itaque nullum de hisce controuersijs cum eo sit commercium, aut conuersatio. Id potius eueniat, vt ad sanam mentem redeat, rectamque fidem agnoscat: hoc si impetrauero, quæ in me commisit, vel procaciter tot irritando, vel coniunctos hostes aduersum me instigando, eam veniam apud Deum haud difficulter promerebuntur.] Triticeum panem certè Nestoriani, nempe veteres, Chryostomum, Atticum, &c. pro nouo Nestorio commutabant: non secus, dum peregrinam doctrinam induxit Anonymus, nunquam in Patribus, vel Academicis, & in scholis D. Thomæ auditam; quid est aliud, nisi explosa doctrina triticea Angelici, suam hordeaceam venditare, putando solum ex esca innoxia, tantummodo viliori, vitam sumpturum. ex tali esca (& si non procedatur ad hæresim) per quam vita aufertur, inducitur tamen languor cum potius panis triticeus cor hominis confirmet, illudque inducitur quod nouitas eligatur, sprete Doctorum veritate. Quod autem sycophantijs, & calumnijs respingat Sapientes illos vigiles ne segeti zizania admisceantur, vocando eos Alguaziles, fiscales de mesta, agoreros supersticiosos, non serio, sed calunijs est re agere. Sed quàm benè dicebat Hiero. in c. 23. Jerem. [quod stylus hæreticorum est illorum, qui epistolas plenas mendaciorum, & fraudulentæ, atque periurij in Orbem diuigunt, vt & aures polluant audientium, & existimationem simpliciû lædant, quod impleatur in eis hoc quod scriptum est: à Prophetis Hierusalem est egressa pollutio super omnem terram: non enim eis sufficit iniquitatè propriâ deuorare, & proximos ledere, sed quos semel oderunt, per Vniuersum Orbem infamare conantur, & vbique seminare blasphemias.] sed absit eum stylum à viris catholicis imitandum: sed impudentissimi vident quantum possunt contra canes, & pastores custodientes vigilas noctis, vnusquisque Ecclesie defensor illud cogitare debet, quod Hieronymus scribebat ad Vigilantium: [eam iniuriam patienter tuli, impietatem contra Deum ferre non potui.] illud vni-

cum est, quod optamus ex ep. 69. iater Hiero, Epistolae [si fieri potest in diebus nostris, catholicam fidem, & Ecclesie regulas cum subiectis nobis Populis custodire, & omnes nouas sopire doctrinas.] Vnum hic non omittendū, q̄ antequā hęc nouitas doctrinæ currere permittebatur, fortius postea reiecta est. sic accidit tempore Theophili Alexandri- ni, qui distulit hæreticam quandam nouitatem impetere, ad quem scripsit Hiero. ep. 70. ad Theophilum [quod hucusque taciturnitas dis- pensatio fuit non consensus. Liberè enim tuz reuerentiæ loquar, do- lebamus te nimium esse patientem, & ignorantem Magistri gubernacula gestiebamus in interitum perditorum; sed ut video, exaltasti manus diu, & suspendisti plagas, ut fortius ferires: ita & in proposito factum est, nam & si interpositis censuris Academiarum, &c. dilata sit proscriptio doctrinæ Anonymi, taciturnitas supremi Iudicis, & Pastoris ad tem- pus dispensatio fuit, donec iterato fortius infixit plagam, eam doctri- nam eliminando, suspensis omnibus libris elucidistæ. Id asperum vi- detur proscripto, saltem ad suam synderesim cõuersus tanquam ad pe- dagogum, se componat, & cogitatus emendet. [Opus est aliquo (dice- bat Seneca) ad quem mores nostri se ipsi exigant. Nisi ad regulam, pra- ra non corriges.] ep. 11.

Quinta Veritas.

A Nonymus. *Etiā impugnatur S. Bon. & non meretur nomen Bonauenturicæ, & etiā impugnatur D. Tho. & non meretur nomen Thomicæ, dicens, obligator esse in conscientia ad eos sequendos in materijs arbitrarys, & est impugnator Scholasticorum, obligans aliquos ad eos sequendos sub pœna peccati, nisi sit aliquod particulare statutum in aliqua fami- lia secundū conformitatē ad auctoritatem, quæ eligit. Probatur ex verbis D. Thomæ 1. p. q. 1. art. 8. ad primum, qui respondens ad auctoritatē Se- uerini dicentis locum ab auctoritate esse infirmissimum, respondet: licet locus ab auctoritate, qua fundatur super rationem humanam sit infirmissimus; locus tamen ab auctoritate, qui fundatur super reuelationem diuinam, est efficacissimus, & ad ostendendum, quod vocat auctoritatem humanam, qua fundatur supra dicta Patrum, qui locuti sunt de discursu, vel lumine naturali in indifferentibus, addit, quod etiā auctoritate Philosophorum sacra doctrina utitur, & ad ma- iorem declarationem dicit, cum auctoritatibus canonicæ Scripturæ utitur proprio ex necessitate arguendo, auctoritatibus autem*

litorum Doctorum Ecclesiarum, quasi arguendo ex proprijs, sed proba-
 bilitate, non dicit infallibiliter: & tandem addit, quod quamvis SS.
 DD. exceptis Apostolis, & Prophetis habuissent revelationem de a-
 liqua veritate, non inniteretur ipsa Theologia revelationi si que
 fuit alijs Patribus facta. Sed quia ista veritas millies docetur a D.
 Thoma, solum referam, quod in Opusc. x. docet, & inter alias ver- in-
 numerabiles quas dicit ad hos propositum, addit hæc in defensionem
 Petri de Tarantasia, qui dixerat plures peregrinas propositiones in
 Theologia. Hoc protestor quod plures horum articulorum ad fidei dog-
 mata non pertinent, sed magis ad Philosophorum dogmata: multum
 autem refert talia que ad pietatis doctrinam non spectant, vel asserere,
 vel negare, quasi pertinentia ad sacram doctrinam, dicit enim
 Aug. in 5. Confess. cum audio Christianum aliquem, ista, scilicet quæ
 Philosophi de Cælo, Stellis, & Luna dixerunt nescientem, & aliud
 pro alio sentientem; patienter intueor opinantem hominem, nec illi
 obesse video, cum de te Domine creator omnium nostrum non credat
 indigna, si forte situs, & habitus creatura corporalis ignoret. Obest
 autem si hæc ad ipsam pietatis doctrinam pertinere arbitretur, & per-
 tinacius affirmare audeat, quod ignorat. Quod autem obest, manifestat
 Augustinus in 1. super Genes. ad literam. Turpe est, inquit, nimis, &
 perniciosum, ac maximum cavendum, ut Christianum de his rebus qua-
 si secundum Christianam literam loquentem, ita delirare quilibet infi-
 delis audiat: ut quemadmodum dicitur toto cælo errare conspiciens,
 risum tenere vix possit, & non tam molestum est, quod errans homo
 videatur, sed quod nathores nostri ab eis qui foris sunt, talia sensisse
 credantur, & cum magno eorum exitio, de quorum salute satagimus,
 tanquam in Doctore reprehendantur, atque respuantur. Unde mihi vi-
 detur tutius esse, ut hæc quæ Philosophi communes senserunt, & no-
 stre fidei non repugnant, neque sic esse asserenda ut dogmata fidei, li-
 cet aliquando sub nomine Philosophorum introducantur, neque sic esse
 neganda tanquam fidei contraria, ne sapientibus huius mundi contem-
 pendi doctrinam fidei, occasio præbeatur. Idem dicit Durand. in pra-
 fatione suorum operum his verbis. Adedus loquendi, ac scribendi in
 ceteris, quæ fidem non tangunt, est, ut magis innitatur rationi quàm
 auctoritati cuiusque Doctoris, quantumque celeberris, vel sollempnis; &
 parvipendatur omnis humana auctoritas quando per rationem elu-
 cescit contraria veritas, quamvis enim captinandus sit intellectus no-
 ster in obsequium Christi, & in his quæ fidem tangunt, plus acquiesce-
 re debeamus auctoritati sacra Scriptura, quam cuiusque rationi hu-
 manæ, quia diuina notitia, quam exprimit sacra Scriptura, plus ex-
 ceat humanam notitiam, quam humana notitia bestiales, tamen

omnis homo dimittens rationem propter auctoritatem humanam, in insipientiam bestialem incidit, ut iumentis insipientibus sit comparatus, & simili factus sit illis: quis enim, nisi temerarius existens audeat dicere, quod magis sit acquiescendum auctoritati cuiuscunque Doctoris, quam auctoritati Sanctorum Doctorum sacra Scriptura, Augustini, Gregorij, Ambrosij, & Hieronymi, quos celebritate condigna Sancta Romana Ecclesia sublimauit? & tamen Augustinus inter Doctores celeberrimus dicit de se ipso, de Trinitate circa principium. Noli meis literis quasi Scripturis canonicis inservire, sed in illis, & quod non credebatur, cum inueneris, incundanter credes in istis autem, & tertium non habebatur, nisi certum intellexeris, noli firmè retinere. & ad hoc propositum affert varia decreta Turrec. d. 9. c. noli meis, & inc. innotuit doctrinae S. Thomae, & Dur. ut in omnibus istis tractatibus nostris non inueniantur tam uehementia uerba, qua urgeant, monstrēt necessitatem huius doctrinae. Caiet. millies insistit huic sententia, & merito non dimouetur à sua opinione Canus. lib. 7. c. 3. & principaliter censuras illam propositionem suam: maiores sequi, nihil esse aliud quam ingenia nostra damnare, & iudicio nos priuare. Heruicus Dominicanus, & insignis Thomista, ut patet ex libro contra Dur. & contra Henric. Gandauens. relinquit frequenter expositiones Scripturae D. Th. & proficitur eandem libertatem: alij auctores, ut Victoria, Canus, Castro, Conradus, firmantur in eadem sententia, & nullus auctoritate, & doctrina praeditus, fingere ausus est hanc nouam obligationem.

2 Discipulus S. Thomae. Nulla est imposita necessitas sequendi Bonauenturam, & D. Thomam, nec necesse est calumnijs respondere. Tā in speculabilibus, quam operabilibus relicta libertas est alios Doctores sequendi in adiaphoris, & opinabilibus, si probabilia docent: sed hoc ponderandum diligentissimè, an probabilia doceant, quod maxime in moralibus cauendum est, nam multoties ad uuius dictum, vel paucorum erigitur aliqua opinio ut probabilis, quae tamen est contra communem sensum; unde fit, ut relictis veteribus Magistris plebs imperita nouos sequatur, & laxentur virtutum habentiae, & ad vitia sectanda augeatur inclinatio hominum ad latam vitam tendentium. Non solum prohibetur contrariam doctrinam contra fidem efferendam esse, sed nec nouam doctrinam fidei, ex docum. S. Th. 2. 2. q. 174. 5. ad 2. prout ibidem late explicat Caietanus, & nos explicuimus in tractatu de discernendis ueris à falsis reuelationibus; propterea cum eodem Caietano aduertendum est, quod quando actus aliqui diriguntur conformiter ad uniuersales Ecclesiae regulas, potest quis in suo sensu abundare, cum nouiter introducuntur; cum uero difformiter se habent ad leges communes totius Ecclesiae, vel instituta particularium ordi-

dinum, absque dubio sunt eliminandi, vt sunt illi, qui delicias, & pompas assumunt, & nouitates singulares, quas nesciunt Patres eorum, sub specie sanctitatis introducunt: similiter qui incerta inducunt, & non examinata, neque probata, & nulla certitudo moralis est, vt sub opinionis calculo tandem censetur, & vt indiscussa accipiat, & inexaminata, reclamante Sapientium, & plurimorum Doctorum choro.

Ratio autem naturalis dicit, ne certa praeponantur incertis, & communiter recepta sententia non postponatur nouae, & non discussae, nec tritae sententiae, sed semper inuitendum regulae infallibili, & certae moraliter, prout hucusque actus nostros regulauimus, maxime vbi periculum imminet; nam ex defectu inconsiderationis, & indiscussionis sunt qui putant ad sequendam cuiuscunq; opinionis saluam se posse in conscientia, qui tamen tuti non sunt (ex quolib. 3. x.) & ad inferos tendunt; & de his dicebat Basil. ad 5. cap. Ilii. [Non solum ad scientiam, rerumque notionem isthaec turbela peruenit, sed vsque ad opera; siquidem sunt viae viri, quae videntur rectae esse, nouissima autem earum respiciunt ad profundum inferni.] Maxime autem cauenda sunt opiniones, quae gulam, vel venerationem, vel prudentiam humanam, seu Pseudopoliticam fouent, & iniustitiam, haec enim sunt veluti, Stryx, Phlegeton, &c. velut amnes infesti, in quos demerguntur homines, & quaerunt excusationes in vitijs, & peccatis, & nollent haec esse peccata, vel diminuant eorum culpam, vel grauitatem sub specie probabilitatis, verisimili non vera ratione, sed apparenti, vel vt turpitudine veletur non vera, sed apparenti ratione, quando expressè dicebat Hiero. in c. 16. Ezechiel sol. 37. &c. [Dogmatizatur à Magistris peruersorum dogmatum quando asserunt nihil nocere luxuriam, & passuram libidinem, iuxta corporis genitalia, coitum naturali lege deposcere, cibis omnibus indifferenter vtendum, qui ad hoc facti sunt vt sumantur. Prudentiam in eo tamen necessariam vt sibi prosit, nec iustitiam habere locum, quae si valeat, mendicandum sit, & caetera huiusmodi.] quae dogmata etiam nunc sunt in praxi apud haereticos nostri temporis, & apud malos Christianos in opere vigent. Et quantum ad nonnullos Scriptores, sunt in eadem salebra, qui sub specie opinionis probabilis venditarunt multa, quae abstinentiam, & ieiunia pessundant, pudicitiam emolliunt, prudentiam huius seculi extollunt, & iustitiam tam distributiuam, quam commutatiuam peruertunt; diligenter oportet intendere exoriente mala opinione, quae has virtutes cardinales impetit, temperantiae, iustitiae, prudentiae, fortitudinis; & in primis Praelati, & Principes, procurare debet quae possunt vergere in communitatis detrimentum illas opiniones contra communem, scholarum decreta, vel contra Doctorem communem S. Th. eliminare; certum enim erit ex sequela tantorum Magistrorum nullum incurri periculum, si per eorum vestigia incedant,

in maximum verò discrimen adducit, qui per deuā incedentes, Ciuitatem habitaculi non inueniunt. Pro certo statuant qui varias semitas opinionum istatum probabilium inducunt, vel varia itinera aperiant innotandæ veritatis, & speciē bonorum apparentium offendunt, quod non vix dicendæ sunt, sed diuerticala, & semitæ, quæ nequaquam tandem ad vnum exitum terminantur. Vtinam institueretur quod sicut in foro contentioso recipiuntur communiter receptæ sententiæ, ita & in foro poenitentiali idem statueretur; decretis prouisiuis prescribendo has non illas recipiendas. Quam bene esset id consultum Ecclesiæ; breui tempore reformaretur mundus, qui ex licentia opinandi, in præceptis ruit, latissimam viam ingrediendo, quæ ducit ad perditionem.

Sexta Veritas.

A Nonym. Contra diuinum præceptum est addere propositiones, quæ non sunt de fide, vel certæ, ac si essent, unde sic dicitur Deuter. 4. *Nō addetis ad verbum, quod vobis loquor, nec auferetis ex eo.* Et c. 12. de lege dicitur nec minuas quisquā. est tanta perfectio doctrinæ catholicæ, ut ipsi nec addi, nec ab ea quisquam possit minui, idcirco S. Ioan. in Apoc. cap. vii. anathematizauit eum, qui presumpsit addere aliquid illi libro: si quis apposerit adhuc, apponet Deus super illum plagas scriptas in libro isto, & si quis diminuerit, auferet Deus partem eius de libro vitæ. Si adeo zelo afficiuntur pro libris canonicis, ut non addatur eis, nec minuatur auctoritate propria, quæ sunt, si viderent esse, quin nec sciente, nec consentiente Ecclesiæ vult addere integra volumina particularium authorum, ac si canonici essent, & alios Doctores deiecerit à gradu, & maiestate, quam illi tribuit Ecclesiæ: Scripturas, & determinationes Conc. interpretari possumus; nouas propositiones, & dogmata addere non possumus, nisi mediantia Sede Apostolica, & quod si præuis in iustitia, patet à simili. Nam si Parochus obligaret ieiunare suos subditos diebus Mercurij, & Iouis, & ad hunc effectum eum deciperet, maxima iniuria eos afficeret, etiamsi ieiunium si bonum, & meritorium. Igitur si quis obligaret sequi S. Bonauenturam, & Thomam, vel Scotum, ingenij vim afferret, & si eos sequi Doctores sit valde bonum.

2 Discipulus S. Thomæ. quod hic scribit Anonymus, expressa calumnia est. Est autem calumnia, ex Hil. in Pf. 118. [Vel cum bono operi facinoris mali nomen adscribitur, vel cum specie blandiente intente malitiæ virus occultatur. Neque enim eius directæ malevolentie opus

opus est, sed fallax & subdolum, & sub specie bonæ voluntatis, malefice operatione deserviens. Et difficile est cauere à calibus, sub nomine fratrum inimici sunt, & sub nomine amicorum, hostes sunt, sub filiorum specie, parricidæ sunt, sub specie vnanimitatis coniugum, inuitabile malum sunt: Abel iustum, Caim sceleratus per familiaritatem fratris occidit. Noë denudatum, Cham filius eius irrisit. Esau Iacob exulem esse paternam domo fecit. Nouit hæc Dominus domesticæ calumniæ scandala grauissimum solere fidei excidium afferre. &c.]

3 Hanc viam ex calumnijs nouitaris, fraudulentæ sermo preparauit, eoquam veritatis egregia ratione præmissa, quam nullus Orthodoxorum negat, videlicet nihil esse addendum scripturis canonicis: hanc viam doctrinæ suæ nouitatis præparauit, ne quoque Sanctorum auctoritatem recipere astringeretur; & cum eo Angelici Doctoris auctoritatem venerari. Temperauit se quantum potuit versus sermo, & ad doctrinæ subdole confirmationem, & ad calumniæ execrationem. Scripturas allegauit, quas nullus inficiatur, quibus probatur non esse addendum aliquid verbo Dei; nec scriptæ Doctorum scripturis canonicis adzquanda. Sed esset temerarius sermo, quis enim vaquam catholicorum ausus est hæc moliri? quis unquam Augustini, vel Thomæ scripturæ, quæ recipienda esse Orbi obtulit ac scripturas distinas, vel ceteros alios Doctores à suo gradu & loco dimouendos, quis hos vobis duos Principes Theologiæ Scholasticæ agnosca? planè dicebat Hil. 8. de Trin. [Difficilia charismatum dona, & verè in hac utilitatum datione manifestatio Spiritus constituta, & meritò hic diuidentiarum gratiarum ordo seruatus est, vt principalis sermo esset sapientiæ; & tum deinde sequens esset sermo scientiæ; & sicut diuersitas, vel diffinitas est in munere, ita in quolibet ditorum charismatum vnus præ alio, vel sapientiæ, vel scientiæ dono impletur.] At obloquentes stulto, & imperito furorè aduersus multiformis scientiæ Dei largitatem loquuntur; ad implendas aures ignorantium illos exterrēt, quasi temerè ausi simus, dicta Doctorum diuinis verbis reuelatis in eodem gradu copulare, quos omnes, qui sunt eiusdem fidei nobiscum admonemus in ea esse nos fidei confessione, huic honorem tribuendum solis canonicis scripturis, vt Principem locum teneant, cum sint Dei oracula, vt omnem intellectum ad credendum astringant; quam prærogatiuam nullus Scriptorum, ac Doctorum post Canonicos sibi vendicauit, nec poterit vindicare. Hęc ergo fallendi simplices, & ignorantes occasio est, imò & hereticis nos irridendi materiam ministramus, vt nos, tanquam fallarios, addentes diuinis verbis, traducant, & mentiantur. Tendat per cetera ardentis furoris propositiones excurrere, & exemplo Parochi pueros quoque exterreat; nunquam simile affert, vbi dissimulando omnino reperitur; nunquam enim id faciunt Thomistæ, quod

angit in Parrocho accidere posse, & ijsmet exemplis, quibus impu-
 gnare nos nititur, repugnat, & armis suis posternitur quoque & vin-
 citur. Discurrat Anonymus inæqualitatem in dispari autoritate in
 suo genere; vtrorumque Scriptorum quod proprium eorum est,
 exigitur, non eiusdem honoris æqualitas postulatur: non enim diuina,
 sed post diuina, & Ecclesiastica habenda sunt scripta Doctorum. Sa-
 pientis est non per fluctiuagam ambiguitatem procedere, non per ver-
 borum anfractus incedere, sensus, & verba iuncta esse debent, & con-
 nexa ori, & cordi, incunctantem habere sentiendi, & loquendi Reli-
 gionem, cum nec cordi Anonymi congruat quod profert, nec putare
 potest catholicos adeo desipere; vt credant, & suadeant verba Dei cum
 hominum placitis copulanda; sed id non nisi per calumniam adinuen-
 tum est, [Omnis autem calumnia,] ex Hil. 11. de Trinitate [improba-
 est, quia veritati falsitas, cum iam effrenato pudore sit, contradicit, sed
 tamen interdum præterdit aliquod execrationis ambiguae velamen, vt
 verecundè in defensione sit, quod imprudenter in sensu est. Sed & se-
 pè contingere solet.] ex Hil. lib. 2. de Trinit. [multo mari, ventoq; ia-
 ctatis, vt cum eos circa oras portuum impediti, & graues fluctus non-
 nunquam morentur, ad vltimum in notam sibi, fidamq; rationem ip-
 se ille ingentis, terribilisque vndæ æstus impellat.] Sic tot vndis iacta-
 ti, & fatigati in portum voluntatis impellimur placidæ stationis, ve-
 stratis, & salutaris doctrinæ munificentissimam intelligentiam, distingu-
 tem inter Ministros sermonis diuini, & diuinitus quoque dictorum
 cælestium prouisos expositores; & aliter somnare non est aliud quàm
 inducta aduersus hæreticos arma, contra fidem Ecclesiasticæ prædica-
 tionis conuertere. Hęc similia non tam vitanda, quàm refutanda sunt,
 nec illis captiunculis concedendum est vlllo modo, quasi vincant, cum
 potius fallant. Desiste Anonyme nectere eiusmodi quid inutilia se-
 ctaris? cur contumelias struis? quid inanium deceptionum doctrinis
 inhæres? turpe est publicas, & receptas confessiones cognitæ non in-
 telligere, vel vt intellectas à se nolit intelligi, aut emendandas, vel
 immutandas putet humanæ opiaionis prudentia, vt in simili dicebat
 Hil. 6. de Trinitate. His presus rationibus, cogitet Anonymus illud
 Nazianz. dictum. *Satius esse bene vinci, quàm reluctante spiritum
 vinci.*



Septima Veritas.

A Nonym. Maiorem licentiã quis potest in controuersilibus, & opinabilibus, & indifferentibus, & reperire nouas opiniones, quã in declarandis locis Scripturarum (& propterea nullus potest urgeri ad sequendum ullũ Doctorem Scholasticum, & si grauissimum, si eum alijs se accomodet in sententia, quam recipit Ecclesia, quia maioris considerationis, & grauitatis sunt controuersia circa expositiones sacrae Scripturae, quae sunt merè Scholasticae. Porro in Scriptura exponendis non est ulla obligatio sequi S. Bonauenturam, vel S. Thomam, vel S. Hieronymum, vel Cyrillum, aut alium Doctorem, & potest unus sancte, & licite se accomodare expositioni unius S. Doctoris, & relinquere se vel dño, & nouam, qui aliam sequuntur, in quibus dubiam non sit. Quare ergo in Scholasticis aptari debemus, ut omnes relinquamus, & uni adhaeremus: item cum in aliquo Scripturae loco remaneat difficultas, etiam si ventilata per omnes antiquos, licitum est adinuenire nouam expositionem, dummodo non repugnet dispositioni Concilij Tridentini: & ita eadem Sancti hanc diligentiam admovent, quare ergo cum una controuersia Scholastica remaneat difficilis non permittitur utamur eadem diligentia S. Thomae Opusc. x. ubi clare, & diffusè, & innumerabilibus vicibus hanc docet veritatem. Item plures, vel quae omnes quaestiones Scholasticae, quae ordinariè ventilantur, sunt eiusmodi conditionis, ut parum referat unam, vel aliud dicere; propterea necesse est, ut disputentur, ob quam causam utilissima, & valde necessaria est Theologiae Scholasticae, quae meretur illas laudes, quibus Pontifices eam exornauerunt. Ideò hoc non obstantè, quae infelicitas maior erit, vel minor in Ecclesia, si disputetur an sint fines intermedij an non? an bonitas, & malitia moralis primo sint in actione interiori an in exteriori? an peccatum formaliter sit relatio an privatio? utrum actus contritionis iustificet an non? an sacramenta operentur physice an moraliter? num si Adam non peccasset Filius uenisset in hunc mundum? an creatura uideantur ex vi uisionis diuinae? an lumen gloriae sit species impressa vel expressa? an electio ad gloriam sit ante vel post praesens merita? &c. tandem ferè in omnibus quaestionibus ordinarijs bene euenit, quod scripsit Aug. 2. de pec. originis contra Pelag. c. 23. In ista salua fide, quae Christiani sumus, aut ignoratur quid uerum sit, & sententia definitiua suspenditur, aut aliter quàm est humana, & infirma suspicione conyicitur, ueluti cum quaeritur qua-

qualis vel ubi sit Paradisus; cum tamen esse illum fides Christiana non dubitet, vel cum queritur ubi nunc sunt Elias, & Enoch, vel cum quaeritur utrum in corpore, vel extra corpus interitum Calum sit rap- tus Apostolus, vel quos sunt Caeli, vel an elementa mundi huius sunt quatuor an plura, & quis non sentiat in istis, atque huiusmodi varijs, & innumerabilibus questionibus, sine ad obscurissima opera. Dei, sine ad Scripturarum abditissimas latebras persistentibus, & multis ignorari salua Christiana fide, & alicubi errari sine aliquo haeretici dogmatis crimine. Declaratur, magisque innititur veritas hæc, quia Sanctus, & Angelicus Doctor, ut patet ex testimonijs, quæ feruntur in laudem ipsius, magis existimabat, & commendabat Deo locorum, Scripturæ declarationem quàm ordinarias contraverfias Scholasticas, atque in expositionibus Scripturæ, ea sunt in quibus magis devia- vit: principales Thomista non se existimant alligatos ad illum sequen- dum, imò se pè eum relinquunt; itaque signum est non esse aliquem obligatum in conscientia insequendo illum in minoribus (ut aliquis pie imaginatur) idem dici potest de S. Bonaventura.

2 Discipulus S. Thomæ. Non est dubium quin maioris considera- tionis sint controuerfæ, quæ versantur inter expoſitores sacre Scrip- turæ, quàm inter Doct. Scholasticos, & propterea sequenda est Lo- rinenſis regula c. 39. docentis, quod antiqua SS. Patrum consensus non in omnibus diuinæ legis quæſtionibus, sed solum certè, & præcipuè in fidei regula, magno nobis studio inuestiganda est. & c. 25. loquens de eadem fidei regula, esse eam sequendam, docet, subdens [Quicquid verò ab aliquo præter omnes Sanctos, vel contra omnes Sanctos novum, & inaudicum subinduci fenerit, id non ad Religionem, sed ad tentationè potius intelligat pertinere.] Sed in alijs controuerfijs, quæ non perti- nent ad regulam fidei, licitum est aliter, & aliter sentire, vnde S. Hiero- nymus egregiè scripsit contra Ruff. Apol. 1. docendo. quantam vim habeant eorum commentaria scribendo in Scripturis, & cum dogmati- cè differunt; commentando enim [multorum sententias replicant, & di- cunt hunc locum quidam sic edisserunt, alij sic interpretantur, illi sen- sum suum, & intelligentiam his testimonijs, & hac nituntur ratione firmare, ut prudens lector cum diuerſas explanationes legeris, & mul- torum, vel probanda didicerit, dicat quid verius sit, & quasi bonus trapezita adulterinæ monetæ pecuniam reprobet.] Et S. August. ep. 111 ad Fortuna. tractando illam quæſtionem de videndo Deo, an sit id in- telligendum de oculis mentis, vel de visione in suo effectu, sicuti spiri- tuale aliquid in suo effectu dicitur videri oculis corporalibus, ut cha- ritas v.g. ubi recitasset propriam sententiã Ambrosii, Hieronymi, Atha- nassii, Nazianzeni, dicit [Hæc omnia ab his Patribus desumpta idè cõ- memoranda sunt, ut sciat Frater si quid aliter sensit quàm iste sensit, de

posita diffensionis amaritudine, & fraternæ charitatis suavitate, atque in integrum restituta diligenti, & tranquilla consideratione quærendum, vel discendum, vel docendum.] Et ibidem S. Augustinus rationem assignat, quia non eorum Doctorum dicta, velut canonicas scripturas habere debemus, vt salua honorificentia quæ illis debetur hominibus, aliquid in eorum scriptis improbare, atque respuere, si fortè inueniremus quod aliter, quàm veritas habet, improbare non liceret.] Ipsemet S. Thomas quodlib. 12. & 27. ait hoc tamen tenendum est. [quicquid in sacra Scriptura continetur, verum est, aliter qui contra hoc sentiret, esset hæreticus: expositores autem in alijs, quæ non sunt fidei, multa ex suo sensu dixerunt, & ideo in his potuerunt errare. Tamen dicta expositorum necessitatem non inducunt, quod necesse sit eis credere, sed solum Scripturæ canonicæ, quæ in veteri, & nouo testamento est.] Loquitur autem S. Thomas, vt Lerinensis c. 39. in quæstiuiculus dictæ legis, & vt idem Lerinensis: [cum proprias, & occultas, & priuatas opiniunculas habent.]

3 Illud tamen diligenter examinandum in eiusmodi interpretationibus, quæ arbitrarie vniuersaliter, vt non nobis ipsis fidamus, quasi humanis rationibus innixi, & non ex testibus eius comprobetur, & volumus inuenire, id dicebat S. Augustinus 3. de doctr. Christiana c. 28. [Vbi autem talis sensus eruitur, cuius incertum certis sacramentis, Scripturarum testimonij non possit aperiri, restat vt ratione reddita manifestus appareat, etiam si ille cuius verba intelligere quærimus, eum fortè non sensit, sed hæc consuetudo periculosa est. Propterea in his quoque melius est auctoritatem alicuius Patris interponere, & grauiorem, annosiorẽ præferre iuniori secundum documenta Gregorij, præcedentes enim subsequentiũ Patres sunt, vt & ipsi præcedentiũ filij, vnde idem Gregor. in 38. Iob. c. 7. 30. moral. aduertit dictos esse catulos posteriores Doctores [Ipsi enim, & si subsequentiũ Populorum Patres sunt, tamen præcedentiũ filij; vnde & non immerito catuli vocantur, vel certè quia & si quorundam fidelium Magistri sunt, vniuersalis tamen Ecclesiæ discipulos se esse gloriantur.] Sed quidam ita volunt esse DD. Populorum, vt dedignentur esse discipuli veterum Magistorum, vnde ad eludendum eorum magisterium in indifferentibus, vnius saltem Patris fingunt se recipere sententiam, vt ex altera parte sex, vel plures Patres (tanta est innouandi libido) nec suscipere dignantur, qua in re præclarum illud documentum Audulphi Decani Tungrensis de canon. obseruantia seruare debuisset p. p. 71. [Si quid autem mutari oportet, & constitui, non debet hoc citò, vel leuiter fieri, neque arbitrio tantum duorum, vel trium, sed sicut sanior pars decreuerit.] Semper præsumptio stat pro pluribus, quàm pro vno, vel altero, & magis canis, quàm ephæbis credendum, etiam si esset excel-

lea.

sentis ingenij quilibet Anonymus, cumq; dicat Aug. 2. de bono perfe-
nerantiz c. 21. [Neminem velim sic amplecti omnia mea, vt me,
sequantur, nisi in his, in quibus me errare perspexerit.] Notet Anony-
mus, cum ab his recedere vult, errores senum, & discedat ab horum
placitis. Veruntamen eiusdem Augustini modestiam imitetur, qui in
exponendis sacris Scripturis ingenij alas illis submittebat dicens [At-
tendite facta Sanctorum, nè forte nostra videatur interpretatio; quo-
modo hæc verba intellexerunt Sancti, sic vtique intelligenda sunt;] &
authoritas eorum poscit, & Christianam modestiam interpellat, vt plu-
res sequamur in arbitrarijs, & paucioribus præferamus, & etiam in in-
differētibus; & vt dicebat Pacianus ep. ad Simpronianum, existima-
re debemus, [quod si illi idonei non fuerunt interpretes, nos idonei
multò minus erimus, & præstat magis eorū, quàm nostrā seq. autori-
tatem.] Cum maturitate procedendum, ne indifferentia velentur non-
nulla, quæ tamen fidei nostræ fundamenta conuellunt, vel quatiunt, &
in nouis istis controuersijs, tempestiuè discussiue seruetur, vt rectè
dictum comprobetur, & condemnatione dignum excludatur. vt dice-
batur in Concil. Ephes. tom. 2. c. 9. à S. Capreol. Episcopo Chartagi-
nensi.

4 Stante autem paritate sentiendi cum ea libertate in indifferen-
tibus tam in Scholasticis, quàm expositiuis controuersijs, cum condi-
tionibus adhibitis, & supra expressis; vana defatigatione defatigatus
Anonymus ad persuadendum, non debere nos adstringi ad sequendum
determinatos PP. nec eam dominamur fidei Catholicorum, nec
aliquem adstringimus ad sequendum determinatos PP. cum vnusquis-
que sui arbitrij habeat potestatem; solum obstitimus cum sunt quidam
Onagri liberi, qui nolunt præceptis Theologicis esse subiecti, vel vt
indifferentia venditant, quæ maiori pondere appendi debent: & sunt il-
li, de quibus scripsit Hormisdas ep. ad Possessio. [qui sunt contempto-
res autoritatum veterum; nouarum cupidi quæstionè & solam putant
scientiæ rectam viam conceptam qualibet facilitate sententiam, eiusq;
tumoris elati, vt ad arbitrium suum vtriusque Orbis putent inclinan-
dum esse iudicium.] & vt dicit Basil. in Efic. x. maximè affectant vi-
deri auctores excitandarum nouitatum, cum nouas quasdam doctri-
næ molitiones, comminiscuntur præter rectum.] Has molitiones ser-
uet Anonymus, nam viam sternit, vt homines inflati Scripturas,
aut ipsas sibi subijciant, non illis subijciantur. vt dicebat Basil. Hom. 2.
in Exam. [Non suam mētē accomodantes Scripturæ, sed ad suā mētē
trahentes mentem scripturarum] ad hunc finem laxiorem aliquem, vel
maioris authoritatis Doctorem sibi pro-duce eligentes, ne sua tradere
videantur, & sub alieno sensu occultant rectā viam, ac crimen appa-
reant.

5 Et quantum ad controuersias Scholasticas, de quibus exemplis-
 est, & si multæ sint adiphoræ, tam in parte dogmatica, quam
 parænetica, sæpè confundunt adiphora cum dogmaticis, & laxas
 opinationes cum paræneticis v. g. quod circumstantia stupri non addat
 nouam malitiam, nec exprimendam in confessione, vnde vt dicit Ler-
 nensis lib. contra proph. c. 43. [vnde vt spiritualium rerum Magister sũ
 mo studio æqualitatis, & vnitatis cultor existat, vt scilicet, neque opi-
 niones suas cæteris præferat, ab Vniuersorum sensibus non recedat.]
 sed hi tandem cum antiquitate ad nouitatem sensum inducere conatur.
 ex Aug. 18. de verbis Domini [Confundunt, & confunduntur, atque
 ita perstrepunt cæca cupiditate, vt nolint obmutescere, vel patefacta
 veritate,

Octaua Veritas.

A Nonymus. *Obena Veritas, & indubitabilis accepta
 ex decretis, & PP. quod in qualibet materia
 aliqui SS. alios deserunt, quando habent rationem pro-
 babilem pro contraria sententia. Idem fieri potest. her-
 dia, relinquendo vnum Sanctum pro alio in materia indifferenti, vel
 sequendo aliquos Scholasticos, qui ex certis, & probabilibus funda-
 mentis discesserunt a sententia aliquorum antiquarum. De hoc dubi-
 tari nequit nisi ab aliquo, qui non percurrerit decretum, proinde non
 debemus nisi eius verba referre. dist. 9. sic dicitur noli meis literis que-
 si canonicis Scripturis inferuire, sed in illis, quod credebas cum inue-
 neris, incunctanter crede; in istis autem quod certum non habes, nisi
 certum intellexeris, noli firmum tenere. Idem in Diuo Augustino inue-
 nitur in prologo 3. libri. Multum similia sunt verbis, quæ sequuntur in
 eadem dist. c. 4. eiusdem Diui Augustini lib. 4. de anima, & eius origi-
 ne ad Vincen. Viso. negare non possum, nec habeo sicut in ipsis maio-
 ribus, in multa esse in tam multis opusculis meis, quæ possent in isto iu-
 dicio, & nulla temeritate damnari. Et propter hoc ipsomet Diuus Au-
 gustinus multa retractauit, vt perspicitur in dist. 29. q. 6. vides & 12.
 q. 1. Certè, & 26. q. 4. quodam loco, & in c. ego solus eiusdem distinc-
 tionis ipsiusmet Diui Augustini. ad S. Hiero. ep. 19. alios ita lego, vt quæ
 salubri sanctitate, doctrinaque polleant, non ideo verum putem, quia
 ipsi ita senserunt, sed quia mihi per alios auctores, vel canonicas, vel
 probabiles rationes, quod a vero non abhorreat persuadere poterunt.
 & in c. nequa eiusdem distinctionis, extracta ex ep. Diui Augustini in
 ep. 3. ad Fortunatum sic scribitur: neque quorumlibet disputationes
 quam-*

quamvis Catholicorum, & laudatorum hominum, vel ut Scripturæ canonicas habere debemus, ut nobis non liceat salua honorificentia, qua illis debetur hominibus, aliquid in eorum scriptis improbare, atque respicere, si forte innuerimus, quod aliter senserint, quam veritas habeat diuino adiutorio, vel ab alijs intellecta, vel a nobis. Talis ego sum in scriptis aliorum quales volo esse intellectores meorum. His verbis respondet ad argumentum Fortunati, in quo opponebat Diuum Augustinum esse impium, qui aliquoties non prosequatur aliorum Sanctorum, vel Sapientum sententiam. Ad hoc propositum legatur capitulum. Noli frater eiusdem distinctionis, quod ratio tantum valeat sicut auctoritas, hoc dicit diff. 1. c. consuetudo, & deservit ad dictum Gloss. quantalibet diff. 9. Non est considerandum quid dicatur, ut in 19. diff. secundum; & est argumentum pro dictis quorundam testium, quod non est credendum magis honorabiliori persone quam alijs, quia veritas a quocunque prolata, semper preferenda est. ut 2. q. 7. nec sanctitas persone prodest, ut citatur quis credatur 50. diff. si quis preposterat, & hoc modo innumerabilia sunt dicta decreti, atque Sanctorum; & vere propositio, quam aliqui statuunt: credendum est in omnibus; & per omnia Diuo Bonaventura, aut Diuo Thomæ; aut Scoti, aut Okamo, quia ipsi dixerunt, & hoc sub onere peccati, aut periculo fidei, aut culpa alicuius; est blasphemum propositio, qua mediante homini attribuitur, quod proprium Dei est; nam Theologi supponunt, quod fides diuina, que solum Deum respicit, etiam, sicut illi stabilunt, tendit ad adtribuendum testimoniū Dei dicentis, quia ipse dixit in his. Si de Sancto aliquo diceremus, quod sit immensus, vel infinitus, esset blasphemum hæreticum, similiter si diceremus de illo quod sit summus verax, & non deceptus sit in aliquo, neque decipere potest in suis scriptis, incederemus in eandem blasphemiam, & hæresim.

2. Discipulus S. Thomæ. Multi sunt gradus, dicebat Laet. de ira Dei lib. 1. per quos [ad domicilium veritatis ascenditur.] proinde non est facile cui libet euehi ad summum. Primus gradus nostræ Theologiæ est Scripturas sacras admittere. Secundò traditiones. Tertio Ministros nobis diuinitus datos reuereri, SS. Patres, & Doctores Ecclesiæ, secundum tempora veluti Dei nuntios designatos, quibus docentibus, quæ reuelata sunt intelligimus, ab erroribus, vel liberamur, vel preferuamur. Ex quibus gradibus primus est lapsus [nisi pedes inconcussa stabilitate figantur, & caligantibus veritatis fulgore luminibus, vel oculos claudendo ne videant, reuoluuntur in planum.] Certus præfixus est canon in Patrum auctoritate recipienda, ut quicquid Patres [vel omnes, vel plures, vno eodemque sensu manifestè, frequenter, perseveranter accipiendo, tradendo firmauerint; id pro indubitato, ratoque habeatur.] ex Lerin. c. 39. qua regula S. Aug. de Pelag. sæpè triumphauit.

uit, ex 1. c. Jul. c. 2. imò ex eodem loco, ex duobus, imò ex vno eum, exprimunt Ecclesie sensum, tanquam omni exceptione maiori, inuictâ desumunt argumentum cum loquûtur ex notissima regula veritatis, sicut vnum Nazianzenum citâs, dicebat : [An tibi parua in vno Gregorio Episcoporum Orientalium videtur auctoritas? est siquidem tanta persona, vt neque ille hic nisi fide Christiana notissima diceret, nec illi eum clarum haberent, atque venerandum, nisi hæc ab illo dicta ex regula notissimæ veritatis agnoscerent,] & de eodem argumento late Bas. 1. contra Eunom. & Damasus ep. ad Episcopos Ilyr. qui nullo modo ex vnus, vel alterius sēntentia contra omnes Patres, per quorum sēntētiâ est indicādū, aliquid opponēdū esse, constanter inculcant [Cauendum] dicebat [ne per eos, qui varias doctrinas comminiscuntur, in lubricum seducantur vt prius, quotiescunque illi variantibus consilijs circumferuntur] secundum eos aliquid asseramus ex vnus, vel alterius Patris auctoritate. mox Patrum nostrorum à nobis sēntentiæ sunt retinendæ, & ex Cassiano 1. de Incar. c. 6. qui contra sentire vidētur [huius prima statim fronte non tam sit audienda assensio, quam damnanda peruersitas, quia præiudicium secum damnationis exhibuit, qui iudicium veritatis impugnat, & audiendi locum non habet, qui à cunctis statura conuellit.

In his verò, quæ ad fidem pertinent, locum habent omnia argumenta, quæ conglomerat ex decretis, & toto discursu, sed sequenti tamen moderatione adhibita.

3 Sed diligenter subtilis quædam astutia cauenda est, cum aliquē Patrem ad nostros fortis probandos, & venditandos adducimus, ne Eunomium imitetur, qui ex Basil. lib. 1. contra eundem, vt innouandū dogmatis suspicionem effugeret; primo eos recipere simulabat, [vt omnes integritate verborum freti nihil sibi prospicientes, in cauillationum laqueos inciderent: simul autem etiam illud conspexit, quod & sēntentiâ suam facilius inducere posset, cum dicta Patrum interpretaretur, & faciliè suâ impietatem occultaturum.] Idem potest accidere vt vnus posset induci Pater, qui paulò inuolutius quàm ceteri loqueretur, & vt minus probabilis posset venditari, qui probabilior ceteris, secundum proprium palatum. vnde Hiero. ep. 79. apud August. dicebat [Periculosum est de Magistrorum Ecclesiarum iudicare sēntentijs, & alterum præferre alteri; quanto magis Lector hoc facere nō potest] quod Magistros facere vetauit, & in indifferentibus, vel inuilibus melius est in communi doctrina permanere, quàm cum vno solo Patre rem aggredi difficilem, & contentiosam, dicente Hieronymo in Epitaphio Paulæ, noluisse se vti Magistro, sed à Patribus accipere quod docebat [vt docerem quod didiceram non à me ipso pessimo præceptore, sed ab Illustribus Ecclesie viris.] Et in materia probabili sufficientem

mus de summa Trinitate, damnatus est liber Abbatis Ioachim aduersus Petrum Lombardum, quamuis ipse fuerit vir Religiosissimus. De istis exempla multa inueniuntur. Consequenter dico quod possit inueniri aliquot vir malus quoad mores, perturbator excommunicatus, simulque esse Doctor Ecclesie, ac approbatus quoad doctrinam. Concilij Romani dictum euidenter probatur, ex quo Theophilus Alexandrinus habetur Ecclesie Doctor, qui tamen fuit crudelis, vindex, fallax, ut refert Socrates lib. 6. c. 2. Sozomenus lib. 8. c. 2. Greg. Patriarcha Alexandrinus in vita Chrysostrami. Cassiodorus in Tripartita lib. x. c. 3. Nicephorus lib. 13. c. 2. Et postquam fuerat excommunicatus ab Innocentio 1. & despectus a reliquis Episcopis, tamen eius doctrina fuit approbata a Gelasio Pontifice in c. 5. Romana Ecclesia. Ex dictis communis error auferitur eorum, qui putant non esse plures alios Doctores Ecclesia quam illos ordinarios recitatos; sic certum sit, quod ceteri omnes, quorum opera approbavit Romanum Concilium, sint Doctores Ecclesie; & cognoscantur denique ut nostra doctrina Patres; omnes qui sine bono, & literarum nomine, & erga Romanam Ecclesiam amore, in eius fide defuncti sunt, absque contumacia, non se auertendo ab illa ex malitia. hoc supponit idem Romanum Concilium in illis verbis: opuscula, atque tractatus omnium Orthodoxorum, qui in nullo a S. R. E. consortio deuiarunt, neque ab eius fidei predicatione se iuncti sunt, sed communionis ipsius, gratia Dei, usque ad ultimum vite sue participes fuerunt, legenda decernimus. Ob qua verba, & si non sint nominati multi particulares Doctores, ut tales dantur ab Ecclesia, & ita non est cur non possit dici, Scotus, Alex. de Alef. Gabriel, Durand. Caietanus, Bannes, Canisus, Suarez, Molina, Vasquez, Thomas Sanchez, & alij huiusmodi sint Doctores Ecclesie ex sensu Concilij Romani.

2. Discipulus S. Thomae. Non negamus suppositum, alicuius & si sanctissimi doctrinam proscriptam, & authorem esse sanctum, vel probum, ut patet in Cypriano, & alijs, quos adducit Anonymus. Sed non bene infert, posse esse Ecclesie Doctores malis moribus imbutos, & recentiores quosdam veteribus coequari. si legisset Anonymus doctrinam S. Augustini in ea verba Psal. 71. [Suscipiant montes pacem Populo, & colles iustitiam] non æquasset pusillos cum magnis, & cum eminentibus ordinarios Magistros, vel Doctores. ac ergo August. Montes maiores sunt, colles minores; hominam ergo hi sunt, quos altos habet Psalmus, pusillos cum magnis. Isti quippe montes exultauerunt sicut arietes, erecti colles sicut agni ouium in exitu Israel de Aegypto. i. in Populi liberatione ab huius seculi seruitute. Excellentia ergo sanctitate eminentes in Ecclesia montes sunt, qui idonei sunt & alios docere, sic loquendo ut fideliter instruantur, sic viuendo, ut sa-

la-

Subriter imitentur. Colles autem sunt, illorum excellentiam sua obedientia subsequentes. Quare ergo Mōtes pacem, & Colles iustitiam? Rōspōdet [excellentes quippe in Ecclesia paci debent vigilantī intentione cōsultare, intendendo profectui animarum, quod est magnæ charitatis indicium, ne propter suos honores superbè agendo, schismata faciant, vnitatis compage dirupta; Colles autem eos ita imitando, & obediendo subsequuntur, vt eis Christum antepōnant, ne malorum metum, quando videntur excellere, vana auctoritate seducti, se à Christi vnitatē dirumpant; idē dīctum est, suscipiant Montes pacem Populo. Dicant quidem, imitatores mei estote sicut & ego Christi; sed rursus dicant: licet si nos, aut Angelus de Cælo annūciauerit præter quā quod accepistis, anathema sit.] Et postea [hæc est iustitia non antepōnere seruos Domino, nec æquare] malos montes sequēdo, sed mōtes eminentes in sanctitate docentes doctrinam non suam, sed traditam ab Apostolis, & Christo, vt etiam si de Cælo Angelus annūciaret præter id quod acceptum est, vel annūciare tētauerit, anathematē ab Apostolo feriatur.

Et iterum in Psal. 124. [Montes amabiles, mōtes excelsi, Prædicatores veritatis, siue Angeli, siue Apostoli, siue Prophætæ, post quos Pastores, & doctores veritatis: [ipsi sunt montes, qui illuminantur à Deo, & primitus illuminantur, vt ab ipsis lumen descendat ad valles, vel ad colles, quia non tantæ sunt altitudinis quantæ sunt montes. Ipsi sunt per quos nobis prorogatur Scriptura, siue in prophetia, siue in Epistolis, siue in Euangelio] & per Patres, & Doctores eadem Scriptura exponitur, & prædicatur Populo] & postea [montes magni sunt, colles minores sunt; montes ergo videntur] nempe Apostoli, & Prophætæ, qui habuerunt euidentiam in attestante: & Apostolici perspicacius accipientes mysteria, inserentes se ætati Apostolorum, qui & Christo proximiores [& colles credunt] & subsequentes DD. à montibus notitiam hauriunt, & per montes suscipientes, pacem, susceperunt colles iustitiam; quia de ipsis montibus aut suscipiant montes pacem Populo suo, non dixit à se habent pacem, vel instituunt pacem, vel generant pacem. vnde suscipiunt pacem, Dominus est] Ergo hæc est lex diuinitatis, vt infima per media, media à summis instruantur, nam & plebes ab Apostolicis, & Apostolici ab Apostolis, Apostoli à Christo, & Deo illuminati sunt, & consueo dīctum est: [illuminans tu à montibus æternis, non dixit illuminans montes, sed illuminans tu à montibus æternis, per moues istos, quos æternos esse voluisti prædicans Euangeliū] Sed multi prætenderunt esse magnos montes, sed licet fuerunt magni ex ingenio non fuerunt boni montes, sed mali. Tales fuerunt hæretici medium charitate, sed fide destituti: multi quoque existentes in Ecclesia, se esse ex ingenij perspicacitate sublimes Doctores arbi-

trantur. Sed de hæreticis dicebat Aug. [Ne putemus quod potuerunt fieri hæreses per aliquas paruas animas, non fecerūt hæreses nisi magni homines, sed quantum magni, tantum mali montes; non enim montes erant tales, qui susciperent pacem, ut colles susciperent iusticiam, sed illi dissensionem sumserunt à diabolo patre suo] quod est dicere, non habuerunt illuminationem à veris montibus, non habentes doctrinam successionem Apostolicam, illuminante Christo mirabiliter à mōtibz, propterea mali montes fuerunt. & subdit Aug. [Ad tales montes caue ne fugias. Venturi enim sunt homines, & dicturi tibi, magnus ille vir, & magnus ille homo. qualis fuit ille Donatus? qualis est Maximianus? & desicis Photinus qualis fuit? & Arrius qualis fuit? Omnes istos montes nominauimus, sed naufragos. Videtis quia lucet de illis aliqua flamma sermonis, & aliquis de ipis ignis accenditur. Si nauigatis in ligno, & noctem patimini, id est caliginem huius vitæ, non vos fallant, ne dirigatis illuc nauim: ibi sunt saxa, vbi naufragia magna fiunt. Cum ergo tibi laudati fuerint isti montes, & cæperint tibi suadere, ut venias ad ipsos montes, &c. bonum est tibi ut ad illos montes leues oculos vnde tibi auxilium à Domino sit, & montes tales ama, in quibus Dominus est.] Similiter cum ab infatis & sibi in corpore Christi permanentibus, inuitaris ad aspiciendas quasdam personas, quas reuerearis, ut montes non ut colles, vel valles, & nolunt cognoscere doctrinam ad se deuenisse per montes primò illuminatos, & inuitant plebem, ut in ipsos oculorum aciem dirigat, non in montes, quos oportet aduertere, ne in naufragosa loca incurrant; hi peruertendo ordinem, non suscipere curant doctrinam lucis per montes, à quibus colles, & valles resplendeant, illos inuitantes auscultare non debemus. Etiam typo superbiz inflati hæretici, non solum hunc ordinem illuminationis peruertunt, sed se, & montes, & colles faciebant, contra quos Dominus in Ezech. clamabat, quod hac via sequentium turbas colligebant, ex Aug. 1. de Pastoribus. c. 8. [Et dispersæ sunt, & errauerunt oves meæ in omnem montem, & in omnem collem altum] ut scribitur in Ezech. c. 34. [Bestiæ à montibus, & collibus tumor terrenus, & superbia seculari, extulisse superbia Donati, fecit sibi partem, subsequens eum Parmenianus illius confirmauit errorem, ille mons est, ille collis est. Sic omnis cuiuslibet auctor erroris terrena elatione intumescens, promittit quibus requiem, bona pascua, & aliquando inueniunt ibi bona pascua de pluuia Dei, non de duritie montis; habent enim, & ipsi scripturas, habent Sacramenta, non sunt ista montium, sed cum inueniuntur in montibus, malè remanent in montibus. &c. errauerunt (inquit) oves meæ in omnem montem, & in omnem collem altum, hoc est in omnem sumorem humanæ superbiæ] & infra [& in omnem faciem terræ dispersæ sunt: omnia terrena sectantes, ea quæ in facie terræ lucent, ipsa

amant

amant, ipsa diligunt.] Super hos colles altos, & montes humanæ superbiciæ incedunt quoque, qui non à Sole illuminationes percipiunt, sed se ipsos prædicare non erubescunt, hoc est à se inuentam doctrinam velut è suo thalamo exorientem annunciant, vnde nec colles illuminantur, sed vndiq; nebula, & caligo diffunditur. caligo certa magna surgens de cupiditatibus hominum, & nebula valida contegens terram: sed in montibus Israël, hoc est Scriptoribus canonicis, Pastoribus, atque Doctoribus præsto est Dominus splendoribus suis. ab his emanant riuus prædicationis Euangelicæ, ibi nihil venenorum, nihil alienum, in pascuis vberimis pascuntur oues Christi.

¶ Colles ergo, & valles humiliantur, hoc est de se altè sapientes inclinantur: recognoscendo montes, qui primò illuminantur, & deinceps ad colles, & valles lux descendit, non solum cum catholicam doctrinam docent, sed eam, quæ communiter in Ecclesia traditur, & recipitur, & omnes fugiendi sunt, de quibus Greg. 3. moral. c. 15. [Qui in his, quæ intelligunt, vel in his, quæ intelligere non possunt, elationis typho turgidi, magnos se apud semetipsos æstimant: nonnunquam tñ se Ecclesiæ sanctæ specietenus inclinant, & dum verba emolliunt, viuis infundunt, &c.] vel hæretica docendo, vel si catholici sint, inusitata, & inaudita inducendo, infirmos colles superexcellens montibus exequando.

¶ Fallax verò consequentia ab Anonymo infertur ex hac illatione: potest quis esse Doctor Ecclesiæ, qui in aliquibus damnatur ab Ecclesia, non ergo indiuiduo nexu doctrina cū sanctitate nequitur. Qui enim ab Ecclesiæ recepti sunt in D.D. gradu (quos non simplices tantum voluit Deus esse Magistros, sed Doctores, & Ductores Populorum constituti sunt) lucernæ ardentes sanctitate vitæ, & doctrinæ: qui tamen quia homines fuerunt, lapsus in ipsis deprehensi sunt, nõ tamen eiectioni ob id è gradu Doctorum ex damnatione doctrinæ, nec sanctitas à doctrina disiuncta est, vt Doctorum maleuientium gradus extendi possit ad eos, qui Sancti non sunt, sed excommunicati, vt exemplificat Anonymus de Theophilo. Certè huiusmodi inuestigatio deprehendendi errores, & nauos in Patribus, Abdix cap. 1. describitur [quomodo scrutati sunt Esau? inuestigauerunt abscondita eius?] meritò à Prospero lib. contra Collator. [Supercilium eius denotatur, qui mellaras sensuum, pondera locutionum, numeros syllabarum insidiosus scrutator euentilet, magnaq; se aliquid cõficere præsumit, si catholico Prædicatori notam erroris affigat.] in quo censurandi genere satis fecundi Lutherani, &c. [Habuit] dicebat Brentius lib. contra Venerabilem Petrum nostrum à Soto [Ecclesia Græca suos Patres, Origenem, Chrysostomum, Basilium, Nazianzenum, & alios: habuit Latina suos Tertullianum, Cyprianum, Lactantium, Hieronymum, Augustinum,

&c

& alios; ac negari non potest quin in Patribus sui sint errores, & alie-
 az à Scripturæ sensu interpretationes.] Cum nihil tamen efficiatur ex
 his lapsibus, quod è gradu commoueantur, ut dictum est; his enim, qui
 ab Ecclesia graduati sunt illud competit [Vos estis Sal terræ, vos estis
 lux mundi, &c. Sal (ait Caietanus) ratione vitæ, lux ratione doctrinæ]
 & in hoc eminenti gradu ij statuuntur, de quibus dicitur [Qui fecerit,
 & docuerit, hic magnus vocabitur in Regno Cælorum] qui verò San-
 cti non sunt, & Doctores vocantur, non sunt in hoc Choro, sed ad aliū
 ordinem pertinent, ut docet Hieronymus loquens de Origene, Euse-
 bio, Tertulliano, quos Magistros nominauit, sed ad distinctionem Io-
 sephi, & Porphyrij, & aliorum distum est, qui extra Ecclesiā docebāt,
 quod de hac quæstione plurimum disputareat 11. lib. cōment. in Esaiā
 Quare aerem verberat Anonymus, dum præcedit, malis moribus imbu-
 tos ad gradum Doctorum præscriptum à Christo pertinere. Nec exē-
 plum de Theophilo suffragatur, qui et si errauerit, pœnituit, & in Syno-
 do 7. inter sacros Doctores recensetur. Non ergo omnis error est, ut
 garris Anonymus, putare solos DD. esse, qui ordinariè recensentur
 Aug. Gregorius, &c. sed aperta veritas, cum alium ordinem DD. cō-
 stituerint Bonifacius, & Gelasius; Bonifacius loquutus est de eminenti-
 bus, & excellentibus, Gelasius de omnibus, qui in Ecclesia Orthodoxa
 vsque in finem docuerunt, quorum Opuscula probantur; & magis est
 constitui aliquos in gradu eminentium, quàm simpliciter Opuscula
 probari, ut primi debeant dici DD. Ecclesiæ, alij DD. in Ecclesiā;
 primique sint veluti graduati ab Ecclesiā, & si sint graduati vt ceteri
 DD. in Ecclesiā (vnde & si omnibus, qui prædicāt, & docent debeatur
 aureola) non tamen in Ecclesia militanti omnes qui docent sunt in
 eodem gradu, diuersimodè enim locantur aliqui in doctorum gradu;
 quidam vt simpliciter doceant, & laureolas, & infulas doctoratus acci-
 piant: quidam cum quadam eminentia, & declaratione, & approbatio-
 ne, vt sunt montes respectu collium: sed & aliud esse Doctorè in
 matricula Vniuersitatum, aliud in Calendario. Velle ergo nūc moder-
 nos, in eodem gradu collocare cum Doctoribus graduatis ab Ecclesiā,
 est sapientiæ diuinæ ordinem, & suæ Ecclesiæ labefactare. Rectè Sene-
 ca ep. 123. dicebat [Superstitio error insanus est: amandos timet, quos
 colit violat, quid enim interest vtrum Deum neget, vel infames?] vel
 si alios cum illo eques; amandi certò, & venerandi sunt Sancti DD. in
 Eco. positi ab Ecc. non vitandi; violatur autem, vel si eorum authori-
 tas labefactetur, vel si inferioris notæ Doctores, cum illis adæquentur.
 Inter causas malorum nostrorum est, quod visimus ad exempla, nec
 ratione componimur, sed consuetudine abducimur.] si vnusquisque
 doctorculus vult esse p̄cipuus Doctor in Ecclesiā, o quot multipli-
 carētur in Ecclesiā, si introduceretur hæc cōsuetudo [q̄ si pauci facerēt
 vel-

vellemus imitari cum plures facere cœperunt, quia honestius sit, quia frequēntius sit sequimur, & recti apud nos locum tenet error, ubi publicus factus est.] Hęc diligenter perpendenda, ut ambitio detegatur eorum. de quibus Matt. 23. dicitur [amant primas cathedras in Synagoga, & vocari ab hominibus Rabbi] quod & hęretici pertinaciter affectarunt, Ioanne ep. 3. exemplificante de Diotrephe, [qui amat primatū gerere] In his præclarum documentum Driedonis 2. de dogmat. c. 3. seruandum est, dicentis: [non quibuscumque interpretibus, sed Magistris adhęrendum est; idcirco quod se iactent docere, & habere Apostolicę fidei Symbolū, eadem Euangelia, easdē scripturas, & se viuere velle, & mori in christiana Religione] ita, & ad nostrum propositū, nec ijs obsequendum, qui ut probatas vendunt improbabilitates, etiam si probabilia dicere putent pro veritate, & Religione. sed pulchrē dicebat Tertull. 3. c. Marcion. [Frustra vocas ad cenam, nisi domum ostendas. allegas Regnum, nec Regiam monstras.]

Decima Veritas.

A Nouymus. *Vnus in Ecclesia approbatus Doctor esse potest, & in eo reperiri multa falsa, ut in Paulo Orofino patet, qui datur in Conc. Rom. Doctor Ecclesię, cum tamen in sua historia multa falsa contineantur; de quibus Cathalogi formari possunt. & ut dicit Abul. 2. p. Defens. c. 82. quādo Ecclesia approbat alicuius opera Doct. non vult approbare, ut veras suas propositiones neq; vnam solam, ex c. 81. 82. 83. 84. 85. ubi declarat, & probat, quod ut sit quis Doctor Ecclesię, & declaratus ut talis, non subinde obligatur quis ad sequendum illum in rebus indifferentibus, & probabilibus. Si firmat, quod suis libris nullum aliud robur adiecit Ecclesia, nisi quod sunt utiles, & profectui cedant, & ad hęresis voluntarię suspitione eximantur, & simul eius sit tanta auctoritas, ut ex ipsa sola, cū nō sit in oppositū alia ratio, vel auctoritas, possit q̄ sequi illam sententiam, absque eo quod teneatur ad meliorem rationem reddendam, quod tamen intelligendum est in qq. quę nec ratione, nec similitudine, nec alia auctoritate possunt verificari.*

2 Discipulus D. Thomę. Non fuerunt ad eō rigidi Massilienses contra Aug. quem impetere ausi non sunt in tam generali probatione doctrinę eiusdem, & solum eundem taxarunt in materia prædestinationis, & gratię, contra quę Romanum præsto fuit Patrocinium, Augustinū ab eorum calumniji vindicando. Sed Pape lista impetit generalitatem, & vniuersalem approbationem alicuius Doctoris in eminenti loco

loco positi, vt nihil operetur nisi tantum quod sint viles tales Doctores, & ab errore voluntario eximantur. Sed tenuis est ista approbatio, nam vt argumentum deducamus ab opposito pro Patribus, & Doctoribus Ecclesie, multi (vt de Origene, & Tertulliano scripsit Lerinensis) pro Patribus Ecclesie haberi potuissent, nisi à veritatis regula excidentes, ab ipsa Ecclesia reprobati fuissent. Et magnus Greg. lib. 20. Mor. c. 9. [Liquet (ait) qd Arrius, Photinus, Macedonius, multique hi similes docendo atque suadendo conati sunt Patres videri, sed errores eorum S. Vniuersalis Ecclesia districta seueritate dijudicans, eos inter custodes gregis sui non numerat, quos eiusdem gregis vnitatem dissipantes damnat.] Vt ergò operetur reiectio istorum aliquid, vt pro erroribus habeatur quæ ipsi docuerunt, opus è, vt interueniat authoritas damnatio; ita dum PP. doctrina probatur, authentica est declaratio v3. vt horum patrum doctrina in toto, & in maiori parte veritatem contineat: alioquin si vel in totum, vel in maiori parte sit falsa, non vtilitatem, sed perniciem afferret. Amplius, cum probantur Patres ab Ecclesia, non probantur tantum quia ipsi dicunt, sed quia sensum antiquæ Ecclesie referunt, & quia quod inuenerunt in Ecclesia, tenuerunt quod didicerunt, docuerunt, quod acceperunt à PP. hoc filijs tradiderunt: ex notissima ergò fidei regula procedunt, & ex antiquitus fundata fide aduersus insurgentes hostes nervos intèdunt. Inde in Conc. fideles Patres vetustioribus, quod ex hac regula loquuti sint, contra hereticos ad definiendum procedunt: vnde Socrat. 1. hist. c. 5. [Processerunt sicut antiquis viris Ecclesiasticis visum est; non enim nouam aliquam Religionem excogitare, inque Ecclesiam introducere, sed quæ ab initio traditio Ecclesiastica præscripserat, & sapientes Christiani certis rationibus inquisuerant, stabilire voluerunt.] In Concil. Alex. cum cõtra negantes Spiritum S. disputarunt. His accedit in autoritatè receptos, qui à Deo positi in hoc ordine, vt DD. & PP. fidei, vt & diuinitus illustratos recepit Ecclesia, hinc ex hist. trip. l. 2. c. 7. & Theod. lib. 4. c. 8. ad damnationem Arrii procedentes Patres Nicæni [Non suo opte ingenio verba excogitantes, sed à patribus petentibus testimonia, sic scripserunt.] sed ex solis testimonijs Patrum præcedentium, contra hereses Apollinæris decertatum est, ex Theod. lib. 6. 2. & 3. [eo quod magna Orbis terrarum lumina, fideique Principes essent (& iterum) quæ Ecclesiarum Doctores.] ex initio libri tertij. Quare in Conc. Ephes. in Nestorium in ep. eiusdem Synodi sic dicitur [Sequentes itaque omnium Sanctorum Patrum confessiones, quas loquente in eis Spiritu S. protulerunt, & intentioni eorum æquis vestigijs inherentes, profitemur, &c.] Nunquam certè proceres Ecclesie eorum sceleri essent, nisi eos testes traditionis haberent, & diuinitus inspiratos agnouissent, vnde sic in fine Concil. solet acclamari. Hæc est fides Apostolorum, hæc

est

est fides Patrum. Facilè hæretici Patribus infausi dicerent se eorum auctoritate non conuinci, quia nullum aliud pondus habent, quod non sint hæretici si in aliquo errauerint: & quod vtilia tantum continent, cum tñ omnia loca allegata sint ex Conc. ad eorum dicta recipienda; in maiori parte eorundem doctrinã vtilem esse faterentur, vt & de eorum scriptis dicerent; nam ex Ephesin. Concil. c. 5. c. 8. *Non omnia, quæ hæretici dicunt, statim, vt hæretica sunt repudianda.* Cumq; Doctor (ex S. Thom. leã. 2. ad Titum) ad duo respicere debeat, *ad vtilitatem, & veritatem*, Ecclesia cum probat, non tam vtilitatem, quam veritatẽ probare intendit, & prius veritatem respicit, à qua dimanat vtilitas.

3 Quod verò subditur, nullam esse obligationem sequi probatum Doctorẽ Ecclesiæ in omnibus, & solum locũ nõ sequendi in indifferentibus relictum; dicam cum Tertulliano de præscrip. c. 14. *manente forma, & ordine, quantumlibet quaras, & tractes, & omnem libidinẽ curiositatis effundas, si quid tibi videtur vel ambiguitate pendere, vel obscuritate obumbrari, est aliquis inter exercitatos conuersatus, est visque frater aliquis Doctor, scientia gratia dotatus, est aliquis inter exercitatos conuersatus, secum tamen quærens, nouissimè ignorare melius est, ne quod debeas noris, quia quod debeas nosti.* Vbi ex Tertulliano clarè patet eum loqui de opinabilibus manente forma in suo ordine, de quibus inquisitio fieri nequit, & hic consulendus videtur; nam vbi fides in regula posita est, non habet locum quæstio, vel disputatio, vel quæstio. Quomodo hæc sient inconsulto Ecclesiæ Doctore? præcidatur errandi occasio, ne putetur possibile, quod erroneũ, vel improbabile fortasse est & nos ipsos decipimus: ex Philautia, & exco amore nostro, nam eiusmodi physica ingenia sunt illa, quæ in præcipitium inducuntur sub specie probabilitatis, & nãuo speculationis; vnde scitè de eiusmodi opinastis, & Philosophastis Tertull. dicebat, quod *de eorum ingenijs omnis hæresis animatur, qui & (subdit) de certis incerta præiudicant (& contra) ad artis suæ propriæ gloriã, nã Philosophus est animal gloriæ, venaleq; rumorũ mancipium.* & ex c. 47. Apolog. *Philosophi gloriæ solius, & eloquentiæ libidinosi, si quid in S. S. Scripturis ostenderunt digestum, pro instituto curiositatis ad propria verterũt, & de vna via obliquos multos, & inextricabiles tramites sciunt, certa efficiendo incerta, & è conuerso, & improbabilia pro probabilibus venditantes, ad quod cauendum, frater aliquis Doctor scientia dotatus consulendus est. Quis autem iste sit, Pamelius (in Tertull. n. 92.) explicat, nimirum quia gratia scientiæ donatus est, puta qui docet (ait Apostolus) & in doctrina perseverans est ad consummationem Sanctorum in opus ministerij, in adificationem corporis Christi, nullus igitur qui præstare superiora non potest, Ecclesiasticus Doctor est. vt dicit Hier. in c. 14. qui in disputando fortissimus est*

est, & sanctarum Scripturarum testimonijs roboratus, iste propugnaculum Ecclesiæ est, & de talibus dicitur [Collum tuum sicut turris David, quæ ædificata est cum propugnaculis,] mille clypei pendent ex ea, omnis armatura fortium. vbi Chald. [Princeps Scholæ qui erat Magister vnus fortis in iusticia, & in doctrina legis, & in qua laborabat, & confidebat Populus domus Israel, & vincebat in bello quafi essent tenentes manibus suis omnia genera armorum.] Talis Aug. talis Hiero. talis Thomas. Quis ergo contendet hesternæ dici Theologos inter has firmissimas turres locare, & placita propria serere, quæ tot proceres præterierunt, & specioso titulo probabilitatis, noua placita recentiorum Doctorum, antiquitate destituta, quos nec ætas, nec experientia commendauit, sine delectu, & efficaci probatione admittere?

4 Quadrat huic proposito, quod scripsit olim Greg. cap. 18. lib. 5. Moral. in ijs verbis: *porro ad me dictum est verbum absconditum in horrore visionis nocturna*, vbi sic dicit: *sapè heretici, & alij opinastris communiã decreta scholæ horrentibus, applicari potest dum altiora dicere conantur, ipsi sibi testes sunt; quia quæ proferunt, vera non sunt; in nocturna quippe visione dubiè cernitur.* Ipsumet rimas susurrij eius in pauore nocturna visionis se percepisse asserunt, qui vt ea, quæ docent alta alijs ostendant, vix ea se capere posse denunciant, hinc colligendū est, quomodo audiētibus certa esse possunt, &c Miro ergo ordine cum alta loquentes proferunt, in patefactione stultitiæ ipsis suæ altitudinis vocibus ligantur. Ex hac verò peculiari intelligentia percipiēdo, vt putant venas susurrij diuini de singularitate sapiētitiæ suæ super cæteros eleuantur, se vigilantes reputando, cæteros somniculosos, quos veritas præterijt ne intelligerēt, ac si dicerent (subdit Gregor. in ea verba.) [Quando sopor solet occupare homines] cum homines inferius dormiunt, nos ad pecipienda superna vigilamus, quia ea nobis nota sunt, ad quæ videlicet cognoscenda cæterorum hominum corda torpentia non assurgunt, ac si apertius dicant, in quibus intelligentia nostra se erigit, reliquorum hominum sensus dormit.] Et vecordes ad se audiendos, spretis Ecclesiæ Magistris inuitat, vnde ad hanc eminentiã scientiæ inuitationem, & doctrinæ nouitatem, sequitur vt à fide vera excidant. Et meritò præmonebat Apostolus vitandas opiniones falsi nominis scientiæ. *Verè falsum nomen*, dicebat Lerin. c. 26. *apud doctrinas hereticorum, vel falso opinantium, vt ignorantia scientiæ promittendo opiniones, & caligo serenitatis, & tenebræ luminis appellatione fucantur. Quam quidam inquit promittentes circa fidem exciderunt, quid promittentes exciderunt? nisi nouam, nescio quam ignoratamq; doctrinam.* vt faciunt paradoxizantes; audias enim quosdam hæreticos dicere. *Venite à insipientes, & miseri qui vniq; catholicis vocitamini, & discite fidem veram, quam præter nos nullus intelligit,*

ligit, qua multis ante seculis latuit; nuper verò reuelata, & offensa, est. Quam vocem orthodoxis in inueniendis nouis opinionibus non fas est vilo modo usurpare.

Cauti ergò esse debemus, cum ad opinandum inuitamur, quicquid libet in indifferentibus sub specie probabilitatis, non paulatim postea, ad errores inuitemur. *[Quare hæc voces non aliter fugienda sunt, quam illa, quas Vlysses, nisi alligatus, præterire voluit.]*

Vndecima Veritas.

A Nonym. Vndecima Veritas est. Quod S. Bonauentura eandem quam habet auctoritatem, & probationem in Ecclesia S. Thomas, ipse habet; ita tamen quod Doctoris Anglici doctrina maioris probationis non sit, quam Seraphici S. Bonauenturae. Veritas hæc primò probatur ex Sixto IV. in Bulla canonizationis S. Bonauenturae, & ex Sixto V. in alia Bulla, ubi hæc verba proferunt. *Vt meritò Sixtus IV. hos duos Sanctos & similes, & quasi geminos in Christo fratres agnoscens, statuerit S. Bonauenturam consimilis venerationis, honoris prærogatiua, & que S. Thomam decorandum esse. & paulò post dicit Sixtus V. doctrinam ipsius S. Bonauenturae à supradictis prædecessoribus nostris Clemente IV. Greg. X. & Sixto IV. laudatam, in Concil. Lugdunensi maximè spectatam, in Florentino etiam ad res difficiles explicandas adhibitam; nos quoque plurimum in Domino laudamus, & commendamus.*

Et ad demonstrandum Pontifex ipse, quod inter ambos Doctores nulla sit dissimilitudo, equaliter comparat illos, afferens testimonia Innocenti V. Gregori X. aliorumque Pontificum in laudem S. Bonauenturae; inter aliasque clausulas, sequentes sunt consideranda, Doctrinam S. Bonauenturae in illo ipso Concil. Lugdunensi spectatam insigni laudatione verissimè celebravit. & post pauca in nomine suo in illo Gregori X. Catholicam Ecclesiam, magnam Bonauenturae mortis iacturam fecisse. Ostenditque postea, quod Concil. Tridentinum rectum fuit in suis definitionibus S. Bonauenturae scriptis: considerandaque etiam sunt verba illa, quam sanè gratiam in eius ore, & calamo diffusam admirans prædecessor noster, illud dicere non dubitauit: Spiritum Sanctum in eo locutum videri; ac paulò post Clementis IV. aliud testimonium citat ad probationem eius doctrine, & altiores laudes dicit ingenij, ac subtilitatis huius S. Doctoris. Ac denique dignum habitum est, quæ Græci, Eutichij nomine appellarent, ex quo inferitur, quod cum S. Thomas non habeat maiores Conciliorum, ac Pontificum pro-

rationes, quæm S. Bonaventura; non est æquum unum alij præferre in tot controuersijs probabilium materiarum, sicut in utroque doctrinæ contrariæ inueniuntur. Certumq; est quod Scholastica Theologia, quæ sanctissima est, atque utilissima propter Ecclesiam (& esset error oppositum fateri, totas vires suas habet ex tot Scholis, contrarijsque doctrinis in probabilibus materijs, quæ sunt tot alia itinera. sancta, sancta, securaque, per quæ eripimus fidem, liberamusq; eam ab hærecicis. Et aliud non fit vias has, semitasque claudere, nisi ad unum solum iter reducere, ut inimici Ecclesiæ quietè dirigant sua tormenta contra unum tantum exercitum, nec se muniat varijs, & diuersis munitionibus, & aciei partitionibus. Expeditiore fit defensione veritatis, cum ex varijs partibus ab hæreticis, vel infidelibus impetimur, & totum, qd dictum est, S. Bonau. præcipit Sixtus recipi, ut nullus audeat se opponere, ut ei contradicat, imponitque præceptum obedientiæ in illis ultimis clausulis: nulli liceat ausu temerario contraire, &c. Restat vt respondeamus ad ea, quæ in contrarium ab eis adducuntur.]

2 Discipulus S. Thomæ, Humanæ infirmitatis est, de meritis, & excellentijs, & alijs charismatibus disputare Sanctorum, & ad inuicem conferre, quando etiam in hoc Apostoli reprehenduntur, cum facta est contentio inter eos, quis eorum videretur esse maior, vt facere vult Anonymus, de æqualitate, & maioritate gradus Doctoratus volens differere, Sanctorum Bonaventuræ, & Thomæ, ac inter duos illustriores scholas iurgia seminare.

3 Certè ambo SS. ambo docti, ambo Ecclesiæ Doctores sunt in DD. albo repositi, & (vt dicit Magnus Gregorius de SS. hominibus 22. in Job. c. 5.) [Quidquid in se boni inspiciunt, immortalis gratiæ eognoscunt donum, eique de accepto munere debitores sunt, vnde benè per Ioan. dicitur [adorauerunt viuente in secula seculorum, mittentes coronas suas] &c. Quod cum ita sit, nullus horum Sanctorum inflatur aduersus alterum, si vnus præ altero maiora dona susceperit, vt doctrina vel sit solidior, vel acutior, vel ardentior, vel Cherubica, vel Seraphica, vel vniuersalior, & receptior audiatur (Idè Gre. Ho. 10. super Ezech.) *Mira itaque dispensatione Omnipotens Deus, sic in electis suis dona dispensat, vt & isti det quod illi denegat, & alteri maius, quod alteri minus tribuit; quatenus dum vel iste habere illum cõspicit quod ipse non habet, vel ille huc maius accepisse considerat, qd minus sibi adesse præsat, dona Dei alter in altero .i. vicissim omnes admirentur, atq; ex hac ipsa admiratione humilietur alter alteri, & quem videt habere quod non habet, cum diuino iudicio sibi prelatum putet. & postea hoc itaque Omnipotens Deus agit in cordibus hominum, & in dispensatione charismatum, quod facit in Regionibus ter-*

parum, poterat namque unicuique regioni fructus omnes tribuere, sed si una qualibet regio alterius regionis fructu non indigeret, communionem cum altera non habuisset: sicut ergo regiones terrarum, ita sunt mentes Sanctorum, quae dum vicissim sibi conferunt quos acciperunt, quasi fructus suos regiones regionibus impendant, ut in una omnes charitate iungantur. Tales habendi videntur S.Tho. & S. Bonaventura, in ordine Doctorum ambo collocati, qui ob id alijs Doctoribus Scholasticis praepositi sunt, quia in Doctorum albo ab Ecclesia sunt recensiti, & numerati; unde ut dicebat Sigonius de antiquo iure civium Rom. lib. 2. Non omnes, qui in Senatum veniebant, Senatores erant, verum eos dumtaxat Senatores constat appellatos, qui a censoribus, aut ipsi, qui ius Senatus legendi haberent lecti essent. alios quoque tradit fuisse, praeter Senatores, alio tamen gradu, ut in Senatu sententiae dicendae ius haberent. Hi vero erant qui Magistratibus functi, in Senatum venire, & sententiam dicere poterant. Senatores tamen a Censoribus lecti non erant, unde in Senatum veniebant iure Magistratus, non lectione censoria selecti. Legendus Varro in Gellio lib. 3. c. 18. de ijs, quibus tantum sententias dicere licebat. erant etiam qui post lustrum ex iunioribus Magistratum caperunt. Similiter ex eodem Sigonio supra quod non quicumque equo meruisset, erat ordinis equestris, sed qui publico, & militari, quem a censore assignatum scribunt, & sicut Senatores ex censu legebantur, sic & equites, & sua quoque insignia habebant distincte a Senatoribus; nam Senatores ab equitibus tunica, Equites a plebe annulus aureus discernebat, & si Plinius dicat, quod etiam Senatoribus cum equitibus annuli fuerunt communes licet non omnes. Drusi tempore Senatores eos gestarint, apud eundem Sigonium fol. 169. Eodem modo dicendum quod omnibus quidem Doctoribus Ecclesiae sententiam dicere licet, unde eorum autoritas in testimonium affertur in qq. discussionibus; verum solis illis, qui censentur in DD. albo Ecclesiae, praecipua nomenclatura tribuitur, utpote a censore Ecclesiae delecti veluti senatores, ex qua prerogativa a caeteris distinguuntur. Et iterum communes DD. & Magistri, veluti equestris ordinis, & non senatorij, & iure Magisterij, & doctrinae, in magnorum ordine asciti non sunt, utpote non recensiti Apostolica censura in ordine Doctorum Ecclesiae sicut SS. Hier. Aug. & D. Thomas, & Bonaventura; unde & si omnibus docentibus aureola debeatur, singulare illud ornamentum senatorium, & titulus equestris ordinis his solum debetur, quos veluti Mardocheos Ecclesia voluit honorare specialibus titulis, & prerogatiis.

3. Verum ex eodem Greg. Hom. 10. in Ezech. [Cum Omnipotens Deus ad hoc virtutes singulis diuidat, ut alterum alteri in cognitione humiliet] ut facit in Sanctis [ad hoc reprobi pertrahunt bonum, quod

ac-

acceperunt, vt ex eo in elatione perdantur dum semper cōsiderant bona, quæ ipsi habent, & alij non habent: & nunquam perpendere studēt quanta bona alij habeant, & ipsi non habeant: quod ergo diuina pietas in augmentum disponit humilitatis, hoc mentes reprobæ in augmentum vertunt elationis, & ex diuerfitate munerum à bono deficiunt, vnde crescere in humilitatis bono debuerunt]

4 O si studerent maiorum nostrorum, & SS. Bonauen. & Th. libros *responsaq; cognoscere* (vt in simili dicebat Gelafius ep. 3. ad Honoratum) *illis modis omnibus videretur nihil esse prorsus quod ab istis fuerit ventilatum, & ab illis magnifica veritate contritum*. Anonymi Scopus est D. Thomæ autoritatem deprimere, q̄ ei parem in autoritate Bonauenturam facit, hos saltem duos recipere debet æquali gradu, & si vnum alterum præferre non fas est (vt dicit) melius est vt in iisdem controuersijs eisdem inuidus obiēctator auscultet.

5 Et quemadmodum in Beseleel, quem elegit Dōminus ad fabricandum tabernaculum specialis electio intercessit, vnde vocatus est *caput artificum*, vt aduertit Caietanus, & Oleaster vocat *Principem inter alios artifices*, vel ex Abulenfi, vt esset *architectonicus, & Magister omnium artificum in opere Sanctuarij*; non est incongruum, Principatum D. Thomæ in Scholasticis attribuere, cū ex parte materiz (quæ de omnibus myſterijs differit) & totam Theologiam speculatiuam, & moralem complectitur, dogmaticā, & Scholasticā; tum admirabili partitione, & dispositione, vnde meritò per scientiam infusam eam perfecisse quàm humano labore Ioan. 22. testatur. & à Clemente 8. ob insignes reuelationes appellari meruit Angelicus, interpres diuinæ voluntatis, cuius titulum oppositum promeruit seculi sapientia, quæ ex Tertul. de præscript. c. 6. *Temeraria interpres est diuinæ naturæ, & dispositionis*. Vnde ad Angelicum interpretem Theologi, Medici, Iuristę, directores animarum, congregatiōes S. Officij, Cōcilia accurrūt, & breui compendio sicut Deus reuelans (vt dicebat Augustinus in Ioan.) habet *cathedram in Cælo*, ita Thomas in terris suam cathedram consulentem obtinuit eorum quæ determinanda sunt. Certè Deus Adam (vt dicit Nazianz. orat. 42.) *in terra collocauit, Angelum alium*, ad eum finem (ait August.) vt ipsius mens per eccl̄asim particeps fieret Angelicæ curiæ. Sic collocatus est alter Angelus Aquinas in Terra; vt sicut factus est discipulus Dei ex perceptione diuinæ veritatis in Cælis, per doctrinam, & interpretationem diuinam fieret Angelicus hominum Magister.

6 Conducunt ad Theologiam Scholasticam elucidandam diuersæ Academiz (& non nisi impius negare posset multum iuuare Ecclesiā aliorum labores, & diuersis vijs de hereticorū agmine ex varijs doctorum turmis triumphum reportari) sed magna distinctio est inter pedes

dites, Duces, & Principes exercitus, nec postremis denegatur, vt primis suppetias ferant. Nō omnes ex eodē Sigonio lib. 2. pag. 153. militiæ adscribebantur, ingenui enim, & fortes ordine, cæteri extra ordinem militabant, & inter ingenios omnes tradidit Liuius esse confertos, & assignatis, & paratis legionibus tribuni assignabantur, ex omnibus tribubus delegebantur qui arma ferre possent, vt centuriæ explorentur, in delectu primi vocabantur *boni nominis*. vnde Cic. de diuin. dicebat: *in delectu consules obseruant, vt primus miles fiat bono nomine*. Ergo & si plures essent in militia adscripti, delectus obseruabatur, vt primus miles esset boni nominis, quod multo magis obseruabatur in tribunis, &c. At cuius nomen magis personat in Ecclesia quàm S. Thomæ, qui & armatus potuit quoque incedere, onustus armis PP. ad inimicas acies profligandas? illi adaptari potest quod dictum est Dauid 1. Reg. c. 18. à suo Populo: *sue enim fugerimus, non magnopere ad nos pertinebit, sue media pars ceciderit è nobis, non magis curabunt, quia tu vnus solus pro decem millibus computaris*, fidenter dico, si cæterorum Scriptorum volumina id paterentur, vt flammis absumerentur, & sola scripta Angelica permanerent; essent diues depositiorum totius doctrinæ Apostolicæ, cum nihil aliud continerent nisi succum Sæctorum Patrum, & Apostolicorum virorum, qui & testes Apostolorum doctrinæ, & solus Angelicus pro millibus computaretur, qui posset perduelles, & refractarios debellare.

7 Suas legiones ducunt alii legionarij eximia cum laude præliantes bella domini, scilicet antiqui Scholastici, qui & Classici vocantur; sed det veniam, illud adaptari Angelico iure posset, quod scriptum est *sagitta Ionathæ nunquam abiit retrorsum*, nec enim, vbi in illis aliqui nati signari possent, neuis in eo deprehensus cernitur; nam, eius doctrina Clemente attestante, fuit sine vilo prorsus errore conscripta.

6 Non ergo destruedus ordo quem cælestis constituit Imperator, sed Sanctis parendum, ac in indifferentibus melius est eorum sequi sententias, quam proprias, & esse humilis discipulus eorum, qui afflati à Deo sunt, quæ sub (quæ videtur ipsis) probabilitate, propria venditare, & communia relinquere; nam vt in simili dixit Greg. lib. 5. Mor. c. 18. *Communem scientiam habere refugiunt, ne cæteris æquales extimètur, occulta, vel noua semper exquirunt, quæ dum alijs nesciunt, apud imperitorum mentes ipsi de scientiæ singularitate gloriantur*.

S. Elucidatę responsiones ad ea, qua ipsi obijciuntur.

Anonymus. Superest, vt ijs, quę in contrarium adducuntur respondeamus. Opponitur canonizatio S. Bonauenturę per Sixtum IV. & V. S. Thomę per Ioannę 22. qui multum hos duos celebres SS. laudant. Sed quis negat esse verum, & iustam tale testimonium, & quod non sint Sanctissimi, & & profundissimi DD. non enim ex hoc debent ceteri Doctores terrij haberi, & deprimi.

Discipulus S. Thomę. Ergo tota angustia Anonymi erat, ne ex laudibus tam celebrium DD. alij obnubilarentur Doctores inferioris notę, quos voluisset in iisdę subfellijs considerare, sicut putabat lædi Bonauenturam, si non per omnia, & vsquequaque æquaretur S. Thomę, & pro sacrilegio putabat Anonymus habendum, si S. Thomę fuissent maiores prerogatiuz, & non maiores Thoma, & Bonauentura Neoterici Doctores promeruisent. scilicet expectanda erat noua opinantium Academia verustatem sepelientium, queq; iam conficeret desolentem, & dum senum aufert disciplinā, non rectę fundauit suam. An credendum vni suam doctrinam magis laudanti, an multis vnus alicuius ignorantiam culpantibus? vetus schola famam sibi ex antiquitate vendicauit, noua quorundam recentiorum Academia nouum interdum, & improbable venditans sub probabilitate, eam veritatem distrahit. Vnde fit implacabile, & ciuile bellum, si non cędant tyrones veteribus: in succumbendi periculum incident, si non defendantur veteres; si consueuntur, erecta, & procax est temerarium ceruix, quia nec victa, manus dare vult. Si inęqualitatem aspiciunt, adhuc contradicunt, & si paritatem affectant, peribit Heroum principatus ex nouella quam cupiunt æquiparatione.

2. Opponunt ait secundõ. Io. Gersonem dixisse in quadam cõuersatione, Summum Pontificem dixisse, tot miracula Thomam edidisse, quot articulos composuisset.

2. Respondetur ait Anonymus, idem posse dici de S. Bonauentura, & dicto illo non obstante, scribit idem Gerson t. 4. lect. 1. quis dubitat si fuerit vnquam alius Parisijs, qui possit comparari cum S. Bonauentura, his verbis [nec mirari sufficere qualiter patres, & fratres minores omisso tanto Doctore Bonauentura, qualem nescio si vnquam studium Parisiense habuit, ter conuerterint se ad nescio quos nouellos.]

3. Sed contra, quia ille titulus fundatus est super admirabilitate eius doctrinę, quia nedum articuli integri, sed solę conclusiones, argumenta singula, & solutiones in admirationem rapiunt, vnde omni lau-

sandibus decantatur, & per omnium ordinum, & gradus Ecclesie vo-
 litat. De Christo Domino Luc. 4. dicitur [Fama exijt per Vniuersam,
 Regionem de illo, & ipse docebat in Synagogis eorum, & magnifica-
 batur ab omnibus,] non secus Angelicus per quandam adaptationem
 adeo in doctrina excellens reputatus est, vt illud de eo aptari possit Sa-
 pient. [Habebo propter hanc claritatem ad turbas, & honorem apud
 seniores. Et habebo per hanc immortalitatem; & memoriam æternam
 his, qui post me futuri sunt, relinquam.] Ipsa Ecclesia miraculosam
 doctrinam fatetur; dum dicit. [Deus qui Ecclesiam tuam B. Th. mira
 eruditione clarificas,] vt ad eius hanc doctrinam miram, &
 singularem intelligendam opem, imploret; vnde non est incre-
 dibile illud elogium eructasse Ioa. 22. [Tot miracula fecit, quot articu-
 los composuit.] Dicitur id de S. Bonauentura. & quis nescit quod mag-
 nis suas positiones infirmat; cum Anonymus à pluribus de excellentia,
 & miranda doctrina S. D. argui possit; vtiq; .n. incredibile asserre dice-
 tur, quod à tot viris diuinis comprobari non potest, nisi fictitia dicere
 velit, ne suis adinventionibus renunciare cogatur. [Nemo virtuti fa-
 uet (dicebat Lact. lib. 7. de diu. præm. c. 1.) nisi q. seq. pōt; seq. aut. nō fa-
 cile est omnibus] sed ijs, q. docibiles sūt, nō qui implicati, & cathenati,
 & cōpediti ad rectū doctrinæ iter nō tēdūt, sed mācæ libertatis sētēdi
 q. d. velint; hæc. n. adeo sapientes in oculis suis inextricabilibus vinculis
 irretiuit, vt non in veritatis lucem oculos conijciant, sed potius contra
 veritatem oculos clausis latent. Ad aliud dictū Gersonis: si comparatē
 loquitur Gerson de Doctoribus Seraphicę Religionis, quos constat
 legisse Parisijs, etiam præfertur Bonauentura Alexandro Alensi, & præ-
 fertur verè, ex titulo Doctoris Ecclesie etiam in ordine ad alios eius-
 dem familiz; in ordine verò ad D. Thomam non fecit talem prælatio-
 nem, nisi quantum ad affectiuam scriptionem, aut alias scriptionis con-
 ditiones, in quibus vnus scilicet alium excellere dicitur in vno, vel al-
 tero genere; secundum quos loquendi modos, vnus Sanctorum, alterū
 excedere dicitur, ad eum modum quo dictum est, Basilium, Nazianze-
 num, Chrysostrum pietate quidem pares, eruditione non dispares, di-
 ctionis tamen caractere dissimiles extitisse. tale iudicium dedit Eras-
 mus, & Rufinus magis Nazianzenum euehere visus est, dum ita eum
 commendat, vt dixerit [Eo neque scientia plenius, & perfectius inue-
 niri potest, sed id obtinuerit apud Deum, & Ecclesiam meriti: vnde
 quicumque ausus fuerit doctrinę eius in aliquo refragari, hoc ipso ipse
 magis hæreticus arguatur, manifestum namq; iudicium est non rectę fi-
 dei omnem, qui in fide Greg. non concordet.] An non simile dixit de
 D. Thoma Innocentius mox allegandus?

3 Opponitur, quia Innocentius VI. in quodā sermone dixit [quod
 quicumq; impugnavit doctrinā D. Th. sæpè fuit de veritate suspectus]

4 Respondetur, ait, hunc sermonem esse supposititium, & quando non esset (sicut euidenter est) non obligat hoc dictum; nam nec dictum S. Gregorij obligat ad credendum quod Angelus sit rationale animal; imò ab hac opinione Scholasticorum discordat chorus, idemq; apparet in alijs Homilijs Summorum Pontificum Ecclesie.

† Instatur, nam negatiua, quod Innocentius non sit eius auctor dicti, probanda incumbit aduersario; malè ergò tali dicto detrahunt, quod auctoritatibus, vel rationib. falsù esse (cù tot Scriptores illud receser̄t) ostendere non possunt, & eam habet interpretationem tale dictum, sicut dicebat de Nazianz. Ruffinus, vt in his, quæ concernunt fidem hereticus habeatur qui dictis Thomæ in fide nõ concordet. A ceteris discordare posse ipse D. Thomas censet, cum opinabile sequendum esse, & permittat, & doceat; sed an opinabile sit, vel adiaphorum, satis animaduertendum est, ne gypsum pro lacte, bracteam pro vero auro veditemus, nec omnes qui multas propositiones conati sunt vt probabiles defendere, inquam id præstiterunt, nec fundare potuerunt paradoxa quæ introducere satagebant, quia fundaméta non habuerunt talis doctrinæ, quæ fundabatur, & quod depingebant verbis inanibus, & phantasticis. sua non poterant solidare quæ asserebant, nec poterant plausù habere ab audientibus, quæ suis disputatiõibus præscripserunt.

Etiã Anonym. subdit, non posse subsistere dictù Innocentij, quia prius dicendù erat, doctrinã ipsam D. Th. nõ habere aliqua cõtra fidẽ; sic ergò inquit: certè supposititium esse testimoniũ Innocentij, manifesta eius falsitas ostendit; sunt enim in D. Thoma (quamquam vt ego arbitror) aliquando ex deprauatione Scriptorum, aut typographiæ, aut maleuoli alicuius, nonnulla quæ Ecclesia repudiavit. Prima est quæ erroneam nominat opinionem piã de immaculato conceptu Virginis. Secunda, quæ conceptionis nomine, sanctificationem Virginis intelligit. Tertia quæ habetur q. 25. a. 3. ad 3. 3. p. circa adorationem Imaginis Christi, opposita est ijs, quæ habentur in 7. Synodo. Quarta, quæ ipsi à Thomistis tribuitur pro votis simplicibus quasi ineptis ad Religionem statuendam, cuius oppositum decreuit Greg. xiii. Quinta quæ cù rerum dominio, votù paupertatis conuenire non posse ait: cuius oppositum idem decreuit Greg. Sexta quæ habetur in 4. d. 24. q. 3. 2. Episcopatum non esse Sacramentum, de qua ait Petrus Soto lect. 4. de Sacram. ordinis, oppositam certa fide tenendam. Septima, quæ habetur 3. p. q. 78. a. 1. non vsum fuisse Christum in vltima Cæna alijs verbis benedictionis quam consecrationis, cuius oppositum habet Trid. Sess. 13. c. 1. Octaua (vt non pauci interpretantur) quod habetur circa duos spiritatores 1. d. 11. a. 4. verum idem Angelicus Doctor pijsimè sensit 1. p. q. 36. a. vlt. & plura tradidimus supra, & non opus est ea repetere. [Hec (subdit) sufficiunt ad probandum, hoc testimoniũ Inno-

cent-

centij esse additium, & ypposititium, sicut, & Urbani V. addita est, & deprauata sententia secundum vnam editionem, quæ habet doctrinã D. Thomæ, vt dogmaticam, & si aliquis contendat aliquas harum, vel aliarum propositionum per errorem, vel malitiam irreplisse, amplectimur, & intentum probatur quod pretenditur. Anno 1578. de mandato Generalis S. Dominici Frat. er. Franciscus Garfia edidit librũ errorum, quæ irreplera in partibus D. Thomæ, & assignat mille, & centum viginti menda, & inter ista quatuorcentum, mutant sensum D. Tho. vel faciunt sensum contradictorium: itaque necesse est nos excusare, ne scilicet videamus errata; nam liber impressus est, & authoris sunt lineæ, & sententię.

6 Sed impugnatur quod dicit Anonymus, affigendo tot errores à se adinuencos, & ne filum interrumpamus, inferius confutabuntur istę instantiæ diffusius.

7 Quod de Urbano subiungit, extat diploma integrum in annalibus Ecclesiasticis, & alijs historijs, in quibus Põtifex Tholosanus honoratur, vt D. Th. doctrinam sequantur tanquam veridicam, & catholicã; & eundem sensum facit cum dicto Innocentij, & exponendus est Angelicus sicut Rufinus Athanasium interpretatus est. De erroribus a Garfia animaduersis, laudanda est diligentia, quę fieri non potuit, nisi ex incorruptis codicibus: quę non in omnibus, sed in plerisq; exemplaribus irreplera, emendatio, & emendata posteriora prototypo, & exemplari quod à Pio V. grandi diligentia impressum prodijt. Sed voluit opinionum suarum sordes tegere, si in Thoma poneret nedum nequos, sed errores etiam contra fidem, qui inferius confutabuntur, vt dictum est.

His ergo, & similibus disterijs aurem accomodare non debent pij, & docti viri, ne inficiantur, & polluantur animi ex immodestia, qua Cherubim Paradisi impetitur; nam ut dicebat in simili Seneca ep. 123 *Horum sermo multum nocet, nam etiam si non statim offisis, semina in animo relinquit, sequiturq; nos etiã cum ab illis discesserimus, resurrectorum postea malum, quemadmodum qui audierunt symphoniam, ferunt secum in auribus modulationem illam, ac dulcedinem cantus, qua cogitationes impedit, nec ad seria patitur intendi. Sic adulatorum, & prava laudantium sermo diutius hæret, quã auditur; nec facile est animo dulcem sonum excutere. & paulò post ideò claudenda sunt aures malis vocibus, & quidem primis, nam cum in initium fecerunt, admissęq; sunt, plus audent, vt factum in Anonymo, qui ex leuibus initijs tandem processit ad Patres lacerandum, & D. Thomam impetendum.*

4 Opponitur quarto loco, quod duo Concilia generalia, & sex Pontifices laudant Bonauenturam, & Thomam Urbanum, & Pium V.

Clementem VIII. & Paulum V. similiter eundem celebrasse constat.
 4 Respondetur ita esse, sed non propterea quod agunt quod debent tot encomia attribuendo (his DD. Ecclesiæ, qui tantum sibi Ecclesiam deuinxerunt, quam illuminarunt suis doctrinis) debent alij Patres, & Scholastici condemnari. Ecclesiam inhonorat, qui tam pauperem eam efficiunt, vt non honoretur nisi vno tantum Magistro. Multi horum illustres DD. & horum quilibet incedere potest securus in fide. Non est aded pauper Deus, vt solum vnum habeat Apostolum ait Irenæus, nec aded eius hæreditas tam stricta est, vt vnum habeat, & solum Athanasium, vel Augustinum, vel Damascenum, vel Hieronymum: iniuria Deus afficitur, ac eius Ecclesia, dum extinguitur omnes eius lucernæ, & velle vt vna sola remaneat, vt fit in hebdomada sancta. Non est manus sancta, quæ id præstat, sed Indæ. non est iustum inuidere nostræ matri suam felicitatem, nã quantum ad doctrinas non definitas, expedit, vt sit circumamicta varietatibus. approbata est doctrina D. Thomæ illustribus testimonijs: approbata est doctrina S. Bonauenturæ à Sixto V. iisdem laudibus, quibus doctrina D. Thomæ: approbata est doctrina Scoti, ob quam Benedictus 13. mandauit Salmantine Academiæ, vt cathedra eidem assignaretur, ex Banef. 2. 2. q. 1. art. 7. quatuor Scotistas elegit Ecclesia in Summos Pontifices, in numerabiles Episcopos, Archiepiscopos, Patriarchas, absque eo, quod sequerentur doctrinam contrariam D. Thomæ. idem dici potest de alijs Doctoribus.

Sed instatur, ex encomiis, & titulis, quibus illustrantur Bonauentura, & Scotus, non extingui alios Doctores Scholasticos. Classicos. Putabat Anonymus iurgia seminans, inter Scholasticos se belli ducem, agere in compositione sui Elucidarij; vnde perbellè ille Poeta.

Seditione orta, dux est etiam Adroclides; nam ex Plutarcho in Nicæ vitæ, rebus turbatis, vel pessimus est in honore. Verum ex Græco illo epigrammate.

Si Corydus cygnum queat equiparare canendo;

Noctua si certet, si Philomela tibi,

Coccyus si iactet se voce antequam cicadam;

Tunc ego Palladio, par potero esse meo.

Suam lucem habent omnes Stellæ, sed à fonte lucis habent Scholastici claritatem. Sint Sol, & Luna, Thomas, & Bonauentura tanquam duo luminaria Cæli, quia & ipsi sunt inter Doctores Ecclesiæ cum quæ suor recensiti, & numerati; hoc tamen habet præ cæteris D. Thomas, quod mira eruditione clarificauit, & clara sententia totam Orthodoxiam illustrauit, Articuli visi sunt scribentis in pariete sententiam contra

Bal-

Balthasias, & ab obscuro interprete sententia non potuit intelligi; unde Blesensis exclamauit. *O manus quam bene scripsisset, si quomodo exprimis sententiã, exprimas claritatẽ.* Adeo obscure scripsit, vt omnes sapiẽtes Regis nõ potuerint, neq; scripturã legere, neq; interpretationem eius indicare Regi. at quid dixit Christus Thomæ? *Bene scripsisti de me*, quod non solum pertinet ad doctrinẽ substantiam, sed etiã ad modum scribendi, comendando claritatem articulorum manus scribentis, ob quam etiam super candelabrum Ecclesię singulariter reponitur, non vt obscurentur cętera luminaria Doctorum, sed vt specialis prerogatiua, & scribentis commendetur autoritas: quare ineptẽ cęremonia, quę fit in hebdomada sancta, quasi ad nostrorum inuidiam transferitur, cum commendationem vnius Doctoris supra ceteros solummodo intendamus, non aliorum PP. extinctionem, & satis inconcinne manus quę fingitur extinguere luminaria, Iudę manui assimilatur. Ipse potius Anonymus appropriatum sibi vedicat adagium: *Alia Leucon, alia asinus illius portat.* dicebatur hoc prouerbiũ in eos, qui aliud ostendebant, aliud abscondebat, imitando Leuconem, qui hordeum ostendebat exactoribus vectigalium, alia abscondebat preciosiora, & deprehensus obtorto collo, in iudicium trahitur; nõ secus Anonymus pietatem simulat quasi Doctores vendicando, obijciendo quod illos exinguis: sed aliud Anonymus, aliud eius asinus, aliud quod enunciat, aliud quod abscondit; unde collo obtorto in iudicium vocatus, tandem in indice suspensus. Ergo inani labore nouus Sisyphus defatigatur; nam & luminaria aliorum Doctorum agnoscimus, sed eum, inã quali splendoris excellentia, non inuidia tabescimus eos obscurando, nolimus tantummodo apud nos esse diuitem Deum, approbationes SS. Bonauenturę, & Thomę agnoscimus, & veneramur veluti fofores, vtramque Religionem, Minorum, & Prædicatorum, & diffusẽ ostendimus earum excellentiam in opusculo nostro vox turarris, & in congeminata. Sed quid sunt hæc nisi *fulgur ex peluis*, vel speculis, vel aqua, quę vibrant ad Solem; fulgura imitantur, nocendi nullam vim habentia, nisi puerulos territandi, quo dicto utebatur Augustinus lib. de 5. heresibus [non nos hostium turba, non bellantium, reuocet forma, non quasi vitrea fulgentia terreant arma.]

5 Opponitur quintẽ, quod Rom. Breuiarium multum celebrat D. Thomam dicendo, quod cęlesti lumine resoluebat difficultates sacrę Scripturę, & eum crucifixus fuerit allocutus, *Bene scripsisti de me. Thomas.*

Respondetur, iustissimum esse hoc elogium, quo tamen alij Doctores cohonestati sunt, qui non sequuntur doctrinam eius, & de ijs multa encomia Summi quoque Pontifices protulerunt, vt fecit Sixtus V. de S. Bonauentura, & non est possibile, quod S. Thomas opus habeat

ijjs; qui quærent abscondere, vel obscurare lucem tam fidelis amici, & socij in vita, vt fuit S. Bonaventura.

Instatur, nam ex eodem lare, hoc est ex eodem principio procedit, quoad omnia, æquandi duo hæc Ecclesiæ columina, cum dixerimus supra diuersimode vtrūque lucem diuinæ doctrinæ à Deo hausisse abiq; vlla inuidia participantium. quæ quæso iniuria sit S. Bonaventuræ, si salua suæ doctrinæ eminentia, dicamus D. Thomæ doctrinam esse vniuersaliorem, & receptiorem, & panopliam instructam ad omnes errores debellandos, & aromatariam omnibus ynguentis cōstructam ad omnes animi morbos medendos, & animatam bibliothecam, & Musæum viuum, qui velut ex professo de omnibus disserit, & inexplicabiles nodos dissoluere possit, quasi ex secreto musarum adyto, verius ex diuinorum oraculorum instructione depromens, quæ omnia an alijs tam vniuersaliter, & feliciter conueniant, sit eius rei Orbis iudicium.

6 Opponitur, vna, vel duæ Religiones obligantur ad sequendam doctrinam D. Thomæ.

Respondetur, rectè id eas facere; tamen eædem non habent iurisdictionem à iure, vel ab homine ad frændum totam Ecclesiam, & eam obligandam ad sequendam vnã doctrinam, & vnus præ alio accipitur. Religio S. Francisci habet statutum confirmatum à Pontificibus sequendi Scotum, cuius doctrina cum D. Thoma non conspirat, & cōsequenter sicut Vrbanus V. in Bulla ad Tholosanos translationis D. Thomæ iubet, vt eam recipiant tanquam veridicam, & catholicam, ita aliorum Doctorum doctrina, vt talis habenda est, quia non ex proposito, & voluntariè docuerunt aliquid contra fidem, & bonos mores.

Instatur, nam si laudabile est institutum Dominicanorum, & Bonauenturistarum (fatente Anonymo) debent saltem ex vi directiua sequi, & ex decretis prouisiuis imponi, vt sequantur eorum duces, & laudabiliter PP. Societatis propositum est ab eorum Generali, sequi doctrinam Angelicam, & S. Ignatius Patriarcha ipsorum Angelicæ doctrinæ tenacissimus probatus est in fide egregius, in actis relationis ad finem canonizationis, quia *secutus est doctrinam S. Tho.* sed aliter, & aliter ceterorum doctrina probata est sequenda, quam fuerit probata eorum, qui in albo Doctorum recensiti sunt; sed familiare est illis, qui cum se putent aliquid egisse, cum nihil egerint; rursus in idem reciduat, quo volebant extricari. Sic equi circumacti in Orbem, iterum eò re ducunt, vnde prius resiliabant; ita Anonymus in gyrum eandem circumuolutus, in idem recidit, ac si in labyrintho exerçetur.

7 Opponitur S. Vincentius, qui in quodam sermone de D. Thoma dixit, quod in multis dubijs Angeli, vel SS. Petrus, & Paulus eam instruebant, & interdum Beatissima Virgo.

Respondetur, ait, quod dato non sit his sermonibus S. Vincentij aliquid

quid addititium (vt multi putant) & admissio quod reuelationes eiusmodi ante approbationem Ecclesie non sint magne autoritatis ex 1. p. q. 1. a. 8. & dato q. eius qui eas S. narrauit Vincentio, non fuerint inuentiones, vt suppleatur, & refarciatur, quod in oppositum adducitur; dico idem referri de Scoto in quadam reuelatione S. Amadei, quem citat Ludouicus Manganellus in vita Scoti, quod viderit Scotum redimitum corona, & aureola tanquam Doctorem Ecclesie. Angelus etiam sic testatus est nobis in Apocalypsi B. Amadei, quando erudiens ipsum Amadeum de sac. Altaris monuit, vt in eius difficultatibus cum Scoti doctrina confuleret dicens, sentias de ipso secundum modum, quem scripsit vnus Doctor ordinis tui, qui est plenus sanctitate, quia primus gladium sumpsit pro Conceptione Immaculata. & paulo post Angelus ostendit Scotum cum diademate Beatorum in capite, & aureola DD. volumen hoc S. Amadei est.

Instatur, quia & si reuelationes priuatae non pertineant ad obiectum fidei, nihilominus, vt leuitas est illas passim sine defectu admittere, ita & omnes repudiare temerarium. hoc fuse docuimus in nostro tractatu de discernendis veris à falsis reuelationibus. Satis est vt rationabiliter asserantur, ne Centuriatoribus arma ministremus, si probati Scriptores, diuina officia quae in Ordine Prædicatorum recitantur, id tradant. Quod simile de Scoto asseratur maxime in doctrina Sacramenti Altaris, magis credendum est attestationi Crucifixi, & eiusdem Diuini Sacramenti, cum audita vox est resonans ex imagine Crucifixi eam doctrinam probantis, quam Scoti asserunt probatione; nam in Tridentino favorabilius est decretum transubstantiationis. substantiae panis in Corpus Christi per veram, & perfectam conuersionem, quam per positionem illam, vt altera substantia vice alterius substituitur; hæc enim potius translatio dicenda esset, seu commutatio substantiarum non verè, & propriè conuersio, vt communiter Theologi. legatur Suarez disputatione 50. sect. 2. ad responsionem 5. articuli ad 8. 3. p. q. 75. vnde Aug. c. 15. de Ciuit. c. 18. hanc differentiam assignat inter conuersiones miraculosas, & apparentes, quae sunt à dæmone, quod hæc sunt per solam translationem, miraculosæ autem sunt per realem rerum conuersionem. Non maiorem autoritatem sibi vendicabit reuelatio asserita Amadei, approbatione quae facta est D. Thome à Crucifixo, & per vocem à speciebus Sacramentalibus ministratam, Quod fuerit Scotus decoratus titulo Doctoris Ecclesie, non sufficit reuelatio priuata, nisi calculus accedat Piscatoris. De hoc Amadeo vide Cai. 2. 2. q. 174. a. 3. ad 3. & in continuat. 2. p. 4. tom. pag. 253.

7 Tandem subdit Anonymus debet S. Officium cognoscere de illis, qui adstricti vni Doctori, censurant opiniones non prohibitas, id præstat Gregorius 13. cum Michaeli Baio, & Concilio Constantiensi.

Hieronymo de Praga, & Ioanne Hus, & sine dubio quod tanquam propositiones seditioſæ, & piarum aurium offenſiuæ pertinent ad ſanctum Officium, vt conſtat ex expurgatorio Indice.

10 Sed quicquid garrit Anonymus, nihil ad Mercurium, non ſunt iſta cymbala congruentia ad numerum ſaltationis. Quis dubitat à priuatis dum indebitè cenſurantur propoſitiones Catholicorum, quæ cenſuram non merentur, iniuriam fieri authoribus, & meritò animaduerſi: ſed cum in vniverſum Scholæ, Academię, Vniuerſitates, & multi priuati Doctores nigro ſignent lapillo dictas propoſitiones, certè non ſunt lingua dolosa, nec carbones ſuniperorum famam denigrantium, imò quę magiſtraliter traduntur conſtare in ordine ad iudiciales cenſuras Eccleſiæ, viam parant, quemadmodum tandem ab Eccleſia proſcribantur tales nouitioſæ paraturę.

C A P V T IV.

Confutatio eiufdem memorialis, & defenſionis Libelli ſupplicis ad Iudices veritatis exhibiti à perſonato prius Anonymo, nunc verò delarvato.

Hoc eſt, Anonymus delarvatus.

Idem incognitus Elucidista, nunc tandem cognitus; vel Perſonati aſtus in conuellenda ſenſim antiquitatis auctoritate detectio.

R

Oſt detectas Sinonis artes ex fabricatione Libelli ad Iudices Veritatis, & doctriņæ, inueſto in Orbem equo Troiano, non potuit amplius idem Anonymus ſe continere, quin ad defenſionem ſui operis occurreret, hunc titulum fabricando. Libellus quidam ſupplex, cui titulus ad Iudices veritatis, & doctriņæ defenditur, & ſic præfatur.

1 *Ex gr, quæ in Hispania auctori Elucidarij contigerant, nihil eſt*

est, quod graviori nota dignus nonnullis videatur quam supplex quidam Libellus, cui nomen est, Ad Iudices veritatis, & doctrinae. hic quanquam sub nomine F. Francisci de Torres à Seraphica Familia Minorum in Oscense Academia prodierit, à plurimis auctoribus Elucidarij opera primam lucem vidisse existimatur. Contra hunc libellum prima censura, saq; gravissima est, qua nomine celeberrimarum Academicarum, Salmantinae, Complutensis, & Vallisoletae num. 82. anno 1628. cunctata est. Eum scandalorum uno ore appellant. Altera est sub titulo: nobilibus Salmaticensis Academiae, & Sacrorum PP. Dominici, & Augustini Ordinum prodijt: inibi hic Libellus ad iudices veritatis, & doctrinae, nihil aliud continere dicitur, quam Sacrorum Patrum contemptum, & Angelici Doctoris iniurias. Non multo post Alphonsus Baptista Dominicanus apologiam Casar Augusta praele mandavit, in qua non tam differit contra libellum illum, quam statuit propositiones nullibi scriptas, quas potenti plaga percussit. Huius censura parum mihi cura est, non enim qua ab eo impugnatur in Libello ad Iudices veritatis, & doctrinae reperitur ab illo, aut tractantur, vel impugnantur. Illa iudicia Academicarum, & Sacrorum Ordinum revereor, & suscipio, sunt enim aequitatis, & veritatis oracula. Verum illa censura à tribus dumtaxat, vel quatuor sine notitia Academicarum, & Religionum publicata sunt. Notissima est haec veritas in Hispania. Accedit posse interdum eo dolo, & fraude pessimos accusatores cavillari, ut non Academiæ tantum, & sacros ordines, veram & Concilia Generalia, & nationalia despiciant, quod sapissime factum in causis judicialibus, vel mediocriter eruditi non ignorant.

2 Videamus an re ipsa Libellus supplex, aut falsus, aut scandalosus complectatur: illud fidenter, & constanter asseruero, contradictorias propositiones illarum, quæ in eo libello continentur, gravem mereri notam, & censuram.

Prima Veritas est.

SI adhi sufficiens fundamentum, potest licite nova aperiendi opinionis via in controuersijs quæ fidei, aut bonis moribus sine laesione adiacent. Hæc propositio ita certa est ex communi SS. PP. Theologorum Philosophorum, Iurisperitorum sententia, quam retulimus 2. p. defensionis c. 2. ut nullatenus possit in dubium reuocari; idcirco errat gravissime apposta assertio, id est. Non licet cum sufficenti rationum fundamento novam opinionem tueri, neque illa erit probabilis.

2. *Altera propositio, quæ in ea prima veritate libelli supplicis continetur, est. Accedit, ut Declaret infimus interdum aliquid ingenij beneficio obtineat, quod non comprehendas supremus, huius contradictoria, ut minimum est temeraria. Istro enim Barbarus Exo. 18. Moysem in regendo, ducendoq; Populo superavit. latissime de ea re S. Chry. Hom. de ferendis reprehensionibus, & nos plura diximus 2. cap. nuperissime citato. hec ille.*

3. Depulso, & primæ partis veritatis assertæ examinatione satis conuincitur, quod author Elucidarij, & libelli supplicis ad Iudices sit Apologus iste ille, seu Elucidista, quando & coctas, & recoctas propositiones suscipit defendendas, ut nullus alius præter ipsum author possit deprehendi, qui in eodem cardine se versans, in iisdem principijs perseuerat, quibus antiquitas, & PP. veneranda canices impetitur, nunc breuiter ante examinationem primæ veritatis, eius scopum breui oratione signemus. Nec vitio dabitur si funem contentiosum ducemus, cum enim conetur ad se Patres attrahere, quam si nisi se trahi à proceribus Ecclesie, non illi cedendam est, sed resistendum.

4. Sed quorsum curiosa ingenia abducatur blanda, nimiumque periculosa nouitatis Sirena, haud obscure nouissimo hoc lustro desectum, est; cum quidam Personatus nouarum opinionum plastes, quatuordecim, que in abruptis, suspectisq; præcipitijs paradoxorum deprehensus, pro nihilo ramentum habuit, omnium recte sentientium notari digito, donec tandem etiam Romano ipso ab Indice notaretur: quanquam et hunc non sustinens, per contumaciam hætenus non auditam, aut non nisi apud damnatos hæreticos auditam regesserit, redhostieritq; audacter contra supremos librorum arbitros, utique aperto deinceps Marti pro nouitate certaturus. Veruntamen ab ipso limine aberrat nouus Atheniensis, ad nihil aliud vacans, nisi aut dicere aliquid noui, aut audire, de illorum certe numero, qui quondam curiosa sectati, in suis libris vitrices poenas experiuntur.

5. Tale porro principium statuit errorum omnium in quacunque facultate ferax seminarium ad doctrinas hominum pertinens, auribusque prurientibus accomodatam, quale de ingenio sapientiæ seculi, quæ Dñs stultitiæ vocauit, enasci potuit; & si illa Tertuliano auctore facta est temeraria interpretis diuinæ naturæ, & dispositionis diuinæ, hoc certe nihilo æquius scripturam nouiter, maloque more intellectam, obrorquet. Symboli articulos quatit, Patres eludit, decreta Ecclesie conuellit, Philosophiam deslorat, prostituitque in capite omnium platearum, statuens modum antiquitatis destruendæ, etiam nouitiolæ paraturæ inducendæ; adeo ut contentionibus, seu fouendis, seu excitandis nihil oportunius, corrumpendis scholarium ingenijs, nihil eruditis, sternendæ ad grauissimos errores viæ, nihil operosius calamitose hoc

se-

seculo licentiarum pleno videatur potuisse abortiri.

6 Quo nempe (si quid pressius hæc gratia exempli tangendum est) excogitatur illa gloriosa Virginis Matripaternitas? sanè ac quid creata paternitas admisceretur admirabilis, suspendoque numinis incarnati conceptui, à Spiritu S. obumbratam fuisse Virginem; de illo conceptum fuisse Verbum infans credebamus vsque modo: at nouum illud, extraordinariumque, & per communes Medicorum Canones, aut cognoscibile temperamentum Matri Virginei corporis (quod Apellis, ac Valentini schola multa concedit) huc quoque aduocandum erat, ut priora placita, eorumque impertinentia confectaria stabilirentur identidem tractucta in Iesu Christi Saluatoris nostri humanitatem, cui ex materia olim alimenti, hoc est Nectaris, & Ambrosiæ Pœtica mixtura, talis accesserit Symmetria, qua communes naturæ iuuiurias, famem, sitim, algorem, lassitudinem, nec non & fellis vesiculam, largæ capillorum excrementa non admitteret, quod & miraculorum efficaciam mira quadam, & secreta energia reddebat homini Christo, naturalitas. O suauis commentum! fortè simile est Deorum dapibus cum per canalisticam viam Calvinistica conditur cæna & suum ipsi defurno proximi pistoris elatû manna ad admirabiles in anima patras effectus se dicunt adhibere. Verum [quod velunt Saturnites somnifant] Philosophiæ itidem, & Medicinæ antiquitas explicâdo Christianæ nò dogmati hæctenus tam oportuna, tam morigora, ancillam sapientie diuinioris se prostrebarat, donec personatus ille erecto amplissimò nouitatis emporio (quo scholam placitorum Philosophicorum nuncupare voluit) eidem quodlibet dignum indignam sentiendi; imò etiam inopinabilia medicandi licentiam indulgeret; dum tamen fidei, cui hæctenus seruierat, solum non contraria fieret, ex ancillata iam est quasi manumissa Philosophorum vniuersitas. Pulchrè nec enim per aliam viam præclara ista hæc iamque ab Aquinate, Scoto, Henrico, &c. Christianæ loqui edocta Philosophia reduci poterat, in eam Babylonis exhedram, vbi Philosophos suos creare solita erat Patriarchas hereticorum; nisi enim selectiua, aut electiua secta postliminio redux capistrum humani ingenij exueret, propriam vnicuique intemperanti intellectu phantasmam indulgendo non poterat non Theologiæ superindui formam quippe, cuius principia hæctenus solius antiquæ Philosophiæ obsequijs vsa sunt, eius contenta mysterijs, explicata discursibus, sententijs adorata. Præterquam quod non video quid, citra hanc sentiendi libertatem contentionum segetem sectarum, ac sophismatum multipliciter, vanitatem, &c. Selectiue Philosophiæ finia displicuerit Apostolo cum explanabat: videte ne quis vos circumueniat per Philosophiam, & inane seductionem, quod eleganter explicat Tertullianus de præscriptio. c. 7.

Generalis cuiusdam principij, quod personatus subdole in fauorem nouitatis, & nunc delaruatus extruist, examinatur quantum ad primam propositionem.

AG B, principium ipsum ordine, ac p partes discutiemus. illud quidem tale est: si adest sufficiens rationis fundamentum, potest licite aperiri opinioni via in cōtrouersijs, quę fidei, aut bonis moribus sine læsione adiacent. Sic ille generaliter & confusè, eò forsan consilio, vt quo magis à remotissimis videbatur aditum nouitati sternere, tantò securius quodlibet cuiuscunque facultatis genus complecteretur, cui eam superinduceret. Nouę igitur opinionis in Philosophia, in medicina, in foro, in pulpitis, in confessionali iudicio, in Theologia noua placita vbique inuidare possunt, dummodo ratione nixa, fidem, ac mores non lædant.

2 Verum separemus hic nonnulla certa ab incertis. Illicitum in primis putandum est, nouitatem introducere in Theologia, in morum, fideique materia contra verustum sensum, ac mentem SS. Patrum, ac maiorum nostrorum, quantumuis sufficiens rationis fundamentum sibi nouiter substruxisse, aut inuenisse videatur particularis Doctor. sic statuerunt Patres 6. Synodi Generalis act. 12. dicentes. [Omniño necesse est non solum secundum sensum sequi Sanctorum Patrum, dogmata, sed & eisdem vocibus vti cum illis, nihilque penitus innouari.] Intellige nec septam aliter opinando, nec stylum aliter explicando, quandoquidem, & sensum illorum sequi, & vocibus vti præcipiunt, aut magis necessarium esse declarant. Religiosissimè id iam tum præstiterat Hieronymus, quando post promptam, intrepidamque trium subsistentium personarum confessionem, exhorruit nihilominus voculam trium hypostaseon, inque ea profitenda hæsitauit, quod nouella, adeoque prisco maiorum stylo dissona videretur. rem ipse narrat in Epist. huius argumenti ad Damasum his verbis. [Ab Arrianorum Præsule, & Campensibus trium hypostaseon nouellum à me homine Romano nomen exigit: interrogamus, quid tres hypostases posse arbitrentur intelligi? Tres personas subsistentes aiunt. respondemus nos, ita credere, non sufficit sensus, ipsum nomen efflagitant,] quia nescio quid veneni in syllabis latet, quod si à vocum, certè multò magis ob opinionum profana nouitate custodiendum est depositum. In cæteris porrò materijs fidem, ac mores non attingentibus, nouarum,

opi-

opinionum effrazem ferere licentiam, illicitum quoque est, quando aliter communis Patrum, ac antiquorum Doctorum chorus, communitati suffragio rem stabilivit. Huius rei exemplum suppetit in quamplurimis Theologiæ Scholasticæ decretis ad fidem non pertinentibus, quibus tamen nouiter sentiendi libidine cōtradicere nefas reputatur. Gratiæ, virtutumque habens infundi, eo modo quo ab origine docuit schola, non concernebat fidem: hanc nihilominus sententiam postea quam Patres Concilij Viennensis amplexi sunt, opposita quæcumque citra temerariam nouitatem introduci non potest. & post Trid. maiori nota inuritur. Videbatur similiter, in Moralibus super sufficienti rationis fundamento inniti sententia, asserens stuprum spontaneæ virginis carere circumstantia explicanda in confessione, Bannes 2. 2. q. 64. a. 5. similiter in delectatione morosa communiter tenetur, explicandam circumstantiam obiecti, & non deest moderatus ille contrarium docēs. Iamque serä cæpta erat, nec tamen communi scholæ, virisque insignibus placere potuit, quod singulari cōtra commune, noui cōtra antiquum excogitatum fuerat, proinde peregrinus ille nouitatis fructus instar sani rectorum exarsit, priusquam euelleretur. Quid? an sufficiens rationis fundamentum deesse videbatur ijs, qui Sacramentalem Confessionem Scripturæ internuncio expediri posse mordicus contendebant: at quia nouitium erat, insolens, veteribusque incognitum, oppugnari cæptum est, donec Apostolicæ Sedis fulmine expugnaretur. Vbi per occasionem non possum demirari satis frontem nostri personati (si tamen sub Iarna frontem esse præsumimus) quod scripserit, illam cōtrouersiam, contra Doctores Ordinis Prædicatorum fuisse definitam, quasi affirmatiua Dominicanorum fuisset sententia. Sed benè est, quod S. Sedi, ad minus si non Orbi (quem libenter alijs cedunt Prædicatores, satis constat quid in ea disputatione Thomistæ gesserint, quanti surrexerint in hostem uetustatis nouitiolam paraturam. Verum redeamus ad institutum.

3. Esto curiose nouitati, seu ut auctori mitius loqui placuit, opinionibus aperiat, citra manifestum fidei discrimen multiplex via: deferatur antiqua magis trita, ac secuta Patrum, Doctorumque semita, tantisper pro exercendo ingenio, quod ligari detrectat; num proinde aliquid probabilius assequemur? aut aliquid quod veteres saltem in semine nondam, attigerant obtinebimus? non putem, si inanem arrogantiam, fumumque secularis ostentationis demas, quem in studio nouitatis timeri iubet Cassiodorus, sollicitè cauens ne supra iudicium tantorum virorum uisuperabili præsumptione uenisse videamur. Relinqueret igitur putas veterum orbitam, sed verè exorbitasti, neque enim per callem irreuerentiæ, ostentationis, & arrogantiz, videtur veritas indagari: nec adhuc in Orbè visum est in hoc genere modernos aliquid

inue-

inuenisse, quod antiquos latuerit, nec verum aliquid dixisse nouitas; quod non iam fuerit dictum prius. At rationis fundamenta, eoque sufficientia obrendes? quomodo? num ergo veteribus ea defuerunt? ita ne sine sufficienti, imò sine meliori fundamento potuit consensuisse structura ipsius, vis antiquioris scholæ, ut alia, vel à fundamentis noua erigenda sit? Verum ponatur fundamentum aliud præter id quod positum est, excogitentur nouis opinionibus rationes nouæ; semper tamen contra nouitatem vetustas meliori fulcitur præsumptione. Rectè Basilus de Spiritu S. c. 29. [Quod si etiam temporis diuturnitatem pro nobis facientem vobis ostenderimus; an non videbitur vobis probabilia dicere veneranda sunt enim vetusta dogmata, quod ob antiquitatem, seu tantitatem quandam, habent quid reuerendum.] Pulcherrimus sane in omni Republica ordo fuerat, quamdiu iuuenis, coram cano capite asurgebat; mox verò ubi expiravit omnis in Patres reuerentia, ubi tumultuatus fuerit puer contra senem, & ignobilis contra nobilem (quod futurum prædixerat Isaias) miram rerum omnium confusionem sequi necessum est. Acutè Pacianus ep. ad Sempronianum: [Si Patres idonei non fuerunt (affirmando) nos idonei erimus negando & nostram potius authoritatem Patres sequentur, & emendanda Sanctorum cedet antiquitas, & iam putrescentia vitij canos apostolicos antiquitatis eradet.] Fateor cum ratio aliqua sufficientis vnde quaque fuerit, quæ diuersum ab antiquis suadeat sequendum esse, ut præ Cæsare, ac Platone semper amicior sit veritas, nunquam enim aliud quam verum concludit sufficientis ratio, nec sufficientis fuerit, nisi ad verum ducat. At obsecro in qua statera explorabitur cuiusvis nouæ rationis sufficientia? prius forsitan ipsiusmet ratiocinantis ingenio? at hæc non potest non esse grauissima libratio, præsertim ex adiecto philantiz secretiori pondere. Fortassis ex plausu vulgi, ex Palatinorum suffragijs, ex discipulorum votis æstimandam dices? Verum quid non talibus calculis probatissimum, dummodo nouitatem sapiat, cum aliqua suauitate, & relaxatione coniunctam, pictamq; primis humanæ eloquentiæ ornamentis? certe formidauit semper hætenus plebeium votum inculta, nudaque veritas, sciens illi se ferè non nisi odium parere, ac pati. Academiarum ergò consulendi senatus, inuestiganda probatissimorum Doctorum iudicia, indagandus Catholicorum Scriptorum sensus est: quod in exam. ne, ac censura obseruant illi, obseruandum. [Si quid fortè] aiebat Capreolus Episcopus Carthaginensis in Concilio Ephesino t. 2. c. 9. [nouarum controuersiarum incidere, id tempestiuè discussioni subijciatur oportet, ut vel rectè dictum comprobetur, vel condemnatione dignum explodatur.] Sed difficile erit ingenio curioso posteriorum Doctorum expectare iudicia; quando iam semel statuit antiquiorum placita præterire. egerrimè se subijciat Thomistis, Scotistis, Nomina-

libus, qui Thomam, Scōtum, Gulielmum meditabatur explodere, vt nouum quid crederet: vnde facillimè fiet, vt curiositatum sectator, non expectatis aliorum iudicijs, ceu sat benè in ratione fundatum inuentum suum Orbì obrudat; imò contra omnium criteria, mordicus teneatur: nec longè petendum huius rei exemplum, quando Personatus ipsemet iam delaruatus (quem contra hic agimus) nouitatum aduocatus, eam in seipso ostēdit contumaciã, qua commenta sua contra Apostolici Palatii Magistrum, contra Eminentissimos in Romana Congregatione Censores, contra Ecclesiam ipsam defendere ausus est; eo quod sufficienti rationis fundamento sibi stabiliri videatur, quicquid contra statuat Vrbs, & Orbis.

4 Neutiquam igitur licet nouitatum studiosis id afferre quod saltem in Patribus inchoatum non reperitur, quodque sit extraneū profus, & addititium Theologicis principijs, aut etiam quod ex vero principio per extortam, violentamque dumtaxat subsumptionem inferitur, quodque nullam antiquæ doctrinæ similitudinem habeat, sed profus noua, & peregrina specie differat radicitus à semente, quam prisca Doctorum industria in fundo scholarum consequit. ita præcipit Lerinensis in eadem persans sementis metaphora: [Seuerunt] inquit c. 30. [maiores nostri in hac antiquitus Ecclesiastica segete triticeæ fidei semina. iniquum valdè, & incongruum est, vt nos eorum posterì pro germana veritate frumenti, subdititium zizaniz eligamus errorem; quin potius hoc rectum, & consequens est, vt primis, atque extremis sibi met non discrepantibus, de incrementis triticeæ institutionis, triticei quoque dogmatis frugem demetamus, vt cum aliquid ex illis seminum primordijs accessu temporis euoluatur, & nunc dilatetur, & excolatur; nihil tamen de germinis proprietate mutetur: addatur licet forma, species, distinctio: eadem tamen cuiusque generis natura permaneat]

5 Denique si exercendum est ingenium, si acuendi spiritus, si spatiandum aliquanto liberius vltra communes hodiernæ scholæ metas; sat magnum aperiunt campum, tot tamque variz probatorum Scriptorum lucubrationes, tanta diversissimorum tractatum spatia, tot Patrum commentaria, tam vastæ bibliothecæ, è quibus nouum aliquid eruere, quod inibi iacuerat, neglectum hactenus excolere, quod minus hactenus cultum fuerat, agitare quæ nondum disputabant; hoc quidem curioso cuiuslibet ingenio dignum studium, congesserim; cætero quia extra Progenitorum nostrorum sat ampla territoria, post nouitates declinare, sectari plausibilia, atque curiosa, aut in ijs potius inanè Scholastici Principatus aucupari gloriolam; & periculo plenum est, & omni emolumento caret. Nouissima ignorare melius est, auctore Terulliano, c. 14. de præscript. [ne quod non debeas noris, quia quod debeas nosti] acrius de bono Martyri] cap. 14.] Peruerfitas fidei (inquit) pro-

probata non credere, non probata præsumere.] Cõsentit Bernardus: oppo-
 174. arrogantiam damnans, periculum insinuans in studio nouitatis:
 [maximum (inquit) veritatis præiudicium est, præsumere quicquid ma-
 iorum prudentia præterijt,] nec verò tale est, quod nisi prætereundum
 fuerit, Patrum quierit diligentiam præterijisse. [Ego Deus (dicebat
 per Isaiam) docens te vtilia,] non subilia, & curiosa; his enim passibus
 ad impietatis foueam humanus intellectus festinat, in schismata, & dif-
 fensionem incurrens. [Nobis etiam curiositate non opus est post Chri-
 sti receptam disciplinam (vt testatur Tertullianus de præscript.) nec
 desideramus vltra credere, hoc enim prius credimus non esse, quod vl-
 tra credere debeamus.] Sanè nouum quid, ac proprium nemo se habe-
 re, aut excogitasse iactabit, nisi solum mendacium, vt ait Augustinus
 de doct. christ. c. 25. & dum quisque nouarum opinionum chimeras
 venatur, maiorem sibi errandi acquirat voluptatem, plus enim viden-
 tur huiusmodi (eodem Augustino teste) nouitatis curiosi, quàm veri-
 tatis studiosi.

*Eiusdem primæ veritatis secunda pars examinatur, quæ continetur
 in posteriori eiusdem principij parte, & propositione,
 & notatur ingenium delaruari versipelle in eluden-
 dis Patrum auctoritatibus.*

Eiusdem primæ veritatis altera propositio (vt dicit delarua-
 tus) quæ in ea prima veritate Libelli supplicis continetur
 est: [Accidit vt Doctor infimus interdum aliquid inge-
 nij beneficio obtineat, quod non comprehendebat supre-
 mus. huius contradictoria, vt minimum est temeraria; lethro enim
 barbarus Exod. 18. Moysen in regendo, ducendoque Populo supe-
 rauit] latissimè de ea re S. Chrysostomus Hom. de ferend. reprehens. &
 nos plura diximus 2. cap. nuperrimè citato. Verum & vt eleganti discursu
 profectur S. Chrysostomus [quod multa sunt, quæ magni, &
 admirabiles viri ignorant, quæ tamen parui, abiectique scire solent.]
 Sed ex vno flore ver arguere, vel ex vno facto propositionem, & ma-
 ximam vniuersalem inde deducere, indecorum est, nempe vt quiuis de
 media plebe hac arrogantia præsumere vellet, vel in Theologicis discursibus,
 vel scripturarum interpretationibus, se melius rem attingere
 quàm veteres, & sapientes assecuti sunt. Præclare Nazianzenus orat. 2
 in S. Pascha, de diuinorum mysteriorum cognitione differens, scripsit,
 quæ

que de sacrificijs, & lustrationibus, atque oblationibus lege sancita sunt, & solis esse conspicua, qui virtutibus Moysen referunt, vel ad eius eruditionem proximè accedunt. Sed vide graduationem in sapientia ab eodem Greg. orat. 2. de Theologia descriptam. timebat Sanctus, quâ tumuis acutissimi iudicij esset, & dicebat, hoc propter infirmitatē, ut nubem penetrem, ac cum Deo commercium habeam (Deus enim ita iubet) Si quis Aaron est, comitem se ascensus præbeat, atque in propinquo stet, etiam si extra nubem sibi manendum sit, equi, bonique consulens: si autem Nadab quispiam, aut Abiud, aut ex seniorum ordine, ascendat ille quidem, ceterum procul consistat pro purgationis suæ merito, ac dignitate. Si verò quispiam è vulgo, atque huiusmodi sublimitate, ac speculatione indignus, siquidem omnino impurus, ac profanus sit, nullo modo accedas, ne ea temeritate periculum sibi accersat: si autem leniter saltem purgatus, inferiori loco maneat, ac salam vocem, & buccinam, hoc est nuda pietatis verba audiat. Montē etiam fumo circumfusum, ac coruscantem videat, terrore simul, & admiratione afficientem eos, qui ascendere nequeunt. Quod si quis belua est immitis, & pernicioza, nec speculationis, & Theologia vullo modo capax, ne velut in sylvis versutē, ac malitiosē latitet, ut impetu repente facto, verbum aliquod, vel dogma rapiat, atque obreclatationibus, & calumnijs saluberrimam doctrinam discerpas; verum longius abhuc consistat, atq; à monte recedat, alioqui lapidibus opprimetur, et obtereitur, malusq; malè perdetur, lapides. n. sunt beluinarum hominibus veri, ac solidi sermones. siue pardus sit, simul cum varijs suis notis ac maculis emoriatur: siue Leo sapiens, ac rugiens, ac quærens, quoniam animarum, aut dictionum nostrarum deuoret: siue porcus egregias, & illustres veritatis margaritas conculcans: siue Lupus Arabicus, & externus, aut etiam his, quoad sophismata, & captiosas disputationes acutior: siue vulpes, hoc est versuta quadam anima, fideque dubia prædita, ac pro temporū varietate alia, atque alia, nonāq; subinde, ut id rebus suis conducere arbitratur, formam assumens, quàm mortua, ac putrida corpora nutriunt, aut parua vinea, magnis fuga subductis, siue denique aliud quoddā crudinorum animal, legis que edicto reiiciendum, atque eiusmodi, ut ob impuritatem eo ali nefas sit. Falsi enim Orthodoxa doctrina ab his abscedere, atque in duris, et lapideis tabulis inscribi, idq; utrinq;: tum ob externam, ac perspicuam legis partem, tum ob internam, & abstrusam, illā v. 3. trinitatis bāmunculis, atque inferiōri loco manentibus, hanc paucis, sursumque tendentibus.

2 Mira ergò hæc graduatio Nazianzeni, ut primò loco Moyses ponatur, qui à Deo immediatè erudiendus erat, intra nubem ascendat, cum Deo locuturus facie ad faciem, qui reuelationem ad alios trans-

funderet debebat, habuitque mysteriorum euidentiam in attestante, qui ex Greg. Nazianz. oratione de fide *Gali, ordines mundi, elementorum vices, totius denique Orbis ornamenta digessit, & filium cum Moysa locutum esse scimus, qui agendis, explendisque rebus à Patre aduenit, &c.*

E vestigio Aaron, Nadab, Abiù, & 70. è senioribus Israel, qui tamen nubem non intrarunt, benè tamen à vulgo erant separati, tanquam proceres, & propinquiore Moyfi, vt capaciores diuinorum mysteriorum, vt si quæ quæstio nasceretur, donec Moyfes rediret, ad eos deferretur. *si quid quæstionis natam fueris, referetis ad eos.*

Vulgus locum non habuit, sed præscripti sunt termini montis, & præclufi Populo Exo. 19. *Non poterit vulgus (ait Moyfes) ascendere in montem Sinai. & ibidem: omnis, qui tetigerit montem, morte morietur: siue iumentum fuerit, siue homo, non viuet.* Nomine vulgi, laici & simplices: qui sequi debèt proceres, & sapiètes, signatur, nomè bestiarum habètes, sūt animales affectus belluinis moribus imbuti, quibus pariter debent abdita mysteriorum obrudi. Sub nomine pardi intelliguntur, quii varijs erroribus, & maculis hærefum sunt denotati. Sub nomine Leonis, dogmatici, & prædicantes animas seducètes, & dogmata impugnantes, sub nomine porci, carnalibus affectibus insistentes, qui margariti pretium spernunt, & conculcant. sub nomine Lupi Arabici, cavillosis sophismatibus, & captiosis disputationibus sacra mysteria impetentes. sub nomine vulpis, qui secundum tempora nouas fidei confessiones assumunt, vel variant, vt eorum fides sit fides temporum, præue ipsis conducunt ad suos politicos fines assequendos.

3 Non erat Iethro designandus locus in monte, qui barbarus, laicus, quantum vt patet ex c. præcedenti, Moyfi Hieropolitica consilia, antequam ad loquendum cum Deo accessisset, suggestit. & delaxatus Sellam propemodum aptarat, vt si fortè cum senioribus sedendi locū assignaret, ex vnicò illo consilio, minutoribus Scriptoribus, & sapiētibus Içari alas adaptare possent ad extollendum se super altitudinem nubium, vel intra nubem intrare cum Moyse suasisset. Certè vnicuique in sua arte perito credendum est, & furor non vltra crepidam, alioquin querimonia auræ completerèt, sed & nedū futores lanij, cerdones, tonsores ad subsellia Ecclesiastica non vocati. Non conquestus est Iethro, & delaxatus de contemptu, quod non fuerit vocatus, fomitem subministrat. Sapiēter Epiphanius hæref. 48. scripsit. *Sepenumero enim immūdi spiritus coguntur seipfos subuertere, quòd non sint veritatis, & ostendere Dominum suum, volentes, & non volentes propter necessitatem, sicut puella, quæ habebat spiritum Pythonis dicebat: Hi homines Serui Dei excelsi sunt, qui annunciant vobis viam salutis. Contra verò dicebant parentes adducendo rationes politicas, coram Principi-*

cipibus: *Demon dicit* (ex Chryf. in Act. 16. Ho. 35. *Filij Dei excelsi*
Tu vero, quod turbans nostram Civitatem; illa dicit, quod annunciat
viam salutis: Tu dicit; tradunt nobis mores, quos non licet suscipere.
 Volens nolens, cōfiteri necesse est seruos istos esse Dei Altissimi, Patres
 & proceres Ecclesie, & annunciare nobis viam salutis, tradendo no-
 stra dogmata. Falsus est, & id diabolus per organa sua loquens, cum
 PP. autoritatē per Calvinianos vrgebat, & olim per Donatistas, quid
 impiopoliticus homines sunt, errare potuerunt; assequi potest interdum
 minimus, quod Patres praterijt, Iethro interdum super Moysen esse
 endus.

4 Si propositio delarvati tanquam doctrinalis, vel vniuersalis vē-
 ditatur in quacunq; arte, & facultate; mira est ampliatio, vt politici-
 cus corrigat naturalem Philosophum, Philosophus Theologum, sutor
 sculptorem. si intra particulares artes, & facultates, non est restricta
 facultas, qn adiuventores facultatum, experientia, precedente tēpore,
 excogitandi quæ alius non attendit, relinquunt. Verum in his omni-
 bus, in tradendis primis principijs, elementis, & huiusmodi, vix raro
 possunt pertinere iniiores ad sapientiores superandos: & si excedere
 possint in deductionibus, explicationibus, & huiusmodi, quan-
 doque id accidit, nec regulariter: & in facultate Theologica multo
 minus, vbi non sensu, rerum experientia, sed reuelatione proceditur,
 quæ Deus à Xpo ad Apostolos, ab his ad Apostolicos non ad plebē, &
 animales homines vicaria, & ordinaria successione mysteria voluit re-
 uelari. Sit Iethro Moysen in vno facto consiliarius, non subinde in co-
 gnitione posteriorum virgulam censoriam supra Moysen, & reliquos
 Senatores, & seniores arripit. De consilio serato est in scriptura, non
 de institutione doctrinæ. audiatur idem Chryf. Homil. de fere. repreh.
Licet mirum in modum sapiens sis, & perspicias ea qua oportet, attamen
homo es, & consiliario tibi opus est, solius enim Dei est nullius
indigere, & nullo opus habere consiliario, & propterea de eo solo dicitur.
Quis cognouit sensum Domini, vel quis eius consiliarius fuit? &
quid lucidius Solis; attamen & lux eius deficit, & profectio sicut fulgi-
dam illam lucem, & fulgurosam iubar sapientiarum superveniens ob-
tenebra, obtegunt; ita & intellectum nostrum quasi in meridie fulgen-
tem, & perspicuum inconsiderantia obrepens tenebrosam reddis. &
nonnunquam evenit, ut sapiens non videat quod oportet, & bebetior
clare, & acutè illud perspiciat, & post multa tandem sic concludit. Cō-
siliarijs enim omnes opus habent, etiam si Moysi conferri possent; multi
enim sunt, quæ magni, & admirabiles viri ignorant, quæ tamen par-
vi, abiectione scire solent, & mox exemplificat de Iethro, qui Moysen
in agibilibus instruxit, homo alioquin barbarus, & insipiens, qui quæ
in solitudine vitam egerat, neque ulli communicarat, qui Populos le-

gibus vexerat, & ad hoc impius erat, quo non est certius infipientia argumentum; nihil enim Gentilibus est infipientius. Non ergò nisi de agilibus, & consiliatiuis loquebatur Chrysoströmus. Cæterum in contemplatione veritatum speculabilium, maximè diuinorum mysteriorum, opuse est, vt notat S. Thomas 1. c. g. c. 3. animaduertere, quod duorum, quorum vnus præ alio rem aliquam intellectus subtilius inuenitur, ille cuius intellectus est eleuatiore, multa intelligit, quæ alius omninò capere non potest. Sicut patet in rustico, qui nullo modo philosophiæ subtiles considerationes capere potest, intellectus autem Angeli plus excedit intellectum humanum, quam intellectus optimi Philosophi intellectum rudissimè idiotæ, &c. & post multa, Sicut igitur maxime amentia esset idiota, qui ea, quæ à Philosopho proponuntur falsa esse assereret, propter hoc quod ea capere non potest; ita, & multò amplius nimis stultitia esset homo, si ea quæ diuinitus reuelantur, falsa esse suspicaretur, ex hoc quod ratione inuestigare non posset; cum ergò ex diuina reuelatione intra nubem facta Moysi, instructus esset præ cæteris intellectus Moysi, & per canalem ad seniores diuina traditionis mysteriorum descenderit; habebit ne hic locum Iethro, cui nec tangere montem fas fuit, vt seniores, vel ipsum Moysen instruat, etiam in agilibus consiliatus sit?

5 Id quoque nec leuiter ponderandum, quod casus talis instructionis à Iethro factæ singularis fuit; inconsequens ergò erat eleuari à delarua to ad canonem vniuersalem: particulare fuit medium, quod assumpsit prouidentia diuina ad suos certos fines per Madianitam Sanctum Moysen instruere videndum (dicebat August. q. 68. in Exo.) ne forte ibi voluerit Dominus ab alienigena moneri Moysen, ubi posset tentari superbia, etiam à bellua admonitus Pseudopropheta Balaam, an in consequentiam id factum trahendum, vt nouos modos efformet syllogizandi pro noua Academia placitorum Philosophiæ magnificanda, & quod ad agibilia, vel facta particularia factum legitimus, ad canones vniuersales extendatur, vt barbarus, vel Gentilis hæreticus infuket Orthodoxo, vnumquemque eorum melius intellexisse Verbum Dei, quàm proceres in Ecclesia positos à Deo, ne circumferamur omni vento doctrinæ per impostores excitato. Sit contentus delaruatus, Iethro consiliante, & procul à monte recedat.



§. 2.

Secunda Veritas à delaruoato proposita.

Statuta Academicorum à Sede Apostolica confirmata, delogendis Doctoribus diuersis, & aduersis, quales sunt D. Thomas, D. Bonan. Scot. Durand. Gab. & alij: sunt aequissima, & iustissima.

Contradictoria huius propositionis est temeraria, scandalosa, & Apostolica Sedis admodum iniuriosa, Iulio 2. Benedicto 11. & complurimis alijs Romanis Pontificibus.

Impugnatio.

Diuersæ Academicæ illicitæ essent, si illicitis niterentur fundamentis, eodem titulo damandæ, quæ de factionibus querela est, si discretiuo iudicio ad lineam doctrinæ communis, in rebus grauibus non dirigerentur. Cum verò diriguntur, idem valent congregatæ, quod & disinctæ, hoc vniuersi, quod singuli, & nullo modo diuersitas cathedrarum factionum nomen inducit, sed magis doctrinæ vnitatem confirmat ex varietate defensionum. Et si mille clypei inspiciantur, vna, atque omnis armatura fortium; dum canonicas sanctiones seruat, canonesque doctrinæ, omnia præbando, quod bonum est tenendo. Illis verò potius factionis nomen accomodandum, qui vel in odiû bonorum cõspirant aduersus antiquitatẽ conclamando, sub prætextu publicæ charitatis, vel tædio vetustatis, & amore nouitatis, vanitatem pro veritate venditantes, populares plausus affectant, & salutaris disciplinæ retinacula dirumpentes, inaudita paradoxa, & sabellas inducunt, quæ tota schola abhorret, vt earundem dissimilitudinẽ fidem infirmet veritatis, vel eam potius sic euincant, vt quis Protestantium non putet Scholasticorum choro esse credendum, quia nec Thomistis, nec Scotistis, vel Nominalibus interdum inter se cõfingentibus. Verum ex Tertull. in Apolog. c. 40. *Semper humana gens malè de Deo meruit, primò quidem, vt inofficiosa eius cum intelligeret ex parte non requisit, sed & alios insuper sibi commentata est, quos coleret; de hinc quod non inquirendo innocentie Magistrum, & nocentia iudicem, & exactorem omnibus vitis, & criminibus inoleuit, ita proferre accedere solet in diuina Theologia, vt superba aliqua factio inofficiosa non requirat vetustos veritatis Magistros, nouosque commentetur, quos colat*

colat, de quibus dicitur: *nomi, recentefq; venerunt, quos non coluerunt patres eorum*; deinde Populi non innocentiz Magistros exquirunt, & scelerum vindices, sed laxos, prurientes auribus; unde fit, vt plebes in omni vitiorum genere volutentur, auersi à sana doctrina, Cælo, & Deo. Omnes ergò Academiz, loco, tempore, habitu, situ disijunctæ mez sunt, mecum sunt, cum publicam Ecclesiæ causam, leges, disciplinam defendunt; sed cum aliqua à communi decreto scholæ defleat ad propria, mecum non est, destruitur enim id, per quod multi vnum sumus: at non propterea quia vna excedit, Theologorum vniuersa schola corruit, & si à veritate corruat suæ scholæ antesignanus, an irrita totius scholæ decreta, quia Durandus impanationis patronus, & gratiæ Sacramentalis matrimonij obnegator; vel quia alius (quo, vt Magistro tã opere Lutherus gloriatur) Põtificiæ maiestatis è impugnator, & mulcorum peruersorum dogmatum cultor? Leguntur ergò hi authores, sed non semper vt discipuli sint eorundem sectatores, sed tantum auditores, & perniciosum à vili fecernant, eorundemque placita non cum proprijs sensibus, sed cum corde Ecclesiæ conferant. Vtile est talium auctorum assertiones legere, subtilitates proponere ad indagandam veritatem, varias vias scrutari, vt veritas innotescat; pro instituto autem curiositatis ab omnibus Academicis reiecta ad propria vertere illicitum; eò magis quando simplicitas veritatis, sub nubilo non, adhuc explicata latebat, alijs adinventionibus obumbratur, vel quod Religio adhuc non intellectum venerabatur, scrupulositas humana fidem aspernata mutare assolet, incerta admiscendo in ijs, quæ inuenerat, certa. Papelista, vel Apologista fortassis Okamo vellet tradere scholares erudicendos. bene, si non reclamaret Ecclesia in c. S. Rom. d. 15. quæ ab hæreticis, & Schismaticis, & non tutis Doctoribus conscripta sunt; nullatenus recipit Cath. & Rom. Eccl. Sed nonne inquires Okam Nominalium Princeps? at male feriat Theologus. Esto: at non propterea ex Philosophorum albo reijciendus. Sat nobis, si è Theologorum albo, Deslore contradicete, posuit expugni. Nonne vides è lacunis Gẽtilium obiectiones suffurari? dicebant enim malè syllogizantes; dum eadem Philosopharentur in multis Christiani, cum gentium Philosophis debere in omnibus paria sentire. Sed dicit aliquis, etiam de nostris excidere quosdam à regula disciplinæ, desinunt Christiani haberi apud nos; Philosophi verò illi cum talibus factis in nomine, & honore sapientiæ perseuerant. Quid Tertull. in Apol. c. 46. responderat. *Quid adeò simile Philosophus, & Christianus? Gracie discipulus, & Cæli? fama negotiator, & vitæ, verborum, & factorum operator? rerum edificator, & destructor? amicus, & inimicus erroris? veritatis interpolator, & integrator, furator eius, & custos.* Quid Okam in Põtificiè iniurius denotatus, an catholicis p̄ omnia commendabilis? quæ in

uer-

uersio Theologorum, cum Philosophia, per illos facta, qui Theologiæ mysteria per Philosophicas, nouellas tamen sententias, adulterarunt, viamque tritam philosophicam in obliquos alios, & inextricabiles trames sciderunt, & peiores in ipsa Theologia?

3 Non execratur ergo catholicorum disciplina variarum cathedrarum multipliciter, & varios earundem moderatores, si illius cathedre Doctore à Xpo proposito morem geramus, illi fasces submittemus, nec procuremus contra Apostolicam normam fieri plures Magistri, diuersa, & aduersa sentientes. Execratur opinandi vagam, fluxamque libidinem sine duce, ac præceptore; sunt autem duces, ac præceptores nostri Apostoli, & Apostolici, Patres, atque Doctores, quos vt necessarium est in sententia graui per omnia consecrari, ita in probabilibus communiorem, vel plurium, eorumque, aut sapientiorum, vel celebriorum positiones sequi rationabile est, maximè cum in eiusdem categoriæ viros incurrimus DD. & Patres alios, quibus tunc eruditos nosmetipsos committere possumus. Nunquam tamen priores illi præ posterioribus, nec veteres præ nouis relinquendi, aut nouas cathedras erigete, vel multiplicare fas est. Etiam peruelles dicebat Tertull. lib. contra Prax. c. 20. *quia pauca sunt, qua in sylua inueniri possunt, pauca aduersus plura defendunt, & posteriora suscipiunt.* Regula autem omni rei ab initio constituta in prioribus, & in posterioribus præferbit, vtique, & in paucioribus. Laudabilis ergo cathedrarum institutio legibus tamen regijs, vniuersitatis, Põtificijs adaptata, ut Theologiam illarum moderatores explicent non obscurant, ædificant non euertant, sint ædificatores Hierusalem, non Babylonis structores, quod certè contingeret, si vnusquisque proprio idiomate loqueretur, vel opinaretur suas cogitationes, tanquam adorandas illas proponendo. vide Aug. 18. de Ciuit. c. 41.

4 Sed dices, dum hoc modo veritas manifestatur, interim incredulitas, non diuinum negotium existimabit defendi, sed magis Philosophiæ genus; nam etiam si noui insurgerent Magistri, eadem profiterentur dogmata, & virtutes; cur ergo comparati in disciplina, non æquamur ad licentiam, impunitatemque disciplinæ? Debebat hoc argumentum paria vtrisque facere, & demonstrare quodcunque docet antiquitas, per nouitatem non excludi; ipso autem facto excluditur, si expressè profitemdo dogmata, effrænis, vt putant in adiaphoris, euagandi licentia præberetur, quæ ne præberetur, in antiquis cathedris restricta, vt nec vna in omnes insurgat, mutuanque operam sibi impendant, suasque doctrinas cum communi placito concordent; id Vniuersitatis Salmantinx statuta, id cathedrarum Rectorum stylus ostendit atque suadet, quod Durandi, vel Scoti mentem explicantes, & subtilissima argumenta proponendo, tandem in doctrinæ, aut Doctoris commu-

nis sententiam abeantes, contraria argumenta dissoluunt, vel sententias conciliant, si probationes conciliare non possunt.

5 Non ergo hac via institutio diuersarum cathedrarum violatur, nec approbatio earundem impetitur, vel iniustitia fouetur, aut infidelitas in non seruandis statutis introducitur, vel suffocatio in vno sequendo Doctore locum habet; quin potius hoc nomine gratia pangitur apud sectatores veritatis, quam illulores affectant, & a sectando corrumpunt, gloriam inanem aucupantes.

6 Expedite autem suo dogmati Apologista suffragari putat Angelici dictum; dum docuit, quod diuersæ opiniones DD. Sac. Script. siquæ non pertinent ad fidem, & bonos mores, & absque periculo auditorum vtramque opinionem sequi posse, quod prius S. Aug. lib. 2. cōtra Donat. c. 4. docuerat: at non excessit S. Thom. à regula disciplinæ, quando non figmenta, sed veram opinionem, non quālibet, & cuiusuis doctorculi, sed tolerabilem, & rationabilem sapientum, & DD. sequi posse auditores edocet, Apostolo instruentem, [vnusquisque in suo sensu abundet.] Sed dum sequentes facit auditores, non inuentores, satis admonet, non quò volumus Doctores veteres trahere, sed ab ijs trahi potius ad eorum sensum accipiendum. [Sunt autem (dicebat Basilus in Esai. c. x. ijs verbis. vch scribentibus iniquitatem) nonnulli, qui indignum censent suorum maiorum insistere vestigijs, & quæ ab iisdem tradita sunt dogmata confectari turpe esse existimant. Isti sunt, qui maxime videntur authores excitandarum nouitatum; quare nouas quasdam doctrinæ mollitiones comminiscuntur præter rectum, & aduersus hos torquetur, & peruenit hoc Vg. in hos inquam & c.] Crede Apologista, quod hæc methodo procedere, nec fundatores vniuersitatum despiciuntur, nec Pontificiæ sanctiones paruipenduntur, nec iustitia violatur, nec vilo modo vniuersitates, vel fundatores aliqua nota inuruntur, v3. ignorantix, impietatis, vel malæ doctrinæ legislatores, vel factores, & qui aduersus tam fundatas foundationes scriberet, vel prædicaret, infamia potius notaretur, quam eas denotaret. Id tantummodo cauetur, vt hæc sequela Classicorum Doctorum communem sententiam pro priuata non deseramus. Catholici enim munus est (ex Lerinensi) fidem Catholicam cum Doctoribus recipere, non cum aliquibus DD. fidem Ecclesiæ deserere; tunc autem hæc dispositio introducitur, quando veteribus incognita inducere volumus, non antiqua recipere. Reclamabat autem Hormisdæ ep. ad Possessorem [Vna pertinacis quorundam cura propositi, rationi velle imperare non credere, contemptores autoritatum veterum, nouarum cupidi quæstionum, solam putant scientiæ rectam viam qualibet concepta facilitate sententiam; cuiusque tumoris elati, vt ad arbitrium suum vtriusque Orbis (Orientalis, & Occidentalis) putent inclinandum esse iudicium.]

De

6 De conscientia ergo Religionis, disciplinæ unitate, & spei fore-
dere diuersas has cathedras agnoscimus, & reueremur. Non ergo sa-
pientia Attica in oratoriam acclamationem Apologista repente se
cōmutare debebat, & in laudibus aliquorum Clāssicorum (quasi de il-
lis dubitarem) tam exactè immorari, et in commédatione virtutum.
Agnoscimus Io: Scotum subtilissimum Doctorem, subtilium Princi-
pem, de Theologia benemeritum, omni virtutum genere ornatum, sa-
tis per omnium virorum ora decantatum, & DD. quos Apologista
recenset: in puerili forma eidem apparuisse Iesum non diffiteor. *Dul-
cis e a forma, & species, ex Tertull. lib. contra Iudæos.* [quasi vagitu
ad arma esset conuocaturus, & signum belli non tuba, sed crepitacil-
lo daturus] auferendo spolia Damasci. at fortior species quando è cru-
ce Thomam quoque allocutus de bellico stipendio pepigit, cum com-
mendatione doctrinæ insignem militem, & bellatorem fore portendit.
Quis autem vnquam dixit, absque peccato Scoticæ doctrinæ nullum
posse dare nomen? reuincitur id experientia, & tanquam inane com-
mentum repudiatur, non nisi ad odia, & similitates id fabricatum di-
gnoscitur. Discat opponens erroris sui morem, non sic exaltare aliquos,
vt ceteros deprimat, & similitatem fomité nō ministrare. Præiudicatū,
ait, Illustrissimæ Religionis Franciscanæ, quæ inquit plura subiecta, quā
reliquæ quatuor vnitæ (alludens ad mendicantes) contineat, dum illi
cathedra sua interdicitur ab Apostolica Sede probata, in Vniuersita-
tibus Salmant. & Compluten. plausu recepta. Sed quis inhibuit nisi
discordiarum filius. [Habet (dicebat Hier. Epistola ad Paulinum) vnū
quodque propositū suos Principes, Romani Duces imitentur Camil-
los, Philosophi proponant sibi Pythagoram; & vt ad nostra veniamus,
Episcopi, aut Presbyteri in exemplum, Apostolos, &c.] Et vt in propo-
sito nos discurramus, laudabiliter Academix de Principibus, Clāssi-
cis gloriatur, Thoma, Scoto, &c. sed ordine quodam lapides isti con-
strati, vt eorum autoritas, quæ maior, quæ minor ex maiori Ecclesie
approbatione, & commédatione noscatur. Nec enim tot encomijs Sco-
tus, quot S. Thomas illustratus, & si satis cum cæteris sit commédatus,
& satis commendabilis, quod in Principe Vrbe, absque resistencia im-
primatur. At modernorum approbatio ex ordine Senatus, & negatiua
expurgatio Tribunalis S. Officij, non tanta autoritate pollet, quanta
vniuersalis Ecclesie positiua probatio, vt in Patribus, & veteribus Do-
ctoribus factum est, & cum probatione commendatio, & cum commé-
datione, ad doctrinam S. Thomæ propagandam, adhortatio. Inanes ergo
canones edidit Apologista, hæc non distinguens, nimirum derogās sta-
tuto S. Francisci, vt absque culpa nullus possit sequi doctrinam Scoti
vel quod possit astringi ad alios contra eius mentem sentire posse, in
excommunicationem incidit latam aduersus Religionum mendican-

rium fugillatores, &c. derogans libris per Senatum, & Tribunal S. Officij permiffis, et probatis. in idem crimen fugillationis incurrit tamquam temerarius, & deprauatę conscientię notam apponens doctrinę iam probatę, ac fi cum doctrina Ecclefię minime concordaret. Et hos omnes, & fimiles vt maledicos habendos, & iniurios oculois Ecclefię Senatus, & tribunalis fidei, quafi in probatione, nec videant, vel ignorent, vel fi aduertant, fufpectis doctrinis non medeantur. O glorię licitam talium librorum, quia humanam, cui nec in dies nouitatum detectio neceffaria: & fi omiffa collimatio, fatis eft, ne temeraria reputetur, etiam fi à maioribus inferiorum Tribunalium Cenforibus Pertri nomine, vel delegata eiufdem poteftate committatur: Si in caufa glorię, & famę vexillum virtutis extollis ex negativa probatione, fuperiori limę femper fubordinata, iã desperati, & eierati habentur procurantes bis ad limam libros venire, fuprema gloria eft id exigentium, cum res ipfa exigit, ex publicitate nouellę doctrinę tales libros fuprema manu fic fupprimi, vt non amplius euulgentur in eternitatem.

7 De cenfura ergo Apologiftę non expauefcimus, qua illos foloę ferit, qui Academij non deferunt, illifque vale dicunt, & ab ijs ad fua ingenia appellare folent, veterem imitati heterodoxiam; explicauimus autem quantum illis, & eorum moderatoribus fit deferendum, quando, & quomodo, non vt prętextu plurimarum, nouę introducantur, liberaq; opinandi licentia inducatur, fed vt inter multas, vnitas & concordia doctrinę feruetur, per quam multiplicitas, atque difformitas contraria veteribus repellatur. Illaque fchola maior erit, fi Ecclefię cathedra minor erit, & cęteris in eo maior, cum in fupremę cathedrę obfequium omnes alias defert, omnemque virgulam cenforiam fubijcit illi, quę omnium eft Ecclefiarum, & tribunalium magiftra. Abfit, vt indigne feramus diuerfarum fcholarum uarietatem, & institutionem, aut aliquam machinemur ultionem in eos, qui alios Clafficos fequuntur, cum impunę, imò, & laudabiliter, fequantur, fi fequendi leges obferuent. Videat Cenfor fi in comendatione Cathedrarum feruerit dolos, & iurgia, querelas, & conqueftus, quod libertas illi non fit relicta quodlibet fentiendi, nec dari vltra poft probationem librorum emendandi facultatem. Sic cenfurare, fi veftra gloria eft, certę nō nofta. Parce Orthodoxię, fi non tibi. Parce Romanis Cenforibus, qui iam impreffa expunxerunt. Primum cathedratum, & Magiftrum non habemus nifi Deum, eiufque in terris Vicarium. Hic maior te eft, nec obtūdi potēft petra, contra quam nec inferi arietare poftunt. Cęterū, quos adfcifeis tibi Magiftros, fallaces homines funt, vt & morituri quandoque. Non deficiet Romana hęc praxis tua corrigens, vt aliorū fcripta correxit, & tunc magis ædificari fcias, cum à te tam horribiliter cędi videtur. Quifquis enim tantam tolerantiam in Ecclefiā fpectat,

& ex proposito tantam temeritatem, aliquo scrupulo accensus, & inquire accenditur, quæ sit causa tuorum librorum tam dignæ censuræ, & ubi cognouerit veritatem, eam statim sequitur.

Tertia Veritas.

NON est certa regula ad declarandum primatum aliquorum Doctorum, quod pluribus, & grauissimis elogijs illustrentur, quod grauioribus eorum laudes scripta repertiantur; cum de alijs mirum sit silentium. Huius contradiçtoriam liquet esse temerariam. Certum est D. Bonauenturam, & Sanctum Thomam illustriores fuisse DD. Chrysostomo, Basilio, Nazianzo, & alijs, quia in eorum commendationem non tot, nec tanta Concilio-rum, & Pontificum elogia reperiuntur. hæc censura est temere prolata.

Impugnatio.

Quæ sapiens (dicebat Tertul.) argumentatrix sibi videtur ignorantia humana; præsertim cum aliquid de gaudijs, & de fructibus sæculi metuis amittere. de spect. c. 2. Inter gaudia, & fructus huius sæculi est cathedrarum ambitio de supercilio Phariseorum progenita; amabant enim primas cathedras in Synagogis, nec supereminentes suas putabant, si non profernerent alienas, vel si nouas non introducerent, & vetustioribus equarent. Sicut autem Beatus, qui non abiit in Concilio impiorum, & in via peccatorum non stetit, & in cathedra pestilentis non sedit; ita e contra (ex eodem Tertull. 3. Infelix qui in quocumque Concilio impiorum abierit, & in quacumque via peccatorum steterit, & in quacumque cathedra pestium sederit, nec enim quascumque amplecti possumus, quorum auctores in nominibus quoque execramur. Videbat Apologista Soli Ecclesiæ cathedram Salmantinam principaliter dedicatam, eidem suos census multas vniuersitates deferre recognoscebat, titulos, ornamenta, elogia Doctorum, & facultatum, atque Pontificum ruminabat, concussione spiritus, dolore, ira, bili (ubi enim æmulatio, ibi & furor, & bilis, ira, & dolor c. 15.) itum in furias, & animositates, & discordias, & quod non licet Sacerdotibus pacis, ad calumnias profliendo, & sophismata, vt nec Principibus scholæ parceret, eorundemque eleuaret authoritatem, nec albo lapillo iisdem suffragari voluit, plus enim potuerunt odij suffragia, quam merita amoris. Quale ergo suffragium non habet, ait, ex elogijs

maioribus Doctorum primatum. Quid intra superficiem latet, satis intelligitur; cum enim Angelicus Doctor in Ecclesia ex commendatione vniuersali spectabilis habeatur, ex isto canone deprimi curatur, vt qui eius non sunt, fiant quod sui sunt, nati vt potius de aliena felicitate tristentur, & de infelicitate latentur, & tamen amor apud illos otiosus deprehenditur, & odium iniustum.

3 Quia ergo ratio, qua canonem stabilit, tenax ad occupandum, tortuosa ad obligandum, liquida, ad elabendum; ad lucem, & Solem, exponenda, & in scenam producenda, ne sapere sibi Censor videatur. Ge lausus, inquit, in C. S. Romana. Orosum, & Sedulium commendat, & tamen prae ceteris DD. ob id in sublimiori arce authoritatis locantur; non ergo ex maiori commendatione, primatus ratio in DD. ostendenda. Celebrat etiam Ecclesia Festiuitates SS. Laurentij, & Stephani cum vigilijs, & octauis, quod non facit cum S. Andrea, Bartholomeo, Philippo; & tamen secundum D. Thomam, æquiparare aliquem SS. Apostolis, erroneum adiudicatur. Etiam S. Hilarius, Cyrillus Alex. multi que veteres illustriores Thoma, & Bonauentura, quorum officia sub semiduplici recitandi ritu, cum hi duo Sancti sub duplici celebrentur. Ergo veteres exauthorare, & modernis ex maioribus quæ possident elogijs, postponere, censura est inaduertentium, & ignorantium. Viuat, & regnet Bonauentura, vt & D. Thomas; ac viuat, & regnet Iren. Ambros. Damas. Prosp. Bernardus, Scotus, Albert. Alex. & alia innumera bilia Ecclesie luminaria. Ne extinguamus lucernas, quas Deus, Ecclesia, Inquisitio, Vniuersitates, Religiones pro gloria eiusdem scientie accensas ostendunt.

4 Hæ rationes censurae Apologiz iam pridem sub Anonymi laudati titulo propositæ. Et primò scias (vt scripsit idem Tertull. supra c. 23. personatum opus placere non posse. [Non amat falsum auctor veritatis; adulterium est apud illum omne, quod fingitur. Proinde vocem sexus, ætates mentientem, amores, iras, gemitus, lacrymas adseuerantem non probabit, qui omnem hypocritam damnat.])

Certe mira fatuitas ad superlatiua tollenda, in Principibus scholæ in comparatiuis sistere, vt omnia simul honoribus, ac ornamentis expolient. Quis quæso nisi demens negabit ex comparatione Ecclesie, si fieret, vnius præ altero Doctoris, illum excellentiorem fore, qui maiori elogio honestaretur? designatio enim fit personæ vnius cum alia, & sine fuce, vel fallacia, & quod magis in vna, & non in altera relucet, sine falsitate exponitur. Ceterum si præcisè Doctor absque comparatione lauderetur, quasi laudis perspectæ reticentia supponitur, magis quam eloquentia prædicanda; probatur quidem absolute, sed nulla collatione, vel comparatione in suo gradu eminent. Sed quanta peruersio in odium trahere SS. Thomam, & Bonauenturam, quæ præ ceteris omni-

ni-

nibus laudatos, cum inter ceteros omnes in suo ordine, & gradu sine exaltati, & supra illos, cum quibus collatione comparatiua; denotantur. Certè fingere docet fictor, dum simulat amare Thomam, & Bonaventuram, quos multat; depreciare vult, quos probat, artem, & doctrinam eorum magnificat, artifices notat. At quale iudicium (dicebat Tertul.) ut ob ea quis obfuschetur, per quæ promeretur? & cum acceptissimi sint tot sapientes authores, sine nota non habeantur puerilis super ceteros exaltationis. Illud in suo canone advertere debebat is, qui ob strepente gratia, vanitatis damnandos eos proceres censebat, ademptis titulis dignitatum, & laudum, in scopulum famositatis impingens; aliud est Ecclesiam aliquos filios suos de securitate doctrinæ celebrare, aliud eruditionem, Religionem, ingenium, aliasque dotes extollere. Qui in securitate commendatur, probatior redditur; secundò verò modo, qui supereffertur, non habet cur cothurnatus incedat, vel adiciat ad staturam suam supra ceteros cubitum unum. Ad quid tendit Censoris acerbitas, nisi, quod aiunt, de Cælo ad cænum festinare, & exhibendos tradere Doctores vniuersos Ethnicis, & hæreticis illudendos, qui maioribus famis omnibus DD. indifferenter illudent, dum viderint, nec illusoribus parci; proinde non effugiemus sedilia hostiæ Christi, qui in Patres, & DD. dabacchantur, illaq; cathedram pestilentiarum, ipsumque aerem, qui desuper incumbet scelestis vocibus amantentia, & maledicentiæ contumacium. Sed quia (ut dicebat idem Tertul. de spect. c. 23. *Nemo venenum temperat felle, & elleboro, sed conditis pulmentis, & bene saporatis, & plurimum dulcibus id mali inicit.* Apologista altatis supra captiunculis, suam canonem nifus est condire, ut proinde velut pulmentum, seu poculum venenatum, Millicidij mellis circumfusum habendum sit, ne tanti gulam faciamus voluptatis, quanti periculum euitemus mortalitatis.

5 Ergo quod objicit de Sedulio, ubi videbatur implexum argumentum, ac si esset nodus Gordianus, facillimè soluitur. Sedulij persona cum suo opere sic effertur: *Venerabilis viri Sedulij Paschalis opus, quod descripsit heroicis versibus, insigni laude proferimus.* Non sic tamen effertur, ut alijs comparetur, sed absolute laudatur, nec doctrinæ sanitas, aut veritas ibi probanda, aut probata profertur, sed meritum, stylus, artificium commendatur. Sicut autem ex doctrina Augustini in pl. 140. *aliud est laudare loquacem, aliud laudare veracem;* sic aliud meri formam, & elegantiam, aliud quæ merito concluduntur, & exprimentur celebrare. An quia ibidem Eusebius superlativo titulo *eruditissimi* cohonestatur; super ceteros Doctores comparatus, vel æquatus, aut super illos collocatus? minimè: Ariana hæc insectum, non sic laudavit Ecclesia, absoluta fuit laudatio, quæ neque doctrinam petigit, sed eruditionem, qui stylus etiam Hieronymo familiaris est.

ad Pámach. & Ocean. dicente. *Laudavi interpretem, nõ dogmatifiam, ingenium non fidem, Philosophum non Apostolum.* Non igitur communis ratio, ex tabulis Ecclesie, cum Thoma, & Sedulio (vt captiuulis oppositis occurramus) quando Angelicus approbationem eam, retinet comparatiuam cum securitate doctrinæ, ex diuturno scholarum usu, & quæ omnium approbationum prima est, Ecclesie commendatione, qua Orosius, & Sedulius destituti, satis instruumur quam alienum à proposito instituerit sermonem, volens proprietatem, & particularem Angelici Doct. prærogatiuam efficere communem, cum è communi ad propria rimanda magis vrgeretur.

6 Vnum ergò attingimus vacuæ obseruationis Apologistæ, non pigebit cætera dissoluere, quibus vanitas obseruationis suæ denotetur. Memoria ergò celebritatis Sanctorum maior, vel minor, non maiora, vel minora merita arguit; nec enim diuina prouidentia, hac via vsum est ad merita demonstranda, summa, media, infima; sed vt ij, quos diuina notitia cognoscebat, humana quoque ex sollempnitatibus cognoscerentur, vt docuit Angelicus 2. 2. q. 83. 11. Potest etiam respicere maior sollempnitas vberiores gratias, quæ interdum per minores sanctos impetratur, quàm per maiores; ab ipso anima ordinata Religio, orationis animata suo priuilegio ascendit in Cælum, commendans Patris petentis necessitatem; & prospiciens humanarum necessitatum exigentiam (præmissa legitima oratione, quasi fundamento, & accidenti) rerù exponere desiderium desuper extruit ius concedendi, & minoribus Sanctis pro suo beneplacito conceditur, quod maioribus sine iniuria, non tribuitur. Equissimo quoque, & rectissimo iudicio Dei, miraculorum frequens patratio, non semper arguit maiorem sanctitatem (vt dicebat Aug. ep. 137.) Multi enim maiorum meritorum copia referti, nec in vita, aut post mortem mirabilia operati sunt, ob alios fines, quos ignorat humana mortalitas, & ignorare expedit, vt iustificetur diuina sapientia, & gubernatio ex solo suo placito, & voluntate, quando cætera argumenta deessent. In approbatione autem Doctorum, finis præsentis approbatio doctrinæ est, nec enim alios fines (vt in sollempnitatibus) ostendere possumus, quod cum scrupulosè Apologista percontaretur, & parem rationem se inuenisse putasset, comperit in vtriusque esse tandem rationis diuersitatem.

7 Regulariter tamen, & de facto sublimiori cultu honorantur Sancti, qui in sublimiori meritorum arce sunt sublimati, dicente Bonifacio & de reliq. & venerat. S. S. *Deum illos. S. S. posterioribus attollit insignis dignitatum, & prætorum vberiori retributione prosequitur, quas digniores agnoscit, & commendat ingentior excellentia meritorum: sic & alma mater Ecclesia eius sacra vestigia prosequens, & exemplo ducta laudabili, 13. uniuersas in Regnis Galabienis consistit*

tos *fructibus honorare sollicitis, & sonoris efferre præconijs non desistat, gloriosissimos tamen Christianæ fidei Principes, &c. Reuerendissimos et Patres, &c. egregior quoque ipsius DD. summis attollere vocibus, laudibus personare præcipuis, & specialibus disponit honoribus venerari ad diuini nominis honorem, & gloriam, & exaltationem catholice fidei, salutemque fidelium, merito censet, restitque prouidit, Apostolos, & Euangelistas, & Confessores eisdem DD. Gregor. Aug. Ambros. & Hieronymum in vniuersali Ecclesia honorificentie potioris impedijs attollendos, ut ab ea tantò propensius honorari se sentiant, quando ipsam præ cæteris excellentius illustrarunt. Deinde mandat sub duplici officio celebrari. Quo decreto intentio innotescit Ecclesie, ex maiori celebritate, Sanctos illustriores Ecclesie celebrari. Oratio certè dicebat Tertull. (lib. de resurrectione carnis c. 48.) *Non aliud quam meritorum dispositior; merita autem cum corpori adscribantur, ordo quoque corporum disponatur necesse est, ut possit esse meritorum.* Inde probat, quod vnusquisque resurget in suo ordine, quia in suo corpore, cum inæqualitate enim splendoris resurgent electi, ob quod (ex eodem) de futura claritate cælestes prædicari intelliguntur; vnde alia supercælestium gloria, alia superterrenorum, & alia Solis, alia Lune, alia Stellarum. Similiter ergò ordo à Bonifacio præfixus DD. suis, & proprius assignetur, in docendo, & erudiendo, assignando Apostolos, Euangelistas, Doctores, gradatim merita quoque disposuit, quibus DD. decorarentur, essentque & haberentur, velut Stellæ firmamenti in perpetuas æternitates. Inter hos DD. Pius V. in breui, & incipit *Mirabilis Deus*. S. Thomam recensuit, eiusdemque Festiuitatem eodem duplici officij ritu celebrari mandauit. *In alijs autem Orbis terre partibus quemadmodum SS. quatuor DD. Festiuitates pia mem. Bonifacj 8. etiam prædecessoris nostri præcepto celebrantur; sic eundem diem Festum S. Thomæ celebrent, & venerentur, &c. statuimus, & sancimus.* Ipse quemet Ioan. 22. non anteponit S. Thomæ alios nisi Apostolos, & quatuor Doctores, ut quo in gradu quoque locaretur, dignosceres. Sanctus quoque Bonau. post eisdem, & S. Thomæ decretos honores à Xisto V. sextus Doctor Ecclesie asseritur, ut suam ex graduatione eadem in Ecclesia obtineret dignitatem.*

8 Ex præmissa igitur differentia dignitatis horum Heroum, verè doctrinæ iter dirigitur, eos præcellere in sanctitate, iustitia, & veritate, qui maiori, & sublimiori cultu exornantur, idque sufficere, cum de inæqualitate eorundem differitur.

9 Sed cur Hilarius, Cyrillus, &c. non sunt recensiti? fortasse, quia tam innumera Sacrorum DD. turba in quatuor illis Gregorio, Ambrosio, Augustino, & Hieronymo figurabantur, & includebantur. Vniuersaliores enim DD. quatuor fuerunt ad Ecclesiam vniuersalem.

erudiendam, quatuor Scripturarum sensus, quos Apostoli, & Euange-
listæ tradiderunt referentem; & manifestatio ista spiritus ad utilitatem
commensuratur, saltem ex gloria accidentali aureolæ, & huiusmodi
meritorum Sanctorum, vel essentialia etiam ex genere operis; nec quia
de illis mentio facta est comparatiua, quicquam de illorum numero
meritorum ademptum est, qui in eodem gradu inclusi recludebantur
reuelandi in tēpore. Si necessitas non exegisset, maxima esset incōside-
ratio, tam abruptè, & (vt aiunt) clausis oculis sine distinctione hæc re-
cēdere: sic omnia cōfunderētur, vt à quatuor illorū DD. albo, ceteros
veteres Patres recessitos ab Apologista, vel non distingueremus, vel
totaliter includeremus, vel posterioribus non præferremus, oblata oc-
casionē distinctionis eiusmodi: at singulæ quæstiones, & causæ eiusmo-
di præcedentiarum proprios quoque exigunt congressus. Nec absurdū
reputabit quis S. Thomæ defensor, comunem DD. Hilario, vel Cy-
rillo præferre, non in dignitate Patris quæ procedit, sed in paterna he-
reditate transmittenda ad posteros, tanta cum maiestate, perspicuitate
cum omnium materiarum tractatione, vt communis panis Ecclesiarū
omniumque sensuum doctrina S. Thomæ habeatur, super omnem .n.
carnem sapientiæ Thomisticæ spiritum effudit, omnemque Patrum
doctrinam animauit, & diuinæ litteraturæ instrumenta perspicuis ver-
borum, & sensuum luminibus ab omni ambiguitatis obscuritate pur-
gavit, vt non timendum, ne quæuis incredulitatis, vel cuiuscunque
perspicuitatis ingenia eam labefactent: & si maiora, vel negare, vel mu-
tare consueuerunt (Dei verba, vel stylo, vel falsa interpretatione cor-
ruptumpentes) non mirandū si inaudita paradoxa superinducunt, & au-
des fabulas.

10 Sed idcirco Stephani, & Laurentij sollempnitates præferuntur,
non quia eorum personalis sanctitatis ratio habitā fit, sed status, & ex-
cellentiæ martyrij super inferiores alios ordines Confessorum, & Vir-
ginum; centesimam enim fructum Martyribus in specie tribui osten-
dit Cyprianus lib. 5. ep. 10. & lib. 3. c. 15. & de laude martyrij, & de
exhortatione martyrij c. 12. Martyrem dicit Angelis adæquari, cum
Patriarchis, cum Apostolis, & lateri eius assistere, cum venerit iudica-
turus. hoc pacto Dionysius ex prærogatiua martyrij cum Doctoribus
non annumeratur, & comparatio deberet fieri inter Doctores, & Mar-
tyres, & in prærogatiua martyrij quamuis fuerit Dionysius doctissi-
mus, & sapientissimus magis, celebraretur, quàm si officio Doctorum
celebraretur. Non ergo ex maiori sanctitate Laurentius, & Stephanus
sollemniora recipiunt obsequia, sed quia martyres, qui ab initio na-
scentis Ecclesiæ post Apostolos collocati, vt & in Canone Missæ, qui-
bus octauæ dedicantur ex Amalar. 4. de off. Eccles. c. 46. vt e corporis, &
animæ gloria celebraretur, quod quia (ex eodem) in tot Festiuitati-
bus

bus fieri non potuit, octauas multiplicando, in paucis sanctis confitute sunt, qui ceteros representarent, vt in Laurentio, & Stephano; equum verò erat animę, & carnis rationem haberi, quando vt docet Tertul.lib. de resurrect. carnis c.15.33.50. *amborū est glorificari sicut & compati & secundum laborū consortia, etiam decurrant consortia premiorum*. Non conuincitur autem ex hoc sanctitas Stephani, et Laurentij specialiter, nisi quando sū eundem ordinem respectiue ad alios SS. Martyres, fieret comparatio.

11 Firmum ergo est S. Doctorem excellere ceteros ex maiori laude, & prerogatiua, quem tamen excedit Apostolica sublimitas, nec nō & DD. alios quatuor, qui ceteros representant, & precedunt eos sicut causa effectum, materiam materia, & principium principiatum. Sunt autem Apostoli causa, & materies, & principium fidei, discipline, & Religionis in PP. quibus ijdē preferuntur Apostoli, sic & DD. relati à Bonifacio respectu SS. Bonauenturę, & Thomę, qui tamen non impares sunt quatuor illis DD. & affimiles in explicatione doctrine vniuersalis totius doctrine Apostolicę, maiores tamen saltem absolutè ceteris subsequentibus, quod testatur celebritas festinitatum. Etiam si Stella differt in claritate; electi quoque etiam in meritis excedunt, licet vnum idemque sit in omnibus consummatio charitatis, visio conditoris, eterne immortalitatis gaudium, cum inæqualitate visionis; ita vnum, idemque sunt in gradu doctoratus, vt ad illum ordinem pertineant Apostolicum, poni in Ecclesia Pastores, & DD. sed illi excedunt, qui illustriora, ampliora, vniuersaliora, per totum Orbem scripta ediderunt, iudicio Ecclesię probata, & commendata, vt ad posteriora merita diuersa, nedum accidentalialia, sed essentialia respexerit Ecclesia decernendo illi debitos honores, vt si aliquis (vt dicebat in simili S. Odo) ex inuidia titulis D. Thomę deroget, corrigatur, & presumptioni suę finem imponat; præsertim cum sit [dubitatio pia melior de occultis, quàm litigiosa contentio de incertis] ser. de S. Mart.

12 Sed si non excedat ex titulis in merito essentiali, nihil conficit Apologista; nam satis est, quod ex gratia gratis data, & Sancti intercessione, hereses debellantur, licet enim (ait S. D.) Sancti superiores sint magis Deo accepti quàm inferiores (vt dicit in addit. q. 72. a. 2.) quibusdam tamen Sanctis datum est in aliquibus specialibus causis, præcipuè patrocinari: & exemplificat de S. Antonio; ita in proposito D. Thomę tanquàm Doctorem communi, datum est Theologiam, & fideles illustrare, mira eruditione (ex testimonio Ecclesię.) Ecclesiam clarificando, quod & testimonio Pii V. probatur dicendo: *ex quo Doctor S. in Calum ingressus est, pullulantes, & renascentes hereses eius intercessione, & doctrina deletas, quas prerogatiuas in nullo alio Doctore, & si maioris meriti legimus. Etiam ex eodem q. 89. a. 2. ad 5. ha-*

betur tanquam accidentale primum datum profitentibus paupertate, ut alios iudicent, etiam qui sunt excellentioris meriti respectu primum essentialis. Quocumque ergo se vertit Apologista, paralogizans semper deprehenditur. Exhibe septimum post Thomam, & Bonaucaturam, Ecclesie calculo probatum Doctorem, & tunc poteris effingere nova subsellia, quo d nec in veteribus DD. nec inter duos nouissimos reperire potuisti.

Quarta Veritas.

Quarta Veritas duas propositiones complectitur. Prima est, nulla fit iniuria SS. DD. quod in eorum scriptis vitio Amanuensium, traductorum, typographiae, hereticorum, absurda nonnulla assertiones inueniantur, & si quando reperiuntur, satius est Amanueses, typographos, aut hereticos, quam Patres accusare. Contradictoria est impia, & temeraria; statuit enim maiorem esse gloriam PP. & DD. ut quando in eorum scriptis errores inueniuntur, non transcriptoibus, aut interpretibus, aut typographis, aut hereticis assignentur. Secunda propositio huius quarta veritatis in hoc supplici libello est. Nulla est iniuria SS. PP. si quando aliqui eorum assertio, quae temporum decursu magis exploratur, tandem ab Ecclesia graui censura excludatur, & notetur. Contradictoria est SS. PP. iniuriam, & contumeliam arbitraturus, si aliquem eorum errorum condemnauerit, quae non minus est impia quam temeraria.

Impugnatio.

Sapientissimè Tertullian. de prescript. c. 38. in Apologistam cum vno axiomatico, quo tota moles delatanti destruitur, sui temporis hereticos, atque futuros debellabat. quibus fuit propositum aliter docendi, eos necessitas coegit, aliter disponendi instrumenta doctrinae; aliter enim non potuissent aliter docere, nisi aliter haberent per quae docerent haeresim; hinc ex eodem atius manus scripturas, alius sensu expositiones inuertit. Neque enim si Valentinus integro instrumento videretur, non callidiori ingenio, quam Marcionis manus intulit veritati. Marcion enim exerte, & palam Machera non stylo usus est, quoniam ad materiam suam eadem scripturarum confert; Multa enim è sacris Scripturis, Euangelijs, & Apostolicis truncauit (ex lib. c. Marcion.) Valentinus pepercit, quoniam non ad materiam scripturas,

sed

sed materiam ad scripturas excogitavit, & tamen plus abstulit, & plus adiecit, auferens proprietates singulorum quoque verborum, & adiciens dispositiones non comparentium rerum.

3 Non ergo diffitemur machæra, & stylo multa in scripturis truncata, vel extorta, siue incitua, siue malicia: & si omnes codices truncari, vel falsari potuisse, cum Augustino cōstanter asseuerem, quorsum enim Augustini diligentia præscripta secundo de doctrina christiana c. 15. in emendandis sacris codicibus, si mendis aspergi non potuerūt? cur tanta diligentia in restituendis scripturis ad suam puritatem, nisi per corruptorum codicum ad incorruptos collationem? commendati in hac diligentia Hiero. Aug. cæterique postmodum Doctores, & interpretes, Academia, in hac re diligentem operam nauantes, donec sub Clemente 8. emendata prodierunt, quæ emendationem postulabant, consultò etiam nonnullis, quæ mutanda videbantur relictis.

4 Ab eadem machæra, & stylo, nec scripta Patrum præseruata; nam & magnus ille Dionysius Corinthiorum Episcopus sic dicebat: [Non mirandum certè si èt Dominica scripta nonnulli corrumpere, sunt ausi, quanto nostris etiam longè dissimilibus insidias struxerunt:] Non feliciora certè Patrum scripta, quando maioribus, & sublimioribus vim inferre impietas attentauit; proinde à multis commentariis pro vera lectione restituenda in Patribus egregiè laboratum, à Pamelio, Billio, Feuarentio, & innumeris.

5 Sed præter machæram, & stylum exterius illatum, humana dignoscitur infirmitas in scriptis Patrum, vt (ad differentiam canonicorum Scriptorum) in multis lapsi sint, vel propriam, & singularem sententiã proponendo, ad humilitatem, exercitationem, & huiusmodi, vt de vno Cypriano protulit Aug. qui & si eū ab errore in materia Anabaptismi vindicare potuisset, ad machæra, & stylum recurrendo ep. 48. maluit errorem imbecillitati humanæ tribuere (quem etiam, ait, ante mortem Cyprianus correxit) quàm falsa adulatione in scriptis Patrum solos illos agnoscere natos, qui aliena opera non proprio calamo profectos inculcat Apologista. Certè machæra, & stylo vitur delarvatus contra Aug. dum expressè Augustinus scriptis suis tanquam canonicis credi non vult, sentiendo longe distitos patres à canonicis Scriptoribus e. *Noli*, quod hi in nullo aberrarint, hos interdum labi credere necesse sit. Apologista expressè in Augustinū, & machæra, & stylo vitur, & sensum peruertendo Augustini contrariam defendentis, & eadem eiusdem dictis inferendo. Quo fine? vt non comparentium suarum rerum dispositiones introduceret, vt si Patres cōtra adducerentur, non infirmarentur sua; in promptu enim erat se eorum auctoritate non moueri, cum multa menda (diceret) irrepserint in Patribus, & S. Thoma, & fingendo reuerentiam, interim abnegando

errorem aliquem priuatum ex imbecillitate humana, elaberetur, nec vlla Patrum autoritate teneri pateretur. Sed quomodo temerarium, & errorem esse pronúciat, errores, præter Amanuensium, & hæreticorum, & temeritate m dictis PP. assignare, cum in secunda propositione secundum rei veritatem Bonauenturam, Alex. Durandum cum quibusdam canonistis asserat fuisse in censura lata aduersus hæreses in particulari sensu de institutione quorundam Sacramentorum censuratos, qui inculpabiliter ante definitionem Ecclesie sunt locuti? nonne hæc manifesta est antilogia? Certè prius est, ac potius id quod ab intrinseco deficere potest, quam quod postea idem ab extrinseco agente aliquod patiatur, sicut infirmari, & mori posse, quam quod gladio occidatur. Palliatio manifesta est, ad exauthorandos SS. & Thomam, fingere scripta falsata ab exteris, quàm negare in nequos incidere posse ex defectibilitate naturæ, & magis sinistra hæc intentio Sanctorum puritatem maculat, quàm exterius in membranis eorum alligere errores; nam & hic quoque malitia denotatur, quæ dum venerationem Sanctorum simulat, vt peiores, & maiores tribuat errores, alienam manû ostendit eos inferentes, & apathias, & impeccabilitatè tribuens. Sed et alius nodus implicatur; ad fouendas enim lites interminabiles nullatenus expeditior, quàm fingere falsata scripta Patrum à sciolis, vel doctis; quolibet enim Patrum testimonio, etiam in non falsatis locis, suspiciosos, et hærentes faciet disceptantes; incerti de expurgatione, semper ad incorrupta exemplaria prouocabitur: interim decisiones in Concilijs differri possent, et prius decernere postulabunt, quæ incorrupta sint exemplaria, quàm quæstio mota terminetur.

6 Sed id opus non est, vt nec in Scriptura factum est; nam Ecclesia semper curauit in vnoquoque definiendo dogmate, ex incorrupta lectione, quæ ante expurgationem Sixtinam semper seruata est in corde Ecclesie, definire. Ipsiquemet Sancti eadem methodo processerunt, cum enim ad introducendam in Christo carnem phantasticam Manichæus Apostolicum locum corrigere attentaret, nepe illum locum Apostolus *nos neminem nouimus secundum carnem, & si cognouimus secundum carnem Christum, nunc iam non nouimus*, reclamauit August. in temeritatem, *aliqui, ait, nulla eris pagina, qua humane imperitiæ regatur infirmitas*. Similiter dicit, *Si quis vellet Christi verba peruertere, qua dicunt facite: qua faciunt facere nolite*, ait serm. 49. de verb. Domini non permittitur *Deum, adest enim Domini gratia, & misericordia, nec finit eos facere, &c.* Et ex incorruptis textibus in corruptis textibus incorruptionem defenderent, et corruptiones euitarent. Non dissimiliter id præstaretur in doctrina SS. tam ab Ecclesia, quàm à priuatis DD. Ecclesia enim incorruptis exemplaribus vtens, decerneret quæstiones, ipsoque vsu, et applicatione ipsorum de incorruptio-

tionem certi effemus nulla alia precedente definitione, et examine in-
 corruptorum testium, codicum, quos traditione, & usu recepto acceperat;
 & quilibet Doctor eisdem opponeret, qui communiter sine ulla
 falsationis suspitione in locis cōtrouersis habiti sunt à precedentibus
 Magistris, & modernis commentatoribus, solaque esset differentia,
 quod sicut discretiua lectio scripturarum potest ad Magistros pertinere,
 authoritatiua verò solum ad Ecclesiam; ita quoque correctio, &
 restitutio locorum in Sanctis Patribus authoritatiua ad eandem Ec-
 clesiam pertineret, ubi discretiua tantum ad priuatos Magistros perti-
 nere posset. Sed & ipse Apologista deberet signare loca ab Amauten-
 sibus potius falsata, &c. quàm à Patrum mente profecta, & si multa
 conetur adducere in Elucidario, nuda sua authoritate, omni ratione
 destitutus id pronunciet, vt ex grauidatione huius propositionis, im-
 mane illud monstrum pareret, exaurationis PP. & Thomæ, & quan-
 do aperto Marte proprio mucrone non lederet, aliena machæra, & sty-
 lo vulneraret, crudeliori gladio omnem machæram, & stylum exupe-
 rans cæterorum. Hæc ergò legitima doctrina est, quam temerariam
 appellas, nec Deum, nec Sanctos reuerendo. Si dicamus multa errata è
 propria PP. mente profecta præter ab extrinsecò exemplaribus illata,
 ea nullam SS. iniuriam irrogare, si postea ab Ecclesia exploduntur.
 Et non subinde intentum Apologistæ haberi deprehendimus, vt pro-
 pria authoritate spoliarentur, quocunque modo, errare, vel errasse con-
 tingerit, eisque nouos, & neotericos æquemus, aut super eos efferamus.

7 Mirum verò est, quod S. Thomæ sectatores appellet *gente cen-
 suradora*, metientem, & ruminantem propria vestigia, *agraziles* ad
 prehendendum, non ad soluendum, *sfscates* veritate, fingentes, ubi nõ
 est, *augures supersticiosos* prognosticantes, quæ futura non sunt, dissen-
 tionum ministros, & catholicis DD. calumnias affigentes, & impieta-
 tem Sanctis (quos tamen super caput deferre) monstrant. Subditque,
 non eget Ecclesia fictionibus, nec Ecclesia sedet sub subellijs DD. et
 Patrum, qui discipuli potius sunt Ecclesiæ, quæ iure dicere potest [su-
 per omnes docentes me intellexi.] Pl. 118.

8 Debeo certè Apologistam de sua paratura repercutere. Licentia
 ista dicacitatis tam acerbæ, ubi ratione non potest obtinere quod vult è
 deprimenda. [Licentia (dicebat Tertull. de' exhor. cast. c. 10.) ten-
 tatio est disciplinæ, quoniam disciplina per tentationem probatur, tẽ-
 tatio per licentiam operatur.] Si his titulis exornantur ab Apologista,
 qui Patrum doctrinam defendunt, non dissimilia patiuntur ab ijs lapsis
 in Capitolio, de quibus Cyprianus ad Cornel. pp. ep. 3. dicebat. *Quid
 iustos quosque fidei laude præcipios, atque in Ecclesia gloriosos consu-
 melijs, & maledicis vocibus profaquantur? A quibus quidem (ait) nõ
 tamen nostrorum modestia, & humilitas, & pudor caditur, quæ illo-*

rum spes, & vita laudatur. Neque enim, qui audit, sed qui facit conuicium; miser est, nec qui a fratre vapulat, sed qui fratrem coedit, in lege peccator est, & cum nocentes innocensibus iniuriam faciunt, illi patiuntur iniuriam, qui facere se credunt. At quia multi eorum sunt personæ publicæ, publico ministerio inseruientes, meritò & ruminant causas ne præcipitentur, &prehendunt ne fugiant nocentes, & fisci patronos agunt ad punitionem delictorum Religionis, & augures sūt futuræ combustionis, si citati non compareant, vel auersione contentiosa auertantur: nec propter hoc calumnia affigitur eath. Doctoribus, sed licentiosis illis, qui super Doctores se efferunt: docendi modus præscribitur cum comminatione disciplinæ; multo minus impietatem sanctis affigunt, vt super Ecclesiam loent, quando agnoscunt Sanctos in quæstiunculis diuinæ legis aberrare posse ab intrinseca sui natura, & aliquè eorum etiam in rebus pertinentibus ad fidem, indefectibili sēper manente doctrina Ecclesiæ, quod tamen Apologista negat cum alijs, solumque ab extrinseco illatum vulnus noscunt, vt inuulnerabiles faciat ab intrinseco Patres contra Ecclesiæ sensum, vt inuulnerabilem fecit ille quendam Neotericum doctrinæ Augustini detrahentem, vt vulneratum Augustinum proclamare necesse sit.

Quinta Veritas.

1 **I**mpugnat D. Thomam, impugnat D. Bonauenturam, nec eorū nomine insigniri debet; qui statuit in controuersijs arbitrarijs eorum aliquem sub culpa grauamine tenendum fore. contradictoria assertionis in hac veritate contenta, est. Peccat qui in opinionibus probabilibus sceleratur Scotum, Dur. & alios ab Ecclesia in Academ. & Schol. Magistros propofitos, licet solum in rebus probabilibus adharere D. Thom. ac Bonauent. non alijs, quæ est impia, temeraria, & Apostolicam Sedem grauissima afficit iniuria.

Impugnatio.

2 **I**n opinionibus probabilibus laudabile est sequi Magistros eos, qui sunt veluti Duces exercitus Theologiæ Scholasticæ. Nam si vt dicit Aug. de vtilit. credendi, vnaqueque disciplina quanquam vilis, aut facilis, vt percipi possit, aut DD. aut Magistros requirit, quid temeraria superbia plensur, quam diuinorum Sacramentorum libros, & ab interpretibus suis nolle agnoscere? Hinc in specie Cassiodo-

dorus de diu. lect. c. 24. cuncta, [quæ antiqui expositores probabiliter dixerunt, sollicita mente tenenda sunt.] Locustarum exercitus id habet privilegium insitum à natura, vt absque duce castra metetur, & tentoria figat absque copiarum dissolutione. *Regem locusta non habet, & egreditur vniuersa per turmas suas; tanto enim ordine volitant dicit Hieron. in Ioel. vt instar Cheserularum, quæ manu figuntur, suum locum teneant, vnde picta phalanx à Poëtis describitur.* Ceterum sine ordine, vel Duce exercitum Scholasticum velle formare, & sibi velle credere, nulli credere est, vt vel exercitus incedere non possit, vel hac, & illac distrahatur. Hinc à Salom. Pro. 3. dictum est: *Ne inuitaris prudentie tue.* Ad docilitatem commendandam, quæ est prudentiæ pars; cum .n. (ex 22. q. 49. a. 3) non possint omnia sufficienter considerari, nec per modicum tempus, sed per temporis diuturnitatem, oportet erudiri maxime in prudentialibus, ab ijs, qui sanum intellectum adepti sunt citrà fines operabilium, dicente Philos. *Oportet attendere dicta expertorum seniorum, & prudentium in demonstrabilibus enunciationibus, & opinionibus non minus quàm demonstrationibus, propter experientiam, enim vident principia;* his ergò velut Ducibus inhzrendum; propterea Eccl. 6. dicitur: *in multitudine Presbyterorum idest seniorum prudentiũ stas; ita & sapientiæ illorum ex corde coniungere.* Et propterea ex eodem, laudabilis est docilitas; dum .s. homo sollicitè, frequenter, & reuerenter, applicat animum suum documentis maiorum, non negligens ea propter ignorantiam, nec contemnens propter superbiam.

3 Non ergò culpa aliqua denotatur quis, dum in controuersijs sequitur opiniones probabiles probabilium quidem virorum, & Classicorum, ne ingenia coarctemus, sed tunc vel per ignorantiam, vel superbiam, quando vel negliguntur documenta maiorum, vel eadem contemnimus propter superbiam, nostræ potius credere volentes quàm alienæ, eaque maiorum documenta sectari. Inuidiosâ ergò censura redditur, vt SS. Bonauent. & Thomæ inhzreamus, vt aliorum Classicorum opiniones sequi culpa sit, quando cum tanta cautela sequi posse docetur, qualis iam pridem adhibita est, vt iam probata, & receptæ recipiatur, & nouellæ phantasiæ explodantur. *Latet enim* (ait Cyrill. cateches. 11. *astuta diaboli sub pietatis specie, introducit enim audacem illorũ curiositatem, qui per opinionem Religionis incidunt in impietatem, & in tales sermonem dirigens idem S. ait. Cur igitur curiosè inquiris ea, quæ nec spiritus solus locutus est in scripturis, & traditionibus, qui ea, quæ scripta sunt non nosti, in his quæ scripta non sunt ne sis curiosus.* Quæstiones multæ sunt in scripturis diuinis, & tamen quæ scripta etiam sunt non comprehendimus, *quid de eo quod scriptum non est, & traditum, curiosi sumus?* innumeras quæstiones mouit Po-

za, quas nec vt dicit in Elucidario antiqui attigerunt, vel agnouerunt.
In proemio Elucidarij.

4 Optimum hoc antidotum, vt ex fequela probabiliū Doctorum
ia improberet curioſitas humana, quociens ſibi applaudens negligeret, vel
dum dedignaretur ſequi maiorum probabiles veritates. Vt autem di-
cebat Hilari. 2. de Trinit. *Quedam medicamentorum genera ita ſunt cō-*
parata, vt non ſingulis tantum egritudinibus vtilia ſint, ſed omnibus
in commune medeantur. Ita fides catholica, & docilitas expoſita à S.
Thoma. non aduerſus ſingulas tantum peſtes ſ; contra omnes morbos
opera medelę communis impertit, non infrimanda genere, non vincen-
da numero, non diuerſitate fallenda, ſed vna, atque eadem aduerſum
ſingula, omniaque conſiſtunt. Magnum eſt enim tot in vna, eademque
eſſe remedia quot morbos, & totidem veritatis eſſe doctrinas, quotidē
erunt ſtudia falſitatis. Hoc ſi ſeruauit Apologiſta, & in probabiliſus
non eſſet dedignatus ſequi proceres ſcholarium etiam vt prętendit in
probabiliſus, ab infinitis quęſtionum laqueis ſeipſum iam pridem ex-
pediſſet. Quando ergò ignorantia, vel contemptus interuenit quominus
Sapientibus claſſicis erudiēdos nos tradere detrectamus, indociles
ſumus, & non ſine culpa.

5 Sed maiori vinculo obſtringitur indiuiſe arietibus Domini-
nici gregis ianiti, quando periculum eſt ne paulatim poſtea proceda-
mus ad caſtra rebellium. Sapientiffimē Gręcus author ſcripſit. *Ex pru-*
dētia Ducum, & obedientia, diſciplinaque militari, bona ingentia
ſequi, & hoc iugo diſſoluto, omnia euerti, atque turbari. Optimē dixit
Perez. de Eccl. dubit. 23. ſi ad euitanda ſcandala, vel maius
bonum fidelium aliquam Philoſophicam opinionem amplectendam,
Eccleſia pręciperet, vt ſuauius myſteria fidei defenderentur v.g. quod
mulier nihil actiue ſubminiſtret in conceptione; & ſi illa ſententia non
eleuaretur ad fidei dogma, eſſet canon correfpondens gubernationi Ec-
cleſię pro bono fidelium, & dogmatū tuitione, vt re vera eſſet. Simi-
liter ſi cogeret omnes fideles, vt ierarent in verba Magiſtri, non ſecus
ac Dominicani iurant; non propterea dogmata D. Thomę redderen-
tur dogmata fidei, ſed tantum canones prudentis gubernationis; nam
non proponerentur à Pontifice tanquam diuinitus reuelata, ſed vt pro-
ponuntur à moderatoribus Dominicanę familię tanquam dogmata,
expediētia ad expediētiorem viam currēdam, abſque minima offen-
ſione.

(†)

Se-

Sexta Veritas.

Sexta Veritas est: contra preceptum diuinum est, eas propositiones de fide facere, quae de fide non sunt. Contradictoria est haeretica, dat. n. facultatem privatis Doctoribus declarandi, ut suas propositiones de fide, illa quae antea non erant eius naturae, & statuit propositiones nec dum definitas, perinde esse certas, ac si definitae fuissent.

Impugnatio.

Quam scitè mitis ille Titus pronunciauit: Bonum Principem iniuria affici non posse, cuius vita innocens omnes criminatio- nes, & si artificiosè confectas irritat, & criminationum fragoras undas, ruptis instar diffringit. Criminum architectus sapienter inspicere debet, si non crimina, species saltem, & imagines insectari. Qui .n. in manifestam virtutem excurrit, spicula contra alios illata, in seipsum retorquet.

Sed quis vnquam nostrum ausus est extranea cū Theologicis principijs, adiaphora cum necessarijs, opinabilia cum fidei decretis, & quae extra cātellos dogmatū, cū placitis, & pprij ingenij foetibus equare dicamus compendio, quae exera fidei obiectum sunt, inter fidei articulos concludere? Meritò dicebat Hieron. ad Pammach. & Ocean. *Nihil cause proderit maledicentibus remaledicere, & aduersarios talione mordere, cui precipitur malum pro malo non reddere, sed vincere in bono malum.* Primum principium Christianae scholae dicebat Alexandr. S. Stro. *Illud producimus, contra quod dici non potest, quod est Deus qui dicit, & de uno quoque eorum, de quibus quæro traditum adducit in scriptis, ut & in agraphis verbis. Quis est ergo adeo impius, & a Deo alienus, ut Deo non credat, & probationes à Deo postulet quasi ab hominibus?* Nō nostrū ē, ex Tert. quibus credamus statuere principia, fide opus est, non quæstione, vel inquisitione: post Euangelium, nihil desideramus ultra credere; hoc enim prius credidimus, non esse quod ultra credere debeamus: ultra crederemus, si quod reuelatum non est, ad reuelata pertinere doceremus. Omni potentiae, & habitui proprium est non tendere in obiecta quæ sunt extra eorum sphaeram. sola fides priuabitur sua connaturalitate, ut etiam in ea tendat, quæ non sunt diuinitus reuelata. Pharisei mox occurrent, & suas deuterofes verbo Dei contrarias, ut Saduceis se opponerent, in sola littera non eius in-

colligētia cōsistētes, pducēt, vt et Iudæi Thalmudisticas fabulas p articulis fidei venditātes; Græci illi Schismatici, Orthodoxos cōtēnentes, quod diuersitatem, & extraneitatem, vt dicunt, Symbolis addiderint; Hæretici, qui sub prætextu Verbi Dei scripti, nobis insultant tanquam illius præcepti reis: Deut. 4. *Non additis ad verbum, quod vobis loquor, nec auferetis ex eo;* ob id horum quidam multa sacra dogmata, tanquam adiphora, quasi non nisi indifferentiam, & opinationem gi-gnant, reijciunt. vniuersi verò Orthodoxos, velut adulterantes verbum Dei execrantur, aquam humanarum inuentioum vino sapientie admiscētes, placita hominum pro Dei verbis præconiantes.

3 Verumtamen est, vt scripsit Clemens lib. 1. Strom. *Verbum non vult esse otiosum, qui credidit: Quærite, inquit, & inuenietis, sed inquisitionem terminat inuentione, recedentibus naris; inserta autem contemplatione, qua nostram fidem confirmat, & lib. 5. de Deo quærere se non ad idem, sed ad inuentionem tendat, est salutare.* quare idem Doctor. *Quæstionem, qua super fundamentum fidei splendidam, & magnificam cognitionem edificat, optimam esse scimus.* Hinc multa quorū que queruntur consecraria à principijs reuelatis, vt credenda proponi possunt, dicente Nazianz. orat. 5. de Theol. *Perspicuum est, quod & si nulla non dicantur in scripturis, ex his colligi, que necessario efficiant, & probent.* Et recte idem præscripsit oratione 3. post medium, aliter nos debere quæstia pertractare, & diligenter ponderare, que soli fidei dantur, que a rationibus quoque, & argumentis, que denique eiusmodi sint, vt pro ijs fortiter decernendum sit, rationibus tñ non ferro, neq; armis. Rursus aduertit, quædam nec omnino quærēda, quædam mediocriter indaganda, quædam permittenda, utpote nostram fidem minime coruallentia. Ad quam deductionem, & profectum cognitionis docet Clem. respexisse Apostolum, dum scribens Corinthijs ait, fidē accrescendam esse ex cognitione: *Spem autem habentes: augete fide: vestre forent magnificam secundum regulam nostram in abundantia dōnis, que supra vos sunt euangelizem; non dicit extensionem gradulationis, que fuit in loco. quoniam fidem quoque dicit abundasse in Achaia.* fertur autem in Actis Apostolorum, eos verbum prædicasse Athenis, sed docet cognitionem, que est perfectio fidei, abundare ultra cathedram, committentem maiestati doctrine Domini, & regulæ Ecclesiasticæ. Meritò verò ex hac Patrum doctrina, Erasmi Versipellis irritō deridēda pponitur. [maxima (ait in sua memoria) est Theologorū felicitas, qui iuxta proprium arbitrium explicant mysteria Christi, ostendere saequeunt quomodo creatus sit mundus, à quibus canalibus originalis macula ad posteros sit traducta: rursus quomodo, qua mensura, quanta temporis duratione Christus in vtero virginis humana forma fuerit indutus; quomodo sine diuersorio accidentia in Eucharistia

permaneat: at hæc vulgaris, & trita. Illa sunt sublimis, & vt dicunt
 illuminatis Theologis digna, de quibus si sermo incidat, necdum ex-
 citatur, sed bili accenditur. id contingit cum tractant: si in diuina ge-
 neratione instans assignari possit. Si in Christo possint plures filiationes
 assignari. Si illa propositio vera sit. Deus Pater Filium odio habet. Si
 Deus loco Christi mittere potuerit feminam, vel diabolum, vel asinũ,
 vel peponem, aut similia, & quomodo pepo ille predicare potuisset, mi-
 racula patrare, & tandem in crucem adigi. & postea. Quid consecras-
 set Petrus eo temporis articulo, quo Christus pendeat in cruce. Si
 eodem tempore in triduo potuerit dici homo. Si post resurrectionem
 animarum erit vsus ciborum, ex nunc cogitando de fame, & siti, quã
 possent eo tempore habere. Infinitæ sunt, & subtilissimæ nempe, quibus
 abundant. Et his maiores, & minores, vt de instantibus, formalitati-
 bus, quidditatibus, hæccitatibus, quas & si oculatus discernere non
 possit, nisi lynceo assimilis, qui quoque possit discernere in profundis-
 simis tenebris, quæ nullibi reperiuntur. Addantur his illæ non exco-
 gitatæ sententiæ veluti paradoxa tanquã à Stoicis antiquis prolata, quæ
 comparatè vocant pinguisima, & triuialia. sunt quoque tales eorundẽ
 sententiæ, vt dicant minus peccare mille hominum occisores, quã
 pauperem, calcem in die Dominico resarcire, minusque Deum offen-
 di permittendo totum Orbem perire cum suo victu, & vestimẽto, quã
 leuissimum proferre mendaciam. Hæ subtilissimæ inuentiones auctio-
 res factæ ex inuentionibus Scholasticis; vnde facilius exitum reperire
 possumus in labyrintho, quã ex tricis Realium, Nominalium, Thomis-
 tarum, Albertistarum, Okamistarum, & Scotistarum, & alijs eorundẽ
 sectis, quarum ex prænarratis hæc principales, in quibus tanta euidenti-
 est, & tanta difficultas, vt putem Apostolos nouo indignis Spiritu Sa-
 si adstricti essent ad disputandum cum hoc nouo Theologorum gene-
 re. Verum est, quod Paulus fidem docere potuit, sed cum dicat eam
 esse substantiam sperandarum rerum argumentum non apparentium,
 parum magistraliter eam definiuit. Idem optimè demonstrauit chari-
 tatem, sed parum dialecticè eam diuisit, aut definiuit I. Cor. 13. præte-
 rea consecrabant benè, & piè veteres secudum quod Christus ostē-
 derat, Eucharistia Sacramentum; attamen si antea rogarentur de termi-
 nis à quo, & ad quem, de transubstantiatione, & modo quomodo Chri-
 stus sit in diuersis locis, & de differentia quomodo Christus est in Cæ-
 lo, & quomodo fuit in cruce, & in Sacramento sit; & ulterius in quo
 puncto fiat transubstantiatio, cum oratio per quam fit, sit in motu; eo
 modo, quo debet esse quantitas determinata. si de his interrogati fuis-
 sent antiqui Patres, non puto ita acutè respondere potuissent, vt modo
 Scotistæ disputant, & diffiniunt. Agnoscebant illi matrem Iesu, nullus
 erat, vt Theol. nostri faciunt, quomodo ostēderit philosophicè p̄seruatio

sem eius à primigenia labe. Accepit Petrus claves, & ab eo accepit; qui nulli indigno dedisset; sed non idè ipse id intellexit, quantum capio; vel si id percepit, nunquam locutus est ipse de hac subtilitate, quomodo possit ille claves scientiæ habere, qui nullam totalem scientiã aliquam habet. Baptizabant vniuersaliter vnumquemque, nec idè docuerunt formalem causam baptismatis vel materialem, vel efficientem, vel finalem, nec de charactere delebili, vel indelebili aliquam mentionem fecerunt. Adorabant iidem, sed solum in spiritu, nihil aliud sequentes nisi dictum Euangelij; Spiritus autem est Deus, & qui eum adorât in spiritu, & veritate adorare necesse est. Sed non visum est illis reuelatum esse, quod eodem tempore adorare oportuisset imagunculam, carbone delineatã in pariete; dũ modo habeat indicẽ, & medium manus dexterę extensum, & Xp̄m ipsũ habetẽ capillos lōgos, & incōpositos, & in rotundo occipitijs tria etiam tãquam ramos crucis eadem reuerentiã, & adoratione, qua Christus adorari deberet. Quis est qui posset plene hæc percipere absque septennio infudando naturali scientiæ, & Metaphysicæ Aristotelis, & Scoti? Edisserunt nobis Apostoli de gratiã, sed non distinguunt, quæ differentia sit inter gratiam gratum facientẽ, & gratiã datam. Exhortantur semper ad bona opera, sed non dant discrimen operis operantis, & operis operati. Iugiter exhortantur, & docent de charitate, sed non partiuntur in acq̄sitam, & infusam, nec nos illustrent, si ipsa sit accidens, vel substantia, vel creata, vel increata. Imodium peccati nos adducebant, sed mori vellem, si scienter diffinire possent, quid illud sit quod nos peccatum vocamus, ni fortè Scoti spiritus eadẽ edoceret. Nō est possibile vt credã, Paulũ (cuius eruditione ceteros iudicare possumus) toties damnasse, quæstiones, disputationes, genealogias, pugnasque verborum, si similes argutiunculas retinisset in animo, vt omnes illorum temporum quæstiones collatę cum subtilitatibus nostrorum Magistrorum acutioribus argumentis Chrysippi; nil aliud æstimabuntur, quàm contentiones, & lites rudium, & indoctorum hominum, & si non damnent isti si quid in Apostolorum scriptis legunt, minus magistraliter, & non exquisitis verbis scriptum, eodemmodò tamen interpretantur, & exponunt, vt ipsis liber, consulentes honori, antiquitati, nomini Apostolico.

4 Satis erat iniustum, ab illis tot difficultates exquirere, qui nec semivbum à suo Magistro didicerant; sed si ipsæmet crassities (vt illas vocant) fortè reperiuntur in Chrysostomo, Basil. Hieron. sufficit ipsis dicere, non adstrictos ad eas sciendas; & tamen certissimè Gentium Philosophos confutabant, Iudæos natura pertinacissimos, non syllogismis, sed miraculis, & sanctissimis eorum moribus. Verum est non fuisse sufficiens Iudæorum & Philosophorum ingenium, intelligens, nec vnum Scoti quodlibetum. Et quis gentilis nunc modo reperi-

retur, vel quis hæreticus, qui illico tot subtilitatibus non cederet, nisi forte esset hebes, qui non eas gustaret, vel perfrictæ frons, quibus illuderet, vel ipsdem tricus esset illaqueatus, vt par esset certamen; non secus cum magus alium magum adoritur, vel aliquis fatali gladio præliaretur cum alio, qui similiter machæram haberet incantatam; nil tunc sceret, nisi Penelopsis telam retexi. Satis optimè Christianis consultum esset, si loco illorum delicatorem militum, quibus dubiè decertatur contra Turcas, & infideles eligerentur Scotistæ, vocibus, & rumoribus aerem implentes, & pertinacissimi Okamistæ, & inuictissimi Albertistæ vna cum reliqua Sophistarum multitudine; cernerent conflictum infelicum, & nunquam alias partam, victoriam reportatam. Quis est tam frigidus, vt disputationibus horum non accendatur? Quis ingenio aded humili, & abiectio, vt calcaribus eorum non extimuletur? Quis acie luminis aded acutus, vt ante oculos eorum velamen tenebrosum obduci non possit. Vereor, ne iocari existimer, Cælum contestor me vera dicere. Peius est, quod cum repesiantur etiam Theologi melioris institutionis, & doctrinæ, audientes vanas Scholasticorum argutias, stomachentur, tamen velut sacrilegi reputantur abominabiles. Ipsi reputant maximam impietatem de secretis altissimis disseerere, & venerationi potius exponenda, quàm explicanda communi linguæ aded immunda, & prophanis argumentis committere, & definitionum arrogantiæ, eaque Theologiæ maiestatem lucidis sententijs, & verbis espurcare. Nihilominus arguti Scholastici suo sensui, & sapientiæ apparent sapientissimi, suaque doctrina, & sapientia contenti, conquiscent, & sibi plaudunt; adeoque in suauissimis ipsarum miserijs, die ac nocte occupantur, vt tantillum otij nancisci nequeant, vt semel videre possint Euangelia, & Epistolas Pauli percurrere; & dum traxias prosequuntur, garrunt in scholis, & sine dubio existimant tubis suorum syllogismorum totam Ecclesiam sustentare suo iudicio ruituram, magis quam Athlætè humeris Cælum sustentare Poetæ fabulati sunt. Et quàm felices esse putatis eos, quando sacras litteras, ac si cereæ essent, suo arbitrio formant, atque reformant, & cum ipsorum conclusiones probatæ fuerint ab aliquibus Scholasticis, prætendunt maiori existimatione tenendas quam fuerint in pretio Atheniensium leyes; imò vt & ipsis Pontificijs proponantur. Præter quam quod, ac si essent Censores, & correctores vniuersi, scribes cogunt ad palinodiam, qui expliciti, vel impliciti conclusionibus non concordassent, eadem veluti oracula pronuntiant: illa propositio est scandalosa: hæc est parum reuerentialis: illa sapit hæresim: illa est male sonans; ita vt non sit amplius baptisma, nec Euangelium, nec Petrus, nec Paulus, nec Hieronymus, nec Augustinus; imò nec ipse Aristarchissimus, qui potest informare, & erudire Christianos.]Et post aliqua, [Tanta diligentia

Inferos depingunt, ac si infinitis annis ibidem commorati essent, suos Cælos fabricantur, quibus addiderunt Chrystillinum, etiam si amens locis, & ad deambulandū appositis egerent, & animi causa ad pile ludum exerceri (& poltea.) Ventosa eorum capita, & grauida, muficat, vt caput Iouis cum Mineruam parere volebat, & Vulcani bipenni illud oportebat findi. Et quātō minus sapiunt magis in elocutione barbariem effutiunt, qui ob id tumidi fiunt, quod à rudi Populo percipi non valent, & dignitati sacrarum litterarum congruere afferunt, non subdi Grammaticorum ferulis, & tunc se Deo proximos putant, cum Rabbi nomine salutantur.]

5 Hæc ex impio Erasmo excerpta, de cuius ingenio quotquot nostro seculo hereses exortę, tiquā germina pullularūt ex Theol. Scholad. damnatione, & calumnijs non distinguendo cum Nazianz. multiplex in Theologia genus tractari quæstionum, merito quidam de te cecinit Erasme scribente Moriam. *Stultitia laudem scripsisti primus Erasme, indicat ingenium Stultitia istatum.* Alias ergo esse quæstiones Scias, quæ ex fide decidendz sunt, alias quæ ad exercitationem relicte, alias soli fidei donandas, alias sine læsione fidei disputationi subijciendas, & in quibus salua compage, & fides sine erroris periculo disciptari potest, vt in iisdem Patribus apparet, quos Scholastici securi sunt, admonendo diligenter, multum interesse inter quæstiones, quæ pertinent ad fidem, & eas quæ ad placita, & probabilitates adstruendas: in illis errare criminofum est, in istis nullum periculum. Vnde versuti heretici Pelagiani quæstiones de gratia ad fidem, vt docet Augustinus, nullo modo pertinere docuerunt; ea vafritie, vt deprehensi in errore, ciuilliter, non criminaliter errasse viderentur. Contrario modo procedit Erasmus dicendo Theologos non pertinentia ad fidem cum fide confundere, & ab Apostolis minime agnita, quæ tamen ipsi Theologi cum fide inuoluant; quæ manifestissima est calumnia.

6 Aliud dicere remanebat, nimirum Theologos, quæ ad fidem pertinent, extra fidei cancellos collocare. Hic calumnie locus Pozianz indoli relictus erat; quorsum enim sextam veritatem proposuit, quæ vera est: nimirum: contra præceptum diuinum esse addere fidei, quod nullo modo addendum est, & impetere, & censurare oppositos sentientes, de quo nullus dubitare debet censurandos esse, si veritatem illam abnegarent; nisi sub hac defensione veritatis, taxare S. Th. D. Angelici sectarios, qui doctrinam eiusdem sequuntur, quasi pari passu, & æquali lance libere scripturas canonicas, & S. Th. doctrinam, cum tamen valde solliciti omnium Patrum litteras à canonica diuinarum Scripturarum distinguamus (vt dicebat August. 2. cōtra Crescon. Grāmat. c. 31.) non nostra fictio est, sed eiusdem Pozz impostura, qui dixit discipulos S. Thomæ ad quæ scripta eiusdem doctrinæ canonice sed

ex quo fonte hæc hausta, videamus. Lutherus sic dicebat lib. ad Sylvestrum Priorem Magistrum Sac. Palatii dicebat. *Vos Thomistæ grauius estis reprehendendi, qui Sancti huius viri opiniones, & falsas meditationes, pro articulis fidei venditatis.* Sed nec veram, nec ingeniosam texuisti calumniam, & longo repetito principio, quasi aliud agens, discernendi dogmata viri priuati à publicis. Ecclesie dogmatibus, & scriptis particularium DD. scripsisti, & execrabile pronuncians, qui non auderet ista fecernere, imperceptibili morsu vellicās S. Tho. alumnos, quasi Thomisticam doctrinam adæquando scripturis, quasi hic syllogismus sit Pozzianus. Non est sub pena maledictionis eternæ in Apocalypsi descripta aliquid addēdū diuinis Scripturis. sed hoc faciunt Thomistæ, doctrinam S. Tho. adæquando scripturis diuinis, ergo. Quasi nō satis fuisset Poze hac criminatione à Luthero impetitos fuisset Thomisticos alumnos, nisi nouiter Catholicos à catholico viro eadem criminationes audire oportuisset; restabant scilicet inter publicos tumultus priuatorum odia, & penetrabilibus, & intimis secessibus procedentia, quæ vicissendi causa etiam in innocentes emergunt, priuata sq; iniurias, ac similitates, Christianæ reipublice nomine, & iudicant, & propulsant.

Sed meminisse debebat Elucidiffa iniuste taxatam S. Thomæ doctrinam, cuius articuli, tot sagittæ immisæ in corda inimicorum Regis, & eius vniuersæ doctrinæ illud merito adaptari potest. [Sagitta Ionathæ: auantum abijt retrorsum] Herculis sagittam crudelitatis instrumentū, in Cælo, quod est clementie symbolum, consecratum fabulata est: auquantitas, quod visceribus Promethei vulturem inhiantem perenni morsu, tanta dexteritate perculisset, vt illo occiso, viuaci plaga mori undū; nunquam verò morientem Herculem tanta dexteritate liberasset. An non maiori dexteritate hæresis velut vultur occisa, & à rodentis morsu libera, quecunque regio, quæ illum exceperat, Thoma liberatore, agnouit ipsi & eius scholæ maximè tribuendam, quod impietas falsā, qua se contegebat personam detraxerunt, reconditas insidias ostenderunt, luporum rictus sub ouium pelle resectos: retexerunt, & pixides, et si speciosis titulis ornatas, venenatas deprehēderunt, librorū struem Vulcani tradiderunt; compressæ impiorum voces, lues publica errorum dissipata, sopita segnitie, experrecta, & breui dissipatio fidei imminabat, ni ad arma conclamatum esset aduersus perduelles, pro Orthodoxia liberanda, & flamma omnia depopulante restringenda, & tamen ob hæc beneficia suppositæ aduersarij Christi Luthericolæ à Cælo S. Thomam exturbare, liberrimè efficerent. Sic clamabat idem Lutherus, dicens: *Si non credidero Thomam esse canonizatum, non sum hereticus.* Si hæc non ingeruntur à Poza tñ S. D. malè audit, vulniferatur; vulniferatur quoque ab his, qui Orthodoxum nomen, & auctorita-

est præcedunt, quasi grande in rem christianam imperium habeant, sperando his imposturis esse gloriosos, & factam S. Doctoris auctoritatem hoc temerario facinore violari.

Septima Veritas.

Liberior est facultas denuo opinandi in controversijs arbitrarijs Scholastica Theologia, quam in alijs questionibus scripturae contradictoria claudis hanc propositionem: equalis, aut maior facultas est cuius opinandi in controversijs arbitrarijs scriptura: sub hoc sensu probabiliter utraq; opposita assertio potest defendi: et si sermo sit de locis dogmaticis scripturae, quorum sensus iam sit ab Ecclesia declaratus, non potest sine manifesta heresi opposita assertio septima veritatis propugnari.

Impugnatio.

ET hæc quoque propositio in fugillationem vergit alumnorum. S. Thomæ ex talis præsuppositis larvati, quasi dogmaticos sensus, siue ex parte expositiva, siue Scholastica elicitos velimus coequare cum opinionibus, & arbitrarijs scholæ placitis, quod est non leuem iniuriam ipsæ inferre. Videtur larvatus ex defensione septimæ veritatis fornicem sibi erigere triumphalem, & non secus ac Lacones, cum de Persis victoriam reportarunt, de spolijs, & manubijs hostium porticum victoriæ indicem pro trophæo constituerunt, ubi ex Vitruvio Pollione lib. 1. c. 1. p. 3. captiuorum simulacra barbaro vestitu, ornatu, superbia, contumelijs punita sustinentia tectum collocarunt. Exinde multi statuas Persicas ad sustinenda Epystilia, & impositam ædificiorum molem, quasi ad baiulorum vile munus, non Athlantis honorificum, sed probrosum ministerium exercentes; cum tamen Apostolos, deinde Pastores, & Doctores elegerit Christus, ut doctrinam ipsis traditam suis humeris sustentarent, glorioso, non probrobo specimine: tantam verò molem sustinere non potuissent, si ossa eius inclinari potuissent, hoc est si debilia fuissent; vnde custodiuit Dominus omnia ossa eorum ne confringerentur, vel oneri succumberent; quare catholica fidei doctrina non innititur placitis, vel arbitrarijs positionibus, sed firmissimis dogmatibus, ex qua sustentatione domus Dei ita sustentatur, ut casum non metuat. Absit ergo ut probabilibus placitis fides nostra innitatur, docente nos Propheta: *Fundabo te in Saphyris, & ponam iaspidem propugnacula tua.* & iterum: *ædificata, est cum pro-*

propugnaculis. & rursus. Si murus est, adiscemas super eam propugnacula arpentas, &c. Verum quoque est, quod & si opinabilia à dogmaticis distinguantur, siue in parte Scholastica, quam Expositiva grandis securitas est in materijs probabilibus sequi, vel communem Patrum, vel aliquem grauiorum. Vnde præciditur vel frequens sententiarum varietas, vel licentiosa libertas; quare de liberè opinante id impletur Iob. c. 11. *Vir vanus in superbiam erigitur, & quasi pullum onagri se liberum natum putat.* Pulli onagri nomine agrethium genus exprimitur, ait Gregorius c. 10. lib. x. Moral. *quod naturè dimissum motibus, toris dominantium non tenetur; agri namq; animalia libertatem habent, & ire appetunt, & quiescere cum lassantur, aptatur illi, qui per refranatà libertatē q̄rit, ut disciplina hunc lora non teneant; sed audenter vagus per syluam desideriorum currat, quod accidit etiā in intellectuali disciplina immoderato ingenio sine delectu quicquid ei arridet sectando, nec ambulanti per semitas disciplinæ, & lora instrumentum non sentienti.* In his quoque patiens se erudiri disciplinatus multum proficit. Vnde Cassiodorus de diuinis lectionibus c. 24. cuncta, ait, [quæ antiqui expositores, probabiliter dixerunt, sollicita mente tenenda sunt.] Nam in his quoque probabilibus laudabile est, ut dixit quoque Aristoteles in Ethicis, ut senioribus tanquam prudentioribus fasces submittamus, vnde maxima Reipublicæ p̄na est cum Deus auferet Consiliarium, & senem, & prudentem eloquij mystici (ut dicitur Esaiæ c. 3. & Iob. c. 12.) *Commutat; labium veracium, & doctrinam senem auferens, id est ut exponit S. Thomas lect. 1. vel quia insistantur, vel quia totaliter de medio subtrahuntur.* vnde in ea verba Proverbiorum c. 3. *Ne innitaris prudentia tua,* Gloss. ait. *Prudentia sua innititur, qui ea, quæ sibi agenda, vel dicenda videntur decretis Patrum præponit.* Rectè August. ad Honorat. c. 17. dicebat. *Si vnaquaq; disciplina quanquam vilis, & facilis, ut percipi possit Doctorem, aut Magistrum requirit, quid temeraria superbia plenus, quam diuinorum Sacramentorum libros ab interpretibus suis nolle cognoscere?* Nec solum astringimur ad sequenda, quæ necessaria sunt antiquos nō repulsare, sed in arbitrarijs quoque satis laudabile est eorundem sequi iudicium; nam multoties experimur non quari ad instructionem de placitis, sed ad vanitatem, & ostentationē; sunt namque nonnulli, ait idem Cassiodorus vbi supra, *qui putant esse laudabile si quid contra antiquos sapiant, & aliquid noui, ut periti videantur inueniant.* Sint in opinionibus liberi, sed quæ veræ opinionis nomine gaudent, non ut à veritate aliena probabilitate vestiantur, aut probabilia in demonstrationes transcant, maxime in moralibus, quæ ad conscientiam pertinent; facile enim nedum peccata cordis, sed etiam o opera sub aliqua probabilitate possunt defendi. vnde Basil. in Esaiæ c. 5. dicebat. *Non*

E c c

se

902 *Speciales, quæ ad h. Anonymi referuntur.*

*saltem ad scientiam, eorumque nozionem istæ ac turbæ permanis, sed usque ad opera, siquidem sunt via vitæ, quæ videntur recte esse; no-
tissima autem earum respiciunt ad profundam inferni. Eegatur Au-
gustinus quolibet 3. art. x. Malo nostro, multa eiusmodi disseminata,
sed iudicio inquisitionis postea reiecta. id de se fatetur Sanchez tom. 2.
de Religione, qui cum multa, vt probabilia vendidisset circa castus,
obscula, & huiusmodi extra matrimonij limites, tandem fallus est esse,
peccata mortalia, vt constituerat. Apostolus, quæ excludunt à Regno
Dei. Intelligent ista congerones cum dicunt ipsosmet Sanctos; præler-
tim Augustinum 3. Trinit. initio cohibere lectores ab assensu necessa-
rio suorum. Scripturam in omnibus; id enim est scripturæ canonicæ
talem requirere obedientiam, & necessarium, obsequium; nam. ijdem
Sancti, sicut non in omnibus requirunt certum assensum, & cupiunt li-
beros correctores; ita iustissimos. volunt, vel autoritare, vel ratione,
correctores. Sicut isti dico: noli meas litteras quasi scripturas canoni-
cis inservire, & ita illi dico: Noli meas litteras ex tua opinione, vel
contentione, sed ex divina lectione, vel inconcussa ratione corrigere.*

3. Verum cum omnis occasio (dicit Epiphanius hæ-
res. 59. *quantumvis modica singular. hereses à veritate distra-
xit, vt trahat opinantium turbas; idem cauendum cum præterito, proba-
bilitatis. inducuntur paradoxetera; Experimento enim didicimus. mul-
ta operum architectos. tandem lassos. iterum destruere cepisse, quæ
edificaverunt in dies sapiendo, viam novam deseruisse, veteri reassumpta:
exemplum etiam aptissimum est in S. Epiphano. contra istos. Nouitio-
los. Quemadmodum enim si quis transitum reperit in sepi circa pu-
blicam viam, & per hanc sibi eundem esse putet, & relicta publica via
per hanc eat, putat se. propinquissimè iter habere; unde reflexu facti. ruc-
sus viam. apprehendat, cognoscat quod murus consistet altissimus, & læ-
ge. intervallo extructus; percurrat autem, & non reperiat, per quam
viam exitum faciat. & per unum signum, siue milliare progressus,
adhuc amplius viam non reperiet, & sic ad plures se convertat: cum
autem sis laboret, & facultatem non habeat per quam viam ad redi-
tum pervenias, fortassis neque invenire poteris, nisi reflexeris per eam,
quæ totum ingressus est. Sic omnis heresis, & addam omnis falsa opi-
natio, maxime in moralibus, velut compendium, quoddam inuenerit. pu-
tant à longa via. discessit. Inueniens est autem ipsum murum infractus. ip-
se ignorantia implicatio. Et non usque inuenerit talis quomodo ad
veteram viam perveniat, nisi reflexerit ad primariam viam, hoc est Re-
giam, sicut etiam lex ipsa palam clamat, Sancto Mose ad Regem
Edom dicente: Hæc dicit Frater tuus Israel. Circa cõpita tua transi-
do ad terram, quam iuravit Dominus. Patribus nostris daturum. sicut
tuncam fluentem lacte, & melle, terram Amorrhæorum, ac Pherezæar.*

TUM

rum, &c. Terram fluentem lacte, & melle non declinabimus, neque ab dexteram, neque ad sinistram: aquam in argenteo bibemus, & eduliam argenti edemus, non declinabimus neque ad dexteram, neque ad sinistram. Est enim via Regia sancta Dei Ecclesia, & iter veritatis, qua quae verò harum Regia relicta, & ad dexteram, aut sinistram inclinatione facta, ubi deinceps nimium se in errorem dederit, destruetur, & non amplius mensuram habet apud unumquemque scilicet erroris imprudentia. Idem saepissime contingit, ut relicta antiquis Academicis, nouitatibus .s. intenti, & declinantes ad dexteram, vel sinistram, prout nouae rationes ad diuertendum à Regia eos impellat, inopinabilia quoque incidunt, & non habentes mensuram, qua opinabile ab inopinabili discernant Euripis, assimiles, omnium opinionibus se trahunt eradicandos.

4 Meritò hos quoque monebo cum Epiphanio [Agitur itaque serui Dei, ut filij sanctae Dei Ecclesiae, qui certam regulam nouistis, & via veritatis inceditis, ne retrahamini uocibus, & uniuscuiusque professionis uerbis, erroneae enim sunt horum uiae (quantum attinet ad haereticos) & accliuus collis adulterata ipsorum intelligentiae. Magna iactant, & parua ignocant, libertatem promittunt, cum ipsi sint serui peccati, de magnis gloriantur, & paucorum omnino participes facti sunt.] Idem de nouitiolis Magistris magno detrimento Theologiz, & Reipublicae Christianae, & consimili ferula uapulare debent, admonendo, ne magna iactent cū sint ipsi parui, & nō ambulent in magnis, neque in mirabilibus super se, non alta sapientes, sed grauissimis Doctoribus consentientes; praestat autem esse ouem humiliter arietem sequentem, quam solam ouem incedentem per abrupta in praecipitium uergentem. Credant Strommatæo lib. 1. Hi mundinatores opinionum [quod maxime fide digna probatio, quae est cum experientia, quoniam uel probatissima inuenitur demonstratio eorum, quae sunt damnata, cognitio.] nō dico acrobologica, sed quae ex sensatis, & sapientibus in re opinata haberi potest, & non opus est sine graui auctoritate, multas opiniones, quae iam ab ipsa aula Academicarum recesserunt, & repudiatæ nouum maritum requirunt, rursus reuocare. [Est autem e contrario fide digna eiusmodi animum permouens persuasio, per quam, qui sunt doctrinae studiosi, quae male exagitat, ut suscipiant ueritatem. [Opinionibus enim addicti, semper in opinionibus sistunt, & dubiam semper reddunt ueritatem.] Unde ferm. 4. Stobæum Philosophum dicere solitum ferunt: [Multa potius quam uera dicere, studio teneri; proinde multos, dum contrarias ueteribus opiniones probant, ueri cognitionem de rebus necessarijs effecere dubiam.] In rebus autem dubijs, ex quodlibet 3 dicebat Angelicus. [Non est de facili praestandus assensus.] Ob id egregie notauit Demetrius Caiet. in proemio ad 1. partem ad fugiendum

dum prolixitatem opinionum maxime in rebus dogmaticis; & moribus concernentium, D.S. prætermittit opiniones, quia doctrina tanto est certior quanto cõmunior, & vniuersalior, & remotior ab opinionibus. Ergõ nullus erit profectus per dialecticas rationes venari veritatem, an semper de Cælo expectabimus demonstrationes? Nullus est certè aded demens, vt opinandi præcludat ostium, sed ea lege, vt verè opinetur, nec. n. omnes, q̄ probabiles sententię reputantur tales sũt, nec quodcunq; auri formam mentiens, aurum obrizum est. Illi Episcopo Apocalyp. 3. dicebatur. [Nomen habes, quod viuas, & mortuus es], nec enim nomini res concordabat. Si vera est opinio, nullum periculum est eam sequi, cum sit veritate suffulta; at hoc videndum, an vera sit, cum contra veteres sapientes inducitur. Hi sunt de quibus Ezech. 24. [Cum purissimam aquam biberetis in fonte clarissimo bibentes, reliquã pedibus vestris turbastis] confusione improbabilis probabilitatis, & opinionum luculentam mixtionem. Et nunc dicebat Ierem. *Quid tibi vis in via Aegypti, vt bibas, aquam turbidam?* qui verò sunt eiusmodi idem Clemens supra depingit egregiè. Nimirum, qui profusè quidem, ac petulanter, sed non iure aliquo, vel fundamẽto volunt contra omnes dicere; omnia autem nomina, ac verba turpiter, & indecorè ei aculãtur, ut Matripater, & Nectaris, Ambrosiũ, & se ipsos fallentes, & eorum, qui sibi adherent oculos perstringentes, &c. Magna autem est turba huiusmodi. *Ac quidam eorum aliqui voluptatibus mancipati cum velint non credere, omni veneratione dignam irrident veritatẽ, vt fecerant Erasmus, & multi Nouatores barbariem habentes ludibrio, Theologos ridentes veteres de impericia linguę, quod induxerint in Theologiam hæcçitates, & eiusmodi voces. Alij autem seipsos erigentes, calumnias verbis inuenire contendunt, contentiosas comparantes quaestiones, ratiuncularum venatores, pñsillarum quarundem artium emulatores, litigatores, & iurgiorum consarcinatores.* Et hi omnes potius sophismatum, quam probabilitum dici possunt inuẽtores. vnde idem Clemens sic dicit eodem lib. *Arts Sophistica quam sectati sunt Græci tanquam rem præcharam, & magnificandam, est potestios phantastica, seu quæ visione percipitur, verbis falsas opiniones tanquam veras ingenerans. Præbet enim ad persuadendum quidem dicendi aeternam; ad contendendum verò, litigandi, & diuertendi. Artes autem si non fuerint cum Philosophis, fuerint cuilibet exitiales:* vnde ob id dicit idem. *malam artem vocat Plato, & Aristotelis furandi artem pronunciat, vt quæ totum sapientiæ officium probabiliter, id est sub specie probabilitatis aufert, & profiteatur sapientiã, in qua nã est versata, nec in eam studium posuit.* Paucis autem dicam. *Quemadmodum artis quidem docendi principium est id quod PROBABLE est, officium verò argumentum, & suis persuasio; ita litigandi, &*

concordandi artis principium, est id, quod visum fuerit; officium verò contentio, & finis victoria. Eodem enim modo Sophistica quoque artis principium quidem est id quod apparet; officium verò duplex, unum quidem ex arte dicendi, quod cernitur perpetua oratione, secundum proficiens; alterum verò ex Dialectica interrogans; eius verò finis est obfusperatio, & deductio ad admirationem, & qua rursus in scholis iactatur Dialectica, ostenditur Philosophi esse exercitatio, in eo, quod est opinabile suadendo, quod dicitur esse probabile, contradicendi facultatis gratia, ac si nullo modo ad veritatem sciendam laboretur. Vide quomodo se probabiliter loqui suadent, cum sophisticè loqui elaborent, & opinabilia venditantes, & dialecticè argui existimantes, in falsa, & sophistica tandem tendunt, & eorum germina in auenas degenerant. Hi sunt fructus Nouantium, qui mēdacia seminant, & ventum metunt.

5. Sed si ingenij pruxitum in Philosophicis rebus, quę tamen minime Theologica labefactare possunt, volunt foedare, vt liber in his eisdem relinquatur campus, contineant se tamen intra cancellos, ne Theologica aggrediantur, & ea quę conscientię conducunt, vt nec per eas opinionones restringantur plus æquo, nec iisdem relaxentur lora; sic enim possunt humanam naturam, vel ex nimia laxitate, vel nimia restrictione ad inferna deducere, est via, qua videtur homini recta, sed nouissima eius ad inferna ducunt, quod bis replicauit Salomon in Prouerbis, ne leue putaretur, quod iterum repetitur. audiamus Psalmistam. Quousque irruitis in hominem, interficitis vniuersi vos, tanquam parieti inclinato, & maceria depulsa. Pl. 61. impellunt siquidem hæ ignorantas, atque impia disputationes hominem ad vitia procliuam, & quasi factam iam, cadentem demergunt, consilijs adhortationum fallacium, noxiarumque rerum perimenter, quasi parua sibi ipsi conciliatrix vitiorum voluptas sit, quàm lex restrictione conscientię ad huc desperatio iudicii æterni, retributionisq; in resumptum presentis, & corporalium adhortetur, & quem ante libido, ebrietas, auaritia, ira perfodiat, tandem inclinatum in terram allidat; ex nimia verò in moribus relaxatione, nedum paries particularis illiditur, vt currat aduersus Deum, extento collo, & quasi pila currat per viam latam eundo per desideria cordis sui, & adiuuaciones suas. Sed Prouincię, & Regna: quatiuntur, & mœnia destruuntur, inimicis ingrediendi in sanctuarium Dei, & comburendi omnia speciosa, & desiderabilia: domus, materiam subministrando. Neglecti omnia habentur, virtuti locus obreptus, male dictum, mendacium, & furtum inundauerunt, sanguis sanguinem extigit: defecit Sanctus de terra, & cum hominibus rectus non est, dicebat Oseas, & qui optimus est quasi paliurus, & sicut spina de sepe. & illi de Gentilibus Iumenalia Saryra 13.

*Rari quippe boni numero vix sunt totidem, quos
T'abarum porta, vel diuisis ossia Nili.*

6 Hæc omnia, vel ex concupiscentia inflammante, vel ex timore humiliante; hi enim sunt fontes, & scaturigines vitiorum, vel ex parte docentium, vel censurantium, ex formatione conscientiarum, per laxas, vel strictas sententias, vnde & paries sicut inclinatur impulsu desperationis per stricta consilia, & opiniones, ita & impellitur vento grandis, & fortis per laxa consilia. Audiuimus Hil. de desperatione loquentem. Audiamus Augustinum quemodo potest uia lata introduci, & plausibilis, quæ impellit non unum parietem, sed innumeram Prouinciarum multitudinem: in libro ergo de Pastoribus c. 3. sic dicebat. Absit ergo, ut dicamus vobis. *Ni uis, ut uultis, securi essite, Deus neminem perdit, tantummodo fidem Christianam tenete; non perdit ille, quod redemit, non perdit pro quibus sanguinem suum fudit: (his escis Lutherus, & Caluinus tot Populos protraxerunt) Es si spectaculis uultis oblectare animas uestras, ite; quid mirum est, & festa ista, quæ celebrantur per uniuersas Ciuitates in latitia conuuantiam, & publicis mensis, ut patatis inuocandis, uenera magis perdenium: ite, celebrate; magna est Dei misericordia, quæ totum ignoscit. Coronata uos rose antequam marcescant. In domo Dei uestri quando uolueritis, conuuantiam, impleamini cibo, & uino cum uestris; ad hoc enim data est uobis creatura ista, ut ea perfruarini. Non enim impijs, & Paganis eam dedit Deus, & uobis eam non dedit. Hæc si dixerimus, forte congregabimus turbas ampliores, & si sint quidam, qui nos sentiant hæc dicentes non nocere sapere, paucos offendimus, sed multitudinem conciliamus. Et quamuis ad hæreticorum coriphæos uerba ista directa sint, qui per dulces has benedictiones seducunt corda innocentium, satis ad opinantes eos dirigi possunt, qui uolentes congregare turbas, & multitudinem ad eorum sequentiam incumbunt, qui licet ea peruersa dogmata non prædicent, tamè intra Ecclesiam constituti multa de contractibus, de tributis, de misionum famijs, de pudicitia scribunt, ampliando sententias, quæ communiter (& si illi, ut probabiliter uendunt) inter ea opera reponuntur, quæ probabiliter condimento condiantur, ut merito Vniuersitates, uel etiam privati Theologi inter manifestata opera carnis reuolent. Rursus in refractarios sub prætextu diuinæ reuelationis inuenitur (Ierem. c. 27.) uiam latam introducens tendentem ad perditionem, de quibus dicitur: *Affirmant linguas suas, & aiunt, dicit Dominus: (omnino non mendaciam uarrantes illud, quo seducant Populum meum in mendacio suo, & in blanditijs suis. Cum ego non misissem eos, nec mandassem eis. ubi Hiero. affirmant hæretici prospera cuncta semper polliceri, Calerum Regna facili negotio per-**

anteribus pendere; adeo ut dicant: parata tibi sunt Regna Cælorum: potes imitari maiestatem Dei; ut absque peccato sis; capisti enim perfectæ libertatis legem, illius scientiam tenes, quæ quod volueris consequi valeas, decipiuntque blanditijs miseros, et maxime multosque oneratas peccatis, quæ circumferuntur omni venæ doctrinæ, et omnes auditores suos ferali adulationis veneno decipiunt, assumunt testimoniam scripturarum veteris, et noui testamenti, et fiunt verba Salvatoris, unusquisque à proximo suo. Prophetis, et Apostolis, et Evangelistis, et assumunt linguas suas, ut cordis veneno ore sacrilego pronuncient, et maligna interpretatione depravent.

7 Opinantes uerò, et si publicam doctrinam Ecclesiæ non adpianantur, opinionationes liniunt, ut in moribus maxima detur licentia. Unde ut docebat Gre. in Moral. Sape vitia sub huius dulcedinis condimento se ingerunt, et se esse virtutes mentiuntur, nam dissoluta remissione quasi mansuetudo, et pietas habetur, effuso misericordia eruditur, timor incipit et humilitas putatur, vocis superbia mera libertas affluatur, et pigritia quandoque, quasi quies continentiam attenditur. Vide eundem 3. Mor. cap. 19. Hinc rectè Laer. de uita Philosophi dixit: nullas esse occultiores insidias, quàm quæ latet in dissimulatione officij, aut in aliquo necessitudinis nomine. nã ex Cicerone: apertè odisse magis ingenuus sit, quam fronte occultare sententiam. Is qui palam aduersarius est facile cauendū nitari potest. At Troianus: equus idè defellit, quia formam Mineræ mentitus est. Et author operis de simplicitate prælat. Et quia mendacium species placet alienas, quod per se corruptum, et vanescit, et desinit nisi ornatum aliunde exhibitis: circumlinitum fuerit, ac politum: nõ sit ut quos desinere nõ potest in via iniquis: virtutis acie: per impostores circumseribit, ac decipit non itinere errore. Sed interdum, nec liniuntur glumino solidæ doctrinæ, et sic isti decepti: ut supra diximus, sunt (ut dicebamus) uel uti paries inclinatus, et linitores sunt opinatores, qui ut illi, quos instruunt in sua doctrina corrunt, et progressu temporis non est paries, et non sunt qui liniunt eum. Aduersus istos linitores iouehitur Dominus: Ezech. 13: [Ipsè edificabat parietem (nempe peccatorum) illi autem: linebant eum luto, absque paleis. Dic ad eos, qui liniunt absque temperatua, quod cæsus sit, erit enim imber inundans, et dabo lapides prægrandes, desuper irruentes, et uentum procellæ dissipantes; siquidem ecce cecidit paries. Nunquid non diceret uobis, ubi est litura, quam liniistis? et complebo indignationem: meam in pariete, et in his, qui liniunt eum, absque temperamento, dicamque vobis non est paries, et non sunt, qui liniunt eum.] Cædit autem peccator, qui consultitur à similibus opinatoribus, et linitores, qui sunt ipsi. Opinatores cum suis opinatoribus destruantur.

Vera

8 Vera ergò est contradictoria in quæstionibus ar bitrarijs quibus-
cunque, cum uera est probabilitas, possumus sequi, absque erroris pe-
riculo quamlibet contradictionis partem, nisi sensus sit per Ecclesiam
determinatus in expositione sacre Scripturæ, vel per eandem contro-
uersæ pars fuerit decisa. Quando autem deciso, & determinatio Ec-
clesiæ non est, opinandi datur licentia ad regulas tamen probabilitatis
restricta; unde paralogismus ille uitatur u3. Licet in his quæstionibus
arbitrarijs aliter, uel aliter opinari; ergò in hac, uel illa quæstione da-
tur locus opinioni; multoties enim sicut aliqua ratio demonstratio pu-
tatur, quæ probabilis tamen est; ita sæpissimè probabilis reputatur,
quæ in Sophisticæ cancellis clauditur, & continetur. Et tunc illud ac-
cidit, quod aduertit Seneca in ludo Claudij Cæsaris. *Pacilius inter ho-
rologia conuenire, quàm inter opinantes, reuera tamen Sophistas; nam
& si ad gratiam, & ingenij acumen ostentandam loquantur, ad perni-
ciam, quam moliuntur, tendunt, sciunt in praxi illud exercere. Pacem
orare manu, præferre puppibus arma. Æneid. x. hi autem, qui fini-
stro hoc sine procedunt, tandem, ut Oraacula Delphica conticescent. Im-
pij enim in tenebris igrorantiz conticescent, quia nou in fortitudine
sua roboratur uir.*

Octaua Veritas.

Octaua veritas. In quacunque thesi de controuersis opi-
natinis; Sancti interdum adueniunt in contrarias senten-
tias ob rationes, quæ ipsis uidentur efficaciores, atque
idem potest fieri nunc in materijs arbitrarijs, si unum
pra alio Sanctum Patrem, Doctoremue sequamur, aut deseramus.
Quod Patres interdum contraria opinentur, certum est, & sic eius cõ-
tradictoria erit euidenter falsa. Secunda propositio contradictoria,
quod in quæstionibus indifferensibus, nõ liceat Doctorem unum sequi
alterum ue deserere, & non licet Scholastici alicuius antiqui opinio-
nem deserere, ut quis sectetur alterius recentioris Scholastici senten-
tiam est manifestè temeraria. Ex eo .n. feret non licere interdum
probabiliorum opinionem sectari: constat enim non raro aliquas opi-
niones in rebus dubijs maiore probabilitatem, quàm antiquas nãc isci.

Impugnatio.

E Gregiè Basilius exponens illum locum Efc. x. *Va scribentibus*
iniquitatem pronunciauit. Sunt nonnulli, qui indignam censet
suo-

suorum maiorum insistere vestigijs, & que ab his tradita sunt dogmata infectari, turpe esse existimant. affectant videri auctores excelsiorum novitatum; quare novas quasdam doctrinae molitiones comminiscuntur præter rectum. adversus hos torquetur, & pervenit hoc V. a, in hos inquam, &c. Ad idem respexit Greg. lib. 26. Moral. in 36. c. Iob. Cum enim Eliud de suo aliquid vellet addere in disceptationem quam habebat cum Iob, dicebat: [Sustine me paulum, adhuc enim habeo, quod pro Deo loquar, repetam scientiam meam à principio, &c.] quæ verba exponens S. D. dicit [quia nonnunquam DD. SS. crebrè repetunt si qua obscurius dicunt, ut quæ occulta prædicant, auditorum cordibus voce hæc iterationis infundant: plerumque hoc appetunt etiam arrogantes imitari, & insolenter ea, quæ dixerint replicant, non quo auditorum cordibus insinuare res appetunt, sed quo eorum iudicio eloquentes videri volunt.] Sed vrinam in modo, nempe ex arrogantia peccarent, dummodo ab antiquis dicta, iterum roborarent, & explicarent; sed interdum ad novas voces prosiliunt, captata aliqua veterum autoritate. [Solas (dicit Greg.) aliquando voces imitantur, efferunt laudando quæ dicunt, non quo eis torpor audientium displicet, sed quo sibi inhianter placent. iustorum voces imitantes simulant, sed vim vocis ignorant.] & infra. [si non inveniunt voces hominum, quæ inhianter expectant, ipsi scientiam suam laudantes prædicant.] Sic vel extendunt interdum, vel extorquent, vel vim inferunt dictis alicuius antiqui, quem sequi fingunt, & solas voces imitantur illius Doctoris, quem probabiliter se sequi putant, & vim vocis Doctoris ignorant. insuper sub illa voce novitatem suam, vel scientiam suam laudant interdum, cum nec vocè ab illo Doctore traditam inveniunt: illudque frequenter cernimus, quod scripsit Hieronymus, qui cum bona imitari nãqueunt, quod solum facere possunt, invident, & in eo se doctos, eruditiosque arbitrantur. Si alijs detrahant, & (ut dicebat Hormisdas ad Possessorem) sub prætextu rationum, autoritatem, velut iugum excuciant, [autoritatum veterum contemptores, novarum cupidi questionum, solam putant scientiæ rectam viam, quamlibet conceptam facilitate sententiam, eiusque tumoris elati, ut ad arbitrium suum utriusque Orbis putent inclinandum esse iudicium,] & in ipsa electione opinionum, veluti Magistri sedent, adinventa nuper parte selectius elucidant, ut non quod ab hoc, vel illo Doctore dicitur seligant, qui gravitate, vel nomine authoris ad assensum moveantur, sed quia id sibi ipsis videtur, & verum, & rectum, & eorum palato sapiens. De his dicebat Naz. Apolog. i. qui nullum Doctorem pro Duce, quem sequantur eligentes [Sermonibus omnibus se subiiciunt tanquam ex omnibus id quod melius, certiusque est electuri, ac sibi ipsis tanquam malis veritatis iudiciis confidentes, à disertis postea verbis, & ad persuadendam com-

positis subinde circumferuntur, omnibusque sermonibus obruti, Doctoribus permutatis, ac multis literis, velut puluere in ventos facile abiectis] ex libertate opinandi in indifferentibus eò decidunt multi opinantium, cum habitum sibi eiusmodi de omnibus censendi formaerint, quasi auctoritatem prætoriam habeant, & virgulam censoriam: ita grauioribus idem facere præsumunt, & in ijs, quæ vel sanam fidem, vel ipsam analogiam, & pliorophiam fidei respiciunt, auribus tandem, & animo fatiscentes (ò insignem vecordiam) omnes fidei doctrinas falsidiunt, & assueti in eiusmodi opiniunculis figèdis, & refingendis, ac si in Academia, vel Sceptica doctrina essent, dum de diuinis tractat perniciosam formam sibi insculpunt, ipsam videlicet fidem nostram, vt incertam, nihilque sani habentem irridentes, & aspernantes, stultè quæ ad doctrinæ professoribus ad doctrinæ condemnationem transeunt.

2. Vtinam isti opinionum selectiui, cum delectum faciunt, hunc, vel alterum sine discretino iudicio, maiori parte Doctorum, vel saniorum, vel grauiori relicta, amplecti, profundiori callerent Theologia, vt non insurgerent contra receptos Orbis Magistròs. certè non solum maiorem, sed & saniorum in doctrina obrinerent partem, & securitatè. Hinc Nazianzenus vbi Magistrorum auctoritatem, & Pastorum præfecturam commendasset, illis contraponens contradictores quosdam homunculos, sic scribit. *Nos, si exiguam quandam gloriam, nominisq; splendorem, effecuti fuerimus, ac ne id quidem persepe, verum timore duo, vel tria scriptura verba, eaq; imperita, & concisè perdidicerimus, illa v3. sapientia est uno die parata, & Chalane turris, qua lingua præclara diuisa sunt, iam & furiosè aduersum Moysen insurgendum est, & impotuna Dathani, & Abironis contumelia, & impietas imitanda.* Finem horum Selectiurorum assignat idem Gre. non esse ad discendum vtilitatem, sed ad inanem veritatem, primarumque in scholis, & Academijs retinendi, quas non solum ad se trahere præsumunt, cunctis antiquis rectoribus, sed supereminenti titulo sublimare procurant. vnde idem S. progreditur. *Turpe est proficèto, cum in vestro, ac vtiliter ratione, nã magnificentiã, sed vilitatè aplaudiri, & sub actione humilitatè, infirmitatisq; tue sensum ostendas, & præferas in disputationibus principatum, & tyrannidem tibi vendicare, nec vnamquam annuntio festes submittere, ac super omnes legis. Doctores supercilium attollere, vbi humilitas non solum habet gloriam, sed securitatem.* De moder. in disput. serui.

3. Ex his contentionibus ansam calumniandi nedum Philosophiam, sed Theologiam accipiunt hæretici; nam & nouissimus Ioannes Angelus 1. Pblir. n. 3. Inde ait tot inter Philosophiam, & veram Theologiam contentiones orta, quas omnes facile euitariet homines, si ex quo verbo Dei sapere (addere debebat verbo Dei scripto, & agrapho)

non ex humanis commentis didicissent, ac nunc etiam discernent, æque enim falsæ, emittitq; scientiæ, obstinata opinionis, & falsæ doctrinæ utilitas, & pro politico præcepto ponit, vt ex solo verbo Dei omnem controuersiam discernendi assumant; existimant enim inimici nostri talem quoque esse discordiam inter catholicos in dogmatibus, vt cum ad inuicem non conueniant in rebus adiaphoris, in doctrina pietatis eodem modo procedere existiment, vt non nisi expresso Dei verbo posse componi iactitent adæquatam fidei determinandi rationem non integrè tradentes illam fidei, analogiam, seclufis traditionibus, Patribus, DD. consensu, ad solum verbum Dei restringentes, ex diffentionibus imprudentium, veneranda dogmata in discrimen vocantes illorum opinistarum vitio, qui ex Nazianz. in arguraticem quandam artem, veri nominis Theologiam commutarunt. Tantum potest obstinata peruerfitas eorum, qui pro solidis vana, & inania insectantur, multoque magis mobilibus animis peruerfas aggenerauit opiniones, ut nimium ingenio suo fusi, uelint potius cum obstinatissimis perire, quàm propria (quam ueram putant) sapientiæ derogare, & auidissimi gloriæ captatores, edicto publicæ authoritatis, & hominum fauore, & plausu durioris sententiæ opinionis sententiã emolliri procurant, & multitudinem rem motientes, super cæteras Academijs cristas erigunt; unde ex laxis opinionibus, postea ueræ doctrinæ occluduntur fores, libertas conscientiæ usque ad interuencionem defenditur, & rationibus pharasticis uera Philosophia facta est Pagana. Effectus docet, quo tandem processerit eiusmodi opinistarum turba, in atheismum in multis ingenijs effrenibus terminans. Videat se contineat opinari incipiens nõ uera opinandi ratione, qui lucem tenebrosam hominibus inculcãdã à leuibus principijs opinandi, tandem symbolicos articulos profligandã breue compendium introduxit, & ab his ad Atheismum prolapsio.

4 Vnius selectiui exemplo discursum claudo, ne mea comminiscã uidear. *Frater quidam* (scribit Dorotheus serm. 2. qui cum aliquid boni de fratre quopiam quisquam predicaret, statim despiciet eum, dicens, quis est ille? non est qui momenti sit alicui nisi Zofmas, & qui cum eo sunt, post capit, & hunc contemneret, & nihil pendere dicit. Nemo quicquam ualet præter Macharium, & non multo post ait, quis est Macharius? nullus quicquam est præter Basilidum, & Gregorium; atq; multo post capit, & hos teruncj facere dicens. Quid est Basilidus? quid est Gregorius, nemo quicquam ualet, nisi Petrus, & Paulus. Cui ego dixi: certe frater, & hor etiam contemnes. Credito mihi non mentior, non multo post dicere occupat. Quid est Petrus? quid est Paulus? Nemo est alicuius momenti, nisi Sancta Trinitas. Postmodum uerò, & contra ipsum Deum superbiere capit, & insolere: demique ad eum modum delapsus est in perditionis, & impietatis barbarum.

5 Dissimile fortè cernimus in Selectiuiss. producitur in médium opinio alicuius famosi, & Classici Doctoris in quæstione aliqua adia- phora: Scoti (exempli gratia) autoritas adducitur: quid Selectiuiss. non est alicuius momentinisi Gabriel, & qui cum eo sunt. Ad Bonaué- suram in alia quæstione confugitur. Quid ille? nullus quicquam va- let nisi Angelicus. Producitur Thomas, producitur Alberus, & hos si- militer repudians occinit, quid est Albertus? quid Thomas, nemo quicquam valet nisi Augustinus, & hunc similiter aspernat, transeat Augustinus, suos habet & suos; deinde & his reiectis, ad Petrum, & Paulum, hoc est ad scripturas tantum asruendas superest confugere, & ad cætera loca Theologica, quæ si proferantur, periculum illud im- minet, ut volentes esse liberi, euadant sacrilegi, & uelut onagri liberi nolunt in ordinem cogi sub potentia obedientiali, Patrum, & Ecclesiæ doctrinæ nolentes esse subiecti; unde reiectis Patribus, spreis iamdu- dum Scholasticis, reiectis Concilijs, eliminatis scripturis, in ipsum, Deum arma conuertant, perniciosam Atheismi formam sibi insculpæ- tes. Mentior si Lucherus non per eandem ferram reciprocauit; initio enim suæ apostasiæ Scholasticis uale dicès, præsertim Angelico, ad Pa- tres prouocauit, sed selectionem hæreticam diligens, Patres teruncij fecit, ad concilia appellando, sed quam diligebat interpretationem, eligens, qua suas nouitates subornaret, prætextu uanæ suæ libertatis, & antiquitatis petrusus; ad nudam litteram prouocabat: non multò post antiquitate Patrum, & DD. pressus synceram expositionem tradenti- ù, machæra suæ presumptionis è sacro canone libros mutilauit, & uelut alter mus Ponticus Marcion, multas partes scripturæ corrofit: tandem in Cælum ponens os suum, Sanctissimæ Trinitatis uocem sibi frigidam uideri blasphemans, re intrinsecus abnegata (nam hoc myste- rium cum cæteris fidei articulis pro comêto, & fabula habebat) alter Lu- cianus expressis uerbis abnegare professus est.

6 Libeat coromidis loco cum Gelasio exclamare: *Os studeant maiorum nostrorum libror, responsaque cognoscere, illic modis om- nibus uideretur, nihil esse prorsus, quod ab istis fuerit ventilatum, & ab illis non fuerit magna ueritate contritum. Sed dum sibi fi- dunt, & sine ductore per anfractus incedunt, qui eos admoneant post- terga monendo: hac est uia, ambulate in ea, ambulat per loca hor- roris, & uastæ solitudinis, & uiam habitaculi non inueniunt, & ueluti in Oceano positi, dicant cù Lerin. c. 25 (hæu miserâda. conditio) Quian- tis illi turbinibus agitantur, nunc etenim qua uentus impulerit in- tato errore rapiuntur, nunc in semetipso reuersi tanquam contrarij fluctus alliduntur, nunc temeraria presumptione ea, qua incerta ui- dentur approbant, nunc irrationali metu etiam qua certa sunt expa- nescunt, incerti quæ eant, quæ redeant, quid appetant, quid fugiant, quid.*

quid teneant, quid dimittant. *Que quidem dubij, & mali penduli cordis afflictio, diuinæ erga se miserationis è medicina si sapiant,* maxime de illis proteruis loquor, qui relicta catholica, ad refractarios fugiunt, de quibus idem S. loquitur subdeus! *Adcirco enim extra tutissimum catholicæ fidei portum diuersis cogitationum quatiuntur, verberantur, ac penè necantur procellis* (in quod periculum deuenire possunt etiam opinantes, & indisciplinata ingenia) *ut excessu in altum elata mensis vela deponant, quæ male nouitatum ventis expandentur, & circa fidem naufragantur;* in quod naufragium, si incidunt (quod Deus auertat) vel in proximo est vt eos tempestas demergat valida, & absorbeat profundum maris, contractis velis sese intra huiusmodi stationem placidæ, ac bonæ matris reducant, ac teneant, sicut & ad paternos lares se conferant, qui nouitatem antiquitati prætulerunt: atque amatos illos, turbulentissimosq; errorum fluctus prius remoueat, vs possint deinceps viuæ, & salientis aquæ fluentia potare. *Dediscant benè, tam exterrès, quàm domestici opinantes, si in sophisticam degenerauerunt, quod didicerunt non benè, & ex toto Ecclesiæ dogmate, si in errorem lapsi sunt: quod intellectu capi potest, capiant, quod non potest. credant, & si primis nouitatis lineis deductis in picturam, & imaginationem transierunt sua effingendi, & efformandi, intra regulas sapientiæ ad sobrietatem se contineant, & rectori, & sapientiori, & tutiori viæ se conforment, & non pro malitiæ, vel insipientiæ potius proteruitate prætextum veræ, & probatæ doctrinæ prædicent, vt genio, vel philautiæ suæ satisfaciant in falsa sui persuasione: tenebræ sapientiæ similitudine, quæ potius Religionem pessundat, quàm foueat; dum quoduis opinandi licentiam assumit, si nulla maiorum, & sapientum disciplina corrigi se patiatur.*

7. *Contradictoria verò quæ sic appellatur à Delaruarto, non rectè deducitur, quod sit temeraria, cum falsam, & nugacem, suisque blanditijs persuasoriam opinandi rationem assumere possit, quàm veterum, vel grauiorum disciplinam perpeti, vel tolerare velit. obstruantur ergò putei abyssi Apocalyptici, qui nociuas ranas, & locustas, vel tenebras, sub lucis venundatione per vniuersam superficiem Terræ e ructant, ne Sol ipse vertatur in tenebras, & ex distractione ingeniorum quiuis affectet principatum opinantis; nam & Regem, & ductorem Locusta non habet, & tamen ponit turmas suas. Cum verò quis in arbitrarijs veram opinionem producit, sensumq; verè probabilem, non respiciendus est. exemplum est in Gregorio in Moral. lib. 30. c. 18. vbi exposita scripturæ litera sub duplici intellectu, subdit. *Lectoris iudicio relinquendum est, quid magis duxerit eligendum, & si vtriusque expositionis intelligentiam fortasse dispererit, libenter ipsæ Lectorem magnum subtiliter, meriusque sentientem, velut Magistrum discipulus sequatur, quia mihi**

proprio donatum credo quicquid illum me melius sentire cognosco. Dicit melius Elucidista, & ex ore eius dependebimus.

Nona Veritas.

Nona Veritas has continet propositiones. Potest quis esse vir sanctissimus, & tamen accidere, ut eius scripta ab Ecclesia condemnentur. Secunda, potest quis in moribus esse sceleratus, & simul Doctor Ecclesie cum approbatione doctrinae. Assertionem haec ita sunt manifesta, ut opposita, vel euidenter falsa sint, vel haeretica; dum doctrinam, qua falli nequit, priuatis Scriptoribus attribuunt, prorsus elucet ista veritas ex c. 7. secunda partis huius defensionis. Alphonsus ille Baptista CasarAugusta Apologiam pro S. Patribus euulgare se predicabat; nihil omnino, vel mediocriter tinctum doctrina tradidit, quo has apertissimas veritates respuerit, ut patet ex c. 7. nuper memorato.

Impugnatio.

Nihil est, dicebat Hilarius in Pl. 139. Quod non daemone plerumque insidiat, quod non vipera lingua veneno obiectum sit. Nostra quoque omnium vita, maximeque eorum, qui Religioni student, qui aduersantium virtutum sustinent bella, atque obtreclationum, venenata suscipiunt iacula, fraudulenta blandiloquentia veneno appetitur. Et haec omnia per homines, in quibus spirituales nequitię operatur insidiat; in plurimis verò cogitatas supplantationes, absconditos laqueos, extensas funium capiones, & continuata semitis scandala tendit, easque interpretatur esse continuationem captioforum questionum, & responsionum, de quibus scriptum est, & funes extenderunt in laqueum, iuxta iter scandalum posuerunt mihi.]

2 Hæc ergo tendicula tendit vel ex sanctitate alicuius patris, vel Doctoris sanitas doctrinæ, & eius veritas colligitur, vel non si dicatur primum, iam probabilis erit doctrina Abbatis Joachim, quæ fuit damnata in Concilio Lateranensi, & tamen eius vitæ integritas ibidem commendatur. Si asseratur secundum, iam prodit in medium Theophilus Alexandrinus, cuius scripta à Nicephoro laudantur 4. hist. c. 4. his verbis. [Extant eius scripta alia diuinis referta doctrinis; & nihilominus ob similitates inter ipsum, & S. Ioannem Crisostomum, à communione Corporis, & Sanguinis Christi alienus factus est, anathemate percussus.]

Fue-

3. Fuerunt doctissimi viri, qui sanctitatem à doctrina separarunt, et non sit necessum, hæc duo simul coherere, vt vnum ab alio discerni nequeat. Et certe si rerum statum ordinem attendamus, & diuina ahamismata, gratia gratū facies, qua vnusquisq; iustus sit particeps diuinae naturæ, illudque impletur, estote Sancti quoniam ego Sanctus sum; à cæteris sciūgitur donis, siue scientiæ, siue sapientiæ, siue dono miraculorum, cum hæc impijs communicari possint, vt cætera huiusmodi dona, vnde & reprobis Doctoribus illud quoque adaptatur: *Amen dico vobis nescio vos.* Contra verò multi sanctitate pollent, qui tamen in docendo habiles non sunt, nec talentum doctrinæ acciperunt. Vnde Greg. lib. 2. in 1. Reg. c. 3. ait: *nonnullis. verascitur Dominus, quibus sermo Dei non reuelatur, quia simplices quique, sed magna conuersatione perfecti viri de contemplationis diuina gloria, ineffabilem quidem amoris dulcedinem contemplando percipiunt. Sed tamen ad reuelati verbi eius altitudinem non pertingunt, quia ad amantium ordinem assumpti sunt, non ad celsitudinem prædicationis. reuelatur quidem eis verbum, ut ametur, & ne prædicetur absconditur.*

4. Sed mira Dei dispensatione iungi solet eximia cognitio scientiæ cum sanctitate vitæ. Vnde idem Greg. loco citato. *In vnus, & eadem interna Dei contemplatione, & mira charitas contemplandi infunditur, de fructu tanta gloria, & stupor magnus in sancti verbi reuelatione. Quidam ergo Dominum sciunt, & sermonis eius reuelationem percipiunt, quia & mira dulcedine replentur, ex ea, quam ex consuetudine hauriunt infusione tantæ charitatis, & magna seruiantur sapientia: reuelatione verbi. Et talis nedum speculatiua, sed affectiua decoratur scientia, & habilior est ad diuinorum perceptionem, vt multis accidit SS. & in proposito nostri Cherubim merito dici potest, quod scriptum est: *Et ascendit super Cherubim, & volauit, volauit super pennas ventorum.* hoc est exponente Greg. in 1. Reg. c. 1. *super Cherubim ascendit, quia in sublimibus Prædicatorum suorum membris ascendit, & scientiæ suæ altitudinem ponit. Et super pennas ventorum volat, quia coram spiritualibus eorum oculis in altitudinem miræ intelligentiæ se sancti spiritus flatibus eleuat.* Quod si hoc inficiari velit Elucidista, vitæ sanctitatem non conducere magis vt anima iustitiam sedes sit sapientiæ, & quod Deus non assideat super Cherubim; timeat id, quod sequitur Gregorius: *& posui tenebras latibulum suum, quia manifestatis suæ sublimitatem reprobis abscondit, sicut & iniustis, nec dono sapientiæ illustrentur sicut & iusti, vnde & in Job dicitur c. 36. In manibus abscondit lucem, & præcipit ei, ut rursus adueniat: annunciat de ea amico suo, quod possessio eius sit, & ad eam possit ascendere. Id quod de luce materialiter intelligitur, de occultatione lucis solaris aditæque, & manifestatione eius de pulsi nubibus. ex S. Thomæ lec.**

1. & datur per hoc intelligi ſubdit, quod apud ipſam fit quaedam excellentior lux ſcilicet ſpiritualis, quam Deus in premium virtutis hominibus reſeruet, & de ea luce per corporalia ſignata annunciet amico ſuo, id eſt virtuoso, quem Deus amat, quod poſſeſſio eius fit, id eſt ſpiritualis theſaurus, quem Deus amicis ſuis reſeruat in premium, & quod ad eam poſſit aſcendere per opera virtutum, & ad ipſam promerendam ſe praparando. & infra, per viſionem lucis reducitur homo in cognitionem, & expectationem cuiusdam altioris lucis, & amicus Dei habet, ut non ſolum deſideret, & concupiſcat, qua videntur ei connaturalia ſecundum ſenſibilem vitam, ſed etiam ad ſpiritualia, & caeleſtia transferatur. Vnde non tantum quantum ad poſſeſſionem, ſed quantum ad reuelationem tam ſuperexcellentiſſi theſauri in præmiũ virtutis datur cognitio, & poſſeſſio, qui ad hæc promerenda ſe praparar. Sed S. Gregorius in 36. Iob legit: *Immanibus abſcondit lucem, immanes quippe ſunt, qui de ſe elatis cogitationibus extollunt.* Quos contra per Eſaiam dicitur: *Va qui ſapienter eſtis in oculis veſtris, & coram vobismet ipſis prudẽtes. Sed his immanibus lux abſconditur.* ait Greg. quia nimirum ſuperbientibus veritatis cognitio denegatur. Vnde & veritas dicit: *abſcondiſti hæc à ſapientibus, & prudentibus, & reuelavi ea paruulis.* Sapientes, & prudentes videlicet ſuperbientes vocans, & mox: quia ergo ſunt multi in Eccleſia, qui paruuli eſſe deſpiciunt, etiam in humilitatis loco immanes apud ſe eſſe minime deſiſtunt [hoc eſt grandes apud ſemetipſos] hos plerumque videas honoribus extolli, voluptatibus perfrui, rerum multiplicitate dilatarı. Hi ſape nil præcipue niſi præeſſe ceteris appetunt, à multis timeri gratulantur, rectè vivere negligunt, & rectæ vitæ famam habere concupiſcunt, adulationes quaerunt, fauoribus intumeſcunt, & quia in rebus ſibi copioſè præſentibus prompti ſunt, ventura gaudia non requirunt. Cumq; eos multiplex ælio occupat, etiam à ſemetipſis alienos demonſtrat. Et tamen ſi qua fidei tentatio exurgat, quia in ea ſaltem ſpectietenus continentur, hanc verbis, hanc laboribus defendunt, caeleſtem patriam vindicant, ſed non amant. 26. Mor. c. 7.

5. Talibus ergo tanquam non amicis denegatur merito exacta veritatis cognitio; nam ex prauo illo affectu ſpiritualiter excœtantur, ut non videant. *Saperceidit ignis, vel concupiſcẽtiæ, vel ſuperbiæ, & nõ viderunt Solem,* obſcuratur namque inſipiens cor eorum, ut dicitur ad Rom. 1. & dicentes ſe eſſe ſapientes, ſtulti facti ſunt. Ut enim ait S. Thomas. *Qui oculos corporis à Sole auertit, incurrit obſcuritatem, & tenebras, ita ille, qui à Deo auertiitur de ſe præſumens, & non de Deo ſpiritualiter excœcatur.* Et de his philautis 2. Tim. cap. 3. pronunciauit Apoſtolus: *erunt homines ſe ipſos amantes, cupidi, elati, ſuperbi, ſemper diſcentes, & nunquam ad ſcientiam veritatis perueniẽ;*

rationem reddit Chrysoſtomus, quia nefarijs cupiditatibus obſcure, menti tenebras obduſas habent. Facilius gloriam Domini ſpeculantes transferuntur de claritate in claritatem, (ex Apoſt.) tanquã à Domini ſpiritu, magis enim diuinos radios ſuſcipit ſpeculum piorũ, quam velatum, vel impolitum, dicente Baſil. ep. 64. neq; .n. ſpeculum ſi pollutum ſit, imaginum poterit impreſſiones ſuſcipere, neq; anima ſecularibus occupata curis, illuminationis Spiritus Sancti capax eſſe valebit. Difficile intrat in hiſ ſapientia, nec ibidem commoratur (dicente ſcript.) in animam maleuolam non intrabit ſapientia, nec habitabit in corpore ſubdito peccatis. Prava etiam vita intellectum taliter multoties obſcurat, vt repellentes bonam conſcientiam naufragum patiantur, talis enim quiſque eſt qualis finis ei videtur; vnde ex deprauatione affectus, intellectus interdum exceſſatur; vnde S. Tho. in 2. Timot. 3. lect. 3. ſcripſit: [Habeates intellectum affectum paſſionibus, iudicant ſecundum affectum earum, vnde habentes conſcientiam malam non poſſunt quieſcere in veritate, & inde eſt, quod quærunt falſa.]

6 Accedit, quod Chriſtus Dominus cum Apoſtolos Doctores Orbis delegauit, dixit: [Vos eſtis Sal Terræ. Vos eſtis lux mundi] & exponens Strommatæus lib. 1. ait [Non omnibus id dictum, ſunt enim aliqui ex hiſ, qui verbum audiunt marinis piſcibus ſimiles, qui cum ab ipſo ortu in ſalo nutriãtur, ſalibus tamen ad condiẽdum indigêt.] Sunt autem homines ſicut piſces maris, quos extrahere è mari oportet, & capere, & ſalire, nè putreſcant: hoc autem efficere, Apoſtolorum, & Doctõrum munus eſt. Sale opus eſt (ex imperfecto in Matt. Hom. x. in cap. 5.) rem in eo ſtatu tenere, in quo inuenerit, & in deterius mutari non ſinant, vt tenere carnem ne putreſcat; lucis verò eſt, nedum ſoluere tenebras, ſed etea quæ ſunt in tenebris illuſtrare, ita Apoſtoli, ceteriſque Doctores Sal ſunt Populi Chriſtiani, iam cognofcẽtis Deum, lux ſunt gentium perducentes eas ad ſcientiæ lumen.] Et iterum [bona conuerſatio Sacerdotis ſine verbo (ſubdit) tenet quidem Sanctos in ſanctitate; adducere autem ignorantem ad ſcientiam veritatis non poteſt. item. Verbum quidem ignorantem adducere ad ſcientiam veritatis, & ſine conuerſatione bona poteſt; tenere autem in fide, uel ſanctitate abſque bona conuerſatione non poteſt. (& ſubdit) bona conuerſatio Sacerdotum, conditura Populi eſt, propter verbum autem doctriinæ lux, quoniam verbum ignorantiz lumen eſt; prius autem uocauit eos Sal, quia prius eſt bene uiuere, ſecundum bene docere, uel ſeruare, quos habes, ſecundo curare, quos non habes.] Vt ergò ſit perfectio in Doctore non ſatis eſt eſſe Sal, oportet quoque eſſe lucem, & ſic non ſola doctrina, ſed uita opus eſt; ad hæc munera ſaliendi, & illuſtrandi: cumque ex ueteri prouerbio dicatur *Sale, & Sole nihil uilius*, ita ad perfectum Doctõrum officium utroque opus eſt, quos ha-

G g g

bent

habet recta uita informando, quos non habes scientia ad Christum adducendo; & efficacius est Sal si non infatuetur, ut condire non possit, & lux si non solum illuminet, sed & ardeat; propter quod: *qui fecerit, & docuerit hic magnus vocabitur in Regno Caelorum*, in quorum numero non reponendi sunt, qui unum munus, & imperfectum exercent.

7 Sit quantumuis doctus, qui de sapientia gloriatur, & subsellia primaria Doctorum ambit, [Si elatione inflatur (ut dicebat Gre. in 1. Reg. c. 9.) qui uerbo utilis est alijs, mente tumidus est sibi. Hic Populū Dei saluat, sed semetipsum tumendo præcipitat. Non ergo pro se, sed solum pro Populo Rex, Sacerdos, Doctor constituitur, quando ille in sancta Ecclesia præesse permittitur, qui bona, & quæ prædicat docet superbiendo, aut nequiter uiuendo conculcat. Quo in loco notandum est quia cum in sancta Ecclesia Pastor Doctor eligitur, aliquando pro se, & Populo; aliquando, nec pro Populo, nec pro se; aliquando pro se non pro Populo; aliquando uero pro Populo non pro se.] Primò modo bonus Doctor bonis subditis datur. Secundò modo mala plebs malum rectorem habere permittitur: pro se non pro Populo quando bonus Prædicator, Populum durum ad Deum non conuertit; pro Populo autem quando bonis subditis ille tribuitur, qui Populo proficit non sibi. Esto ergo dentur aliqui, qui non sibi, sed Populis profint, in eminentiori loco sint illi, qui sibi, & alijs profint nedum doctrina; sed & sanctitate uitæ, & recta cōuersione, uerbis, præ ijs, docētibus, sed nō factō. vñ Stro. lib. 1. introducit Euripidem in tragædia dicētem. [O fili rectè etiā dici possunt falsæ orationes; specie autem uerborum uerum uicerint, quisquis autem fuerit lingua quidem sapiens, res tamen semper existimo uerbis præstantiores. Multis autem placere minimè est expetendū. quæ enim sunt illis iucunda, nos nō exercemus, quæ nos autem scimus procul sunt ab illorum affectione. Ne simus (ait Apostolus) inanis gloriæ cupidi nos inuicem prouocantes, inuicem inuidentes. Sic itaque ueri amator Plato, uelut à Deo incitatus dixit: Ego autem sum eiusmodi, ut nulli alij credam nisi rationi, quæ mihi consideranti optima uisa fuerit. Eos ergo reprehendit, qui absque mente, & scientia credunt opinionibus, ut pote quod non oporteat relicta recta, & sana ratione ei credere, quæ falsi est particeps; à nouitate enim aberrasse malum est; ueræ autem dicere, & ea, quæ sunt, opinari, bonum; bonis autem inuiti priuantur homines; priuantur tamen, uel circumuenti, uel præstigijs decepti, uel coacti, uel cum non crediderunt. At qui credidit sua sponte capitur; circumuenitur autem, qui in contrariam persuasionem traducitur, oblitus quod alia quidem tempus; alia uero ratio aufert improdenti. Cogit autē sæpe dolor, &c. postquam suscepta fuerit opinio.]

8 Qui ergo pro Populo, & non pro se, hoc est qui alios docent, se ipsos non docent, in inferiori classe sunt, & super eos præminent, qui se

se & Populum docent, & si in vno, vel altero præferri possent, non in omnibus superarent, nec in eorum subfellijs, vel sedium serie possent collocari. Sed & multi sapientiæ nomine gloriantes, verbis præstant non re; in vna uel altera quæstione possunt thyrsuum reportare, sed rectè ex Platonis sententia apud Clem. lib. 5. *Thyriferi multi, pauci autem Bacchi.* Prudentes fuerunt Virgines, quæ in tenebris lampades accenderunt, tales sunt animæ mundæ, cum intelligunt se esse sitas in mundana inscitia, lumen accendunt, & mentem excitant, & tenebras illuminant, & ignorantem expellunt, & quarunt veritatem, & expectant aduentum Redemptoris.

9 Sed demus Elucidistæ malis moribus imbutos inter subfellijs DD. recensendos, a nunquam (vt exemplificauit) recensebimus Theophilum, qui in Concil. Rom. *Beati* nomen obtinuit, *Sancti* à Leone ep. 64. & in 5. Synodo generali collat. 3. *qui licet peccauerit, peccati pœnituit.* De Elucidista si lego, quod pœnitendum, non adhuc vidi eius pœnitentiam; si suam sapientiã iactat, non pœnitenda dicere debuisset. *Magnus est (ex Naz. orat. de moderat. in disput. seruanda) & illustre est, Doctorem se profiteri, audio: sed discere periculum vacat. Quid Pastoris, Doctoris, munus tibi quis arrogas? quid pes fieri caput contendis? non ferendi tui libri, censuram, maximè defensionem tui libelli supplicis horreo. Quid exercitû ducere aggredieris in militiû ordinè adscriptus, & in veteres ductores exercitus, & Doctores manus cõleris? quid magna quidem illa, ceterum incerta, & periculosa maris lucra conseruabis? cum terram tutò colere, atque exercere liceat, etiam si minori quæstu, &c. Nosti laudatum illud, ordinè labijs consistuere, atq; alia dicere, alia audire, alia laudibus vehere, alia non temerè, & importunè reijcere.* Certè Elucidista in tota hac apologia sui libelli supplicis illis videtur assimilis, quos idem Nazianz. ibidem descripsit: [qui cum rerum suarum tardi sint iudices, in alienis tamen censoriam virgulam celerrimè arripiunt, citiusq; alijs grauissima errata, quam nobis leuissima concesserint, ac licet ipsi rudiores, atq; indoctiores sint, citius tamen nobis impietatis nomen impingunt, quàm vt ighorantiam suam, accusent.] & postea. [Quantum Dei donum silentium, quamq; benignè cum eo agitur, qui loquendi necessitate constrictus non est, vt arbitratu suo alterum fugere queat,] & alterum probare, alterum improbare; hos à subfellijs eijcere, istos cum illis minutos homines, imò excomunicatos collocare. Si tale tuum est iudicium Elucidista, aut omnes eodem honore prosequere (discas noue Theologe) aut omnes æquali gradu aspernare (ex Nazianz. orat. ad Episcopos qui appulerunt, &c.)

(✖)

Decima Veritas.

Decima Veritas. *Potest accidere, ut quis sit Doctor Ecclesię, atq; in illo errores reperiantur. Contradictoria est hæretica; dat enim infallibilitatem doctrina privatis Doctõribus.*

Impugnatio!

In nullo errare, facultatem hominis excedit, ut egregiè demonstrat Aug. ep. 7. & ep. 48. quia hoc genus litterarum ab autoritate canonis distinguendum est. Non enim sic leguntur (loquens de autoritate Cypriani, & Agrippini obiecta ab hæreticis) *tanquam ut ex eis testimonium proferatur, ut contra sentire non liceat, sicubi fortè aliter sapuerint, quàm veritas pertulerit.* In aliquem enim lapsus incidit, antequam veritas in difficili quæstione manifestaretur, ex eodem ibidem; *Duo autem sunt* (ait idem Augustinus 2. de Trinit. In iustio) *quæ in errore horum difficile tolerantur, præsumptio, prius quam veritas pateat, & cum patuerit, præsumptæ defensio falsitatis.* Permittit etiam diuina providentia hos nauos, & lapsus ad humiliationem, cum errantes admoniti sententiam corrigunt, exemplo Petri, qui Pauli correctionem humiliter admisit, & ita nostra non pertinaciter amemus, ex lib. 2. contra Donatist. c. 1. Certè Sanctus fuit, qui anabaptismum hæreticorum asseruit, Sanctus qui gloriam animæ beatis distulit vsque ad diem iudicij, & multa exempla, & paradigmata in aliquorum SS. Opusculis legimus. Vitio vertitur Origenis discipulis, quod nec minimus nauus in Opusculis eius aduertit posset, ex Hieronymo ep. 65. ad Pamvach. & Oceanum, *sic cum fertis in Cælum*, dicebat defensoribus Origenis, *ut nihil eum errasse dicatis*. Talem laudem noluit Hieronymo S. Augustinus tribuere de bono persen. c. 31. *Nec & mi frater sentire aliquid aliter existimo, prorsus inquam nõ te arbitror. sic legi tuos libros velle, tanquam Prophetarum, vel Apostolorum, de quarum scriptis, quod omni errore careant, nefarium est.*

2 Verum si Sancti DD. Ecclesię in aliquem errorem prolapsi sunt, ut in Prophetis contigit (ex doctrina SS. Gregorij, & Thomæ) a Deo correcti leguntur Greg. dicit Hom. 1. in Ezech. *Aliquando Prophetæ Sancti dum consuluntur, ex magno usu prophetandi quedam ex suo spiritu proferunt, sed se hæc ex spiritu prophetiæ dicere suspiciantur, sed quia Sancti sunt, per Sanctum Spiritum citius correcti,*

ab

ab eo quæ vera sunt audiunt, & semetipfos quod falsa dixerint, reprehendunt, vt patet in Nathan Propheta, qui deceptor est, & postea correctus, qui pronunciauerat Dauid ipsum esse templum ædificaturû, quod factum non est. id ipsum docuit Angelicus 22. 171. a. 5. eadem autem ratio recurrit in DD. quibus Deus vel aliter inspirauit, vt saperent, vel ad retractandum impulit, vt non finaliter in illo errore permanerent, vel si reliquit cû tempus corrigendi nõ suppeteret, sua scripta emendanda Ecclesie calculo reliquerit. Hinc Augustinus multas retractauit sententias, sic & S. Thomas, omnesq; catholici Scriptores sua opera correctioni S. Ecclesie submiserunt, nec hæc committenda procurarunt, propter quod merito Origenes in crimen adductus est, quod sua non retractarit, & c. in suis operibus damnatur in Synodis. vnde & in Cõcilio Florentino Sess. vltima sic pronunciatum est. *Nobis credendum est ipsos Sanctos Patres, & Doctores Ecclesie à Spiritu Sancto æqualiter afflatos fuisse.* Egregiè Driedo de Ecclesiasticis dogmatibus lib. 4. c. 6. *Oportet media via incedere, pie sentiendo de veritate Sanctorum virorum, quibus sc̄o visum fuit, & c. ibidem dicit non contemnenda eorum dicta, sed reuerenter tractanda: cumq; omnia sint dicta à viris, qui Spiritu Sancto adiuti, neq; voluntatem merendi habuerunt, neque ut homines sefellerunt.* Ad di potest, eos Doctores, quos suscepit Ecclesia, sic susceptos, vt in maiori parte, vel passim non errasse, ex suo calculo ostēditur, cumque in cap. 5. Romana dist. 15. nec Tertullianus, nec Arnobius, vel Lactantius approbentur (& ratione reddat Couarruius, quia in his aliquot errores continentur) contrario sumitur argumentum, cætera Opuscula probata, errores non continere, & si qui deprehenduntur non passim deprehenduntur, vel emendati, vel retractati, solum materialiter ibidem relinqui, non autem formaliter, quæ enim esset Ecclesie vtilitas si erroribus passim scaterent, vel paucis non tamen correctis, vel in præparatione animi emendatis?

3 Sed de illis Doctoribus, qui peculiare approbationes, & peculiaris encomia receperunt aliter sentiendum est, cum speciales Doctores in Ecclesia recepti sunt, quemadmodum Augustini doctrina tantopere à Papa Cælestino, & alijs laudata est. Similiter & ij, qui hac prærogatiua specialiter à Patribus celebrati sunt, quod eorum doctrina non sit in nullo de errore notata. Audiamus quid dixerit Cyrillus de Athanasio in Concilio Ephesino tom. 1. c. 5. *Sane idoneus, & hic vir, optimeque dignus, cui intrepide fidem adiungere, quemquam tuto seque licet, vt qui nihil unquam aliquando protulerit, quod à diuinis litteris alienum esset.* De Gregorio Nazianzeno idem encomium protulit S. Thomas 1. p. q. 61. ar. 1. *Cuius nempe Greg. tanta est in doctrina Christiana auctoritas, vt nullus unquam dictis eius calumniâ inferre præsumperit, sicut nec Athanasij documentis, vt Hieronymus*

di-

dicit. At quibus elogijs non est S. Thomas cohonestatus? Ioannes 22. in Bulla canonizationis: *nō sine Dei speciali infusione scripsisse S. Thomam expressit: Urbanus V. Veridicam, catholicam, totis viribus ampliandam: Pius V. Ecclesiam illustrasse, in finitis hæresibus confutatis. & Clemens Octauus sine ullo prorsus errore conscriptam.* Nec valet glossare: approbati S. Thomæ doctrinam in genere, & quod nō errauerit errore culpabili. Quid enim operaretur tam insignis, & peculiaris approbatio, cum de omnibus Doctoribus id dici possit? An ideo cum Augustino, cum Athanasio, vel cum Thoma comparandi essent, quod non sint omnes, & singulæ propositiones D. Thomæ, vt infallibiles, certa qualificatione probatz? fateor, alias non differret doctrina S. Thomæ à Scripturis, Concilijs; sed quod sacram doctrinam contineant veridicam, non falsam, & probabile; & quis poterit inficiari, nisi qui non solum ausus est denigrare tam sublimem doctrinam, sed etiam errores affigere? quamuis conatus sit ostendere eosdem errores non profecto è calamo Angelici, & fide id conetur euincere.

4 Verum hic est etiam hæreticorum character cum vincuntur Patrum autoritate, n̄uos, & lapsus Sanctorum propalare, ponere in Cælum os suum, & Sanctos, qui in eo habitant impetere, vt habetur Apocalyp. 3. de bellis apocalypica, q̄ pariter blasphemias iaculabatur in eos, qui in Cælis habitant. Vnde in iisdem verbis Psalmistæ 72. idem innuitur: *Posuerunt in Cælum os suum, & lingua eorum transfudit in terra, nulli parentes sexui, & tati, vt dicit Caietanus, & vt alia lictera habet, vssit Sanctos terræ.*

5 Hinc Seraphion lib. contra Manich. dixit. *Hæretici circumueunt, partim pulsantes, partim fodientes, nempe Ecclesiæ fores, & parietes pulsu quidem familiari vientes, & verum pulsum imitantes, vt similitudine pulsus forte se mens decepta tanquam domestico, & noto aperiat, qui non recusant pariter labefactare, imò studeant perfodere, vt per fallaciam, aut per vim mentes capiant; & verò alios quidē vi, alios prestigijs sefellant: pulsum quidem imitantur, dum se cum Patribus sentire, Patres citando, simulant; parietes effodiunt, cum in parietes irrumpunt, Sanctis affigendo, qua nūquam senserunt, vel iam per rimulas, id est scissuras, id est errores quorundam parietum, hos est voluminum Sanctorum intrare cōtendunt, vt perdant, & maciēt.* Hæc ergo est perfidia, & mos hæreticorum affigere Sanctis, quæ non solumniarunt, item si quæ senserunt, in autoritatem eleuant, vt prestigijs fallant insipientes, vt rectè sentire videātur, & tandem per rimas, vel fissuras duriorum verborum, vel non reclarum sententiæ aliquarum, totum opus cum aithore infament, vt totum diruant, atque prosternant.

6 De his eleganter Sanctus Vincentius Lerinensis loquitur lib. copa-

contra Proph. vocum nouitat. c. x. *Captant heretici plerumque veteris cuiuspiam viri scripta paulo inuolutius edita, quæ pro ipsa su: obsecrante dogmati suo quasi congruât, ut illud; nescio quid, quodcumq; profuerunt, neq; primi, neque solum sentire videantur. Quorum ego nequitiâ duplici odio dignam iudico, vel eo quod heresum venena propinare alijs non pertimescunt, vel eo etiam quod Sancti cuiusq; viri memoriam tanquam sopitos iam cineres prophana manu ventilant, et quæ silentio sepelire oportebat, rediniua opinione diffamant: sequenter omnino vestigia auctoris sui Cham, qui nuditatem venerandi Noë, non modo cooperire neglexit; verum quoque irridendam cæteris enūciauit. Unde tantæ læsæ pietatis meruit offensam, ut etiâ posteri ipsius peccati sui maledictis obligarentur; beatis illis fratribus, longeque dissimilibus, qui nuditatem ipsam reuerendi patris, neq; suis temerare oculis, neq; alienis patere voluerunt, sed auersi (vt scribitur) texerunt eum: quod est erratum Sancti viri nec approbasse, nec prodidisse: atq; idcirco beata in posteros benedictione aornati sunt. Sed ad propositum redeamus. Sed & Greg. Papa lib. 25. Moral. 15. sic ait. *Sed hoc est solerter intuemum, neo aut quem venerari necesse est imitari appetas: aut quem imitari despicias, venerari contemnas. Subtilis etenim via tenenda est rectitudinis, & humilitatis: vt sic reprehensibilia Magistrorum facta displiceant, quatenus subditorum mens à seruanda magisterij reuerentia non recedat. Quod bene in Noë inebriato exprimitur, cuius nudata verecunda boni filij auersi veniendo texerunt. Auerfari quippè dicimur, quod reprobamus. Quid est ergo, qd filij verecunda Patris superstitio dorsi pallio auersi venientes operiunt, nisi quod bonis subditis sic Præpositorum suorum mala displiceant, vt tamen hæc ab alijs occultent: operimentum auersi deferunt, quia iudicantes factum, & venerantes magisterium nolunt videre, quod tegunt. Et Fabianus ep. 2. idem argumentum inculcauit dicens. Exemplo Cham filij Noë damnantur, qui PP. suorum culpas in publicum produnt, aut eos accusare, vel detrabere presumunt, veluti Cham, qui Patri sui pudenda non operuit, sed deridenda monstrauit; pij verò homines exemplo Sem, & Iaphet iustificantur, quia reuerenter operiunt easque Patres suos excessisse cognoscunt; multa reperimus huius modestiæ in S. Thoma exempla. Ad idem propositum collimauit Anaæletus Papa ep. 7. vbi ait: *Sententia quoq; Cham filij Noë damnantur, qui suorum Pastorum, vel Doctorum nauos produxerunt, seu Cham quia Patri pudenda non operuit, sed magis deridenda monstrauit.* Et Clemens Papa ep. 1. Si Cham filius Noë vidisset nudum Patrem suum, quoniam non operuit patris corporalis nuditatem, sed egressus nunciauit eam fratribus, & illi vestimenta eum cooperuerunt; ipse quidem Cham, & filij eius, qui ex ea nati sunt, sub maledictio facti sunt, qui**

autem cooperuerunt, benedictionem meruerunt; multo magis maiores, et ampliore condemnatione digni sunt, qui PP. obuiare, aut contra eos insurgere nituntur, aut iniuriam, aut contumeliam eis inferre moluntur quoniam qui eis resistit, Deo resistit, & ep. 3. Nihil est iniustius, & inhonestius, quam filios Patribus rebellasse, aut Clericos, vel Laicos Doctoribus, seu discipulos Magistris inobedientes, vel proteruos existere. Ex ostensione lapsuum Parrum, qui tandem festucæ assimilés, putabat delaruatus suas trabes occultare, & à se exentratum Christum, detracta vesica fellis, & huiusmodi, putabat excusare, & in crimen adducere S. Thomam consequenter, si quos errores, quos idem publicauit, non tamen probauit, exemplare potuisset. At non potuit in minima parte denigrare tantum Doctorem, cui summam felicitatem in scribendo tam exactè, quam veraciter, consensus hominum tribuit; quem sibi rerum natura delegit, vt cù ipso fallacias, & oppositiones, & insanias falsas; & quæcunque portentosa metuenda collideret. Graue fuisset à posterioribus, & deterioribus tanto honore spoliari. Pro causa bona, pro toto terrarum Orbe, quem erudit Angelicus, patrocinium suscipio, & si tam infeliciter, quam pertinaciter militet aduersarius.

Undecima Veritas.

S*anctus Bonauentura eandem habet in Ecclesia auctoritatem, & probationem, ac Sanctus Thomas. Hoc patet ex speciali Bulla Sixti Quinti, & aliorum Pontificum testimonio.*

Impugnatio.

I*C***V***m linguæ morbum (dicebat Nazianzenus de dogmate, & statu Episcoporum) hac tempestate grassantem conspicio, sapientisque diei vnius momenti exortos, ac manuum impositione Theologos factos, quibus ad sapientiam comparandam satis superque esse videtur solam voluntatem afferre, &c. ipse solus vitæ consuetudinem habere concupisco. Hoc accidisse intueor in delaruato, qui repentina laurea donatus, Imperialem arcem ascendit, vt sublimioribus patribus, nuper natos coæquaret, & inter ipsos proceres, odiosa interposita cõparatione, uinctos animos pro bono publico tuendo seiuingeret. Sed non leue iudicium inuidiæ est, dum in veritatis patefactione, aliorum studia adequantur, vel aliorum etiam anteuertuntur dicit idem Na-*

Nazianzen. Quid hoc? nisi (vt veteri proverbio dictum est & aduersus Rufinum vsurpauit Hieronymus) quam cornicum oculos configere hoc est perspicacissimis, & oculatissimis visum adimere, ea quæ antiquitas magno consensu probauit rescindere, atque conuelleret, efficereq; vt Superiores nihil scisse appareat, velle nouoq; inuēto veterum eruditionem obscurare.

2 Habet in Theologia Scholastica Vniuersitas Academicarum, pro directore, & Magistro Thomam Aquinatem, sicut Bonauenturā, veluti duos Cherubim, vnde oracula cælestia ediscimus; quid opus erat prælatione Poziana? hoc erat vnum, uel alterum infirmare: & tandem uagans, & inconstans Theologus mōstratur, et neutrum sequendum sibi præfigere, si utrumque pari pietate non honoraret. Quantū sapientius catholica Ecclesia hos, uelut duos arietes uoluit præire discipulos, qui speciali prerogatiua docendi diuinitus sunt destinati. Audiamus Sixtum V. *Cum hereticorum insidiae, ac diabolicae machinationes, quibus sacrā Theologiā, quæ Scholastica appellatur, hoc lucifero seculo oppugnant uehementissimè, nos magnopere admoneant, ut eādem Theologiam, qua nihil Ecclesia Dei fructuosius, omni studio retineamus, illustremus, propagemus. Diuino enim illius munere, qui solus dat spiritū scientiæ, & sapientiæ, & intellectus, quique Ecclesiā suam per seculorum ætates, prout opus est, nouis beneficijs auget, nouis præsidjs instruit; inuenta est à maioribus nostris sapientissimis uiris Theologia Scholastica, quam duo potissimum gloriosi Doctores, Angelicus S. Thomas, & Seraphicus S. Bonauentura, clarissimi huius facultatis professores, & PRIMI inter eos, qui in S. doctorum numerum relati sunt, excellētis ingenio, assiduo studio, magnis laboribus, & uigilijs excoluerunt, atq; ornauerunt, eamq; optimè dispositam, multisq; modis præclare explicatam, posteris tradiderunt. Et huius quidē tam salutaris scientiæ cognitio, & exercitatio, quæ ab uberrimis diuinarum litterarum, Summorum Pontificum, SS. Patrum, & Conciliorum fontibus dimanat, semper certè maximum Ecclesiæ adiuumentum afferre potuit, siue ad scripturas ipsas, uerè, & sanè intelligēdas, & interpretandas, siue ad Patres securius, & utilius perlegendos, et explicandos, siue ad varios errores, & hereses reueterendas, & refellēdas. His uerò nouissimis diebus, quibus iam aduenerunt tempora illa periculosa ab Apostolo descripta, & homines blasphemī, superbi, seductores proficiunt in peius errantes, & alios in errorem mittētes; sanè catholica fidei dogmatibus confirmandis, & heresibus confutandis pernecessaria est, & profecto rem ita se habere, ipsimet ueritatis inimici sunt iudices, quibus Theologia Scholastica maxime est formidolosa. qui profecto intelligant apta illa, & inter se nexa rerum, & causarum coherētia illo ordine, & dispositione tanquam militum in*

H h

pu-

pugnando instructione, illis dilucidis diffinitionibus, & distinctionibus, illa argumentorum firmitate, & acutissimis disputationibus lucem à tenebris, verum à falso distingui, eorumq; mendacia multis prestigijs, & fallacijs inuoluta, tãquam veste detracta pateferi, ac denudari. Quanto igitur magis illi munitissimam scholasticæ Theologiæ arcem oppugnare, & euertere conantur, tantò magis nos Deus hoc inuictum fidei propugnaculum defendere, & hereditatem Patrum nostrorum conseruare, & tueri, & acerrimos veritatis defensores meritis honoribus quantum possumus decorare, &c. Quamobrem ut Seraphici Doctoris eruditio ad multorum utilitatem latius diffundatur, &c. S. Bonauenturæ nomine collegium institutum, &c. & ad idem præstadium excitatum se dicit Pontifex S. mem. Pij Papæ V. prædecessoris nostri de Christiana Republica optimè meritis, & quem ut patrem adhuc veneramus, & colimus. Is enim religiosa pietatem, & singulari deuotione permotus, qua afficiebatur erga S. Thomam de Aquino Ordinis sui decus, & Ecclesiæ catholicæ ornamentum, cupiens eodem modo eundem sanctum ob eius præstantissimam in catholicam Ecclesiã merita, congruis honoribus exornare, præter alia hoc iussit, atq; decreuit, ut illius festus dies quoniam duplicis officij ritu ad instar S. quatuor Ecclesiæ Doctorum, perpetuo celebraretur, quod & S. Bonauenturæ Doctori eximio tribui debere æquum profecto existimauimus, cum tam multa inter eos virtutis, sanctitatis, doctrinæ meritorum coniunctio, & similitudo intercedat. Isti enim sunt duæ oliuæ, &c. Conglutinata certè erat anima Thomæ cum Bonauentura, non sicut conglutinata erat anima Dauid cum anima Ionathæ, confederati ad inimicos Ecclesiæ debellandos, vt nunquam audax, & impius conari potuerit ad rumpendum sœdus inctum ex morum similitudine, & contestatione doctrinæ, interposita æmulatione, quæ ex comparatione promanat: Quod modo conatur æmulus quantum in ipso est dissoluere, cum tamen, vt in vita dilexerunt se, ita & in morte maior fuerit: utrorumque coniunctio, vt inuicem non sint separati.

3. Sed murmurant aduersarij. S. Bonauentura vocatur Doctor Seraphicus, & S. Thomas vocatur Doctor Angelicus; Seraphim autem Angelicum excedit. Apparentiam aliquam præferret obiectio, si acciperetur nomen Angelici pro Angelo infimi chori: sed dum idem S. Bonauentura fatetur super ea verba Sap. 7. qui capias omnes spiritus, ipso exponente scilicet Angelicos; quasi genericè impositum est illud nomen, utpote sub se claudens omnes Angelicos spiritus, siue intelligentias, ad eum modum, quo maior Orbis, in Microcosmo continetur, propter quod dixit Nazianzenus orat. 42. fecit paruum in magno: vnde & Seraphim etiam conditione Cherubim participat, sicut & Seraphim nostri S. Doctoris Cherubim plenitudinis scientiam, vnde si-

cutt

que Sixtus V. ob mirabilem sapientiam dixit de Bonaventura: *Ob gratiam in ore eius diffusam, & calamo, ita de diuinis scripsisse, ut in eo Spiritus sanctus locutus esse videatur*; id ipsum alter Pontifex dixit dū (excepta scriptura canonica) doctrinā eiusdē eximie cōmēdauit. & Clemens viij. ob ingenij profunditatem, *interpretem Angelicum* vocauit *diuine voluntatis*. Vt enim nemo nouit, quæ sunt hominis nisi spiritus hominis, qui est in illo, ita neque quæ sunt Dei, nisi Spiritus Dei: Spiritus verò scrutatur etiam profunda Dei, non quæ superficie reus: cognoscuntur ex creatura, sed quæ ex reuelatione, & scientiā infusa cognoscuntur. Sed & cum ex Maximo commentatore Dionysij in c. 7. de Cælesti Hierarch. vocentur Angeli *diuini intellectus*, meritō Angelicus dictus est D. Thom. ob diuinum eius ingenium, vt loquitur Caiet. 1. 2. q. 75. 5. p. p. q. 13. 5. & 82. 3. quod & Seraphico potest appropriari: Sed cum dicat Angelicus 1. p. q. 85. 7. vnum rem aliquam posse intelligere ex meliori virtute in intelligendo; sicut in visione corporali melior est visio eius, qui est acutioris sensus, vnde illi adaptatur [puer ingeniosus: eram, & sortitus sum animā bonam] ex quo principio deduxit Angelicus: ex meliori intelligentia in ordine naturali colligi nobiliorem animam cum meliori organizatione corporis, non ex alio dono nobilitatis, diuitiarum, &c. cum ergo ingeniorum flos appelletur S. Thomas, in naturali ordine sublimiorem intellectum cum nobilissima anima adeptus est. At cum etiam Spiritus sanctus in animas sanctas se transferat, & amicos Dei, & Propetas, & Doctores constituat, sublimi intelligentia eum etiam decorauit, vt dictum est; necesse enim erat vt fidem catholicam ab innumeris hæreticorum blasphemijs vindicaret, & victricia signa erigeret, & de impietate triumpharet.

In ipsa quoque viuacitate ingeniorum vtrorumq; Doctorum Temper, vt in cæteris Sanctis diximus, est aliquis modus, in vno, qui non est in altero, *Non est inuentus*, dicitur de vnoquoque Confessore, *similis illi, qui conseruare ei legem excelsi*. Ad eò patens est campus virtutum, & meritum, vt quod in vno Sanctorum est, in alio desideretur, ex S. Thoma 1. 2. q. 66. a. 2. in corp. & ad 2. vbi dicitur. *Potest esse equalis formalitas virtutis in vno, & in altero*; materialiter verò propter excellentiorem promptitudinem ad actum uirtutis, potest esse maior promptitudo, in vno, vel altero, siue ex natura, siue ex gratiæ dono. Idem dicendum, in scientia, & sapientia; vel etiam quantum ad diuersos modos dicendi ex maiori charitate, & perspicuitate, & profunditate, vel subtilitate, vel eiusmodi, & hoc declaratur exemplo. Nam sicut in affectiua multa sunt, in quibus Deo placemus secundum diuisiones, & munera gratiarum, vnde alij firmitas data est fidei, alij sapientia, alij scientia, vt notauit Hilar. in Psal. 118. ita in Theologica facultate varij modi sunt, nec solum latum, sed vehementer latum di-

citur mandatum, vel donum Dei, ad placendum Deo officioſe Reli-
gionis varietate, ſimiliter, & intelligentiæ, & huius latitudinis infini-
tate hac ipſa ſuperlatiui adiectione monſtratur; latitudo verò continet
diuerſos modos docendi, & tradendi myſteria fidei catholicæ.

4 Illud quoque pro conſutatione dici poteſt, non eſſe æqualem
gradum receptionis in Eccleſia vtriuſque Doctōris; nam ex Concil.
Lat. ſub Leon. x. Seſſ. xi. præcipitur *ut interpretemur ſcripturas in x-
ta interpretationem, & explicationem DD. quos Eccleſia, vel uſus
diuturnus approbavit.* Quamvis ergò approbata ſit doctrina S. Bona-
uenturæ in Eccleſia, ſicut & S. Thomæ; hæc tamen antiquiorem habet
uſum, & vniuerſaliorem ſequelam, quæ omnia coniunctim in doctrina
S. Bonauenturæ non cernimus. Et tandem veraque doctrina amborum
Sanctorum probatur, vt vera, & catholica, ſed hoc quoque habet do-
ctrina Angelici ex Bulla Pij V. *quod ex certiffima regula Chriſtiane
fidei S. Thomas hæreſes innumerat conſutarit*, non dixit eſſe regulam
chriſtiane fidei, cum menſura credendorum ſit Pontificis doctrina,
quam è Throno pronunciat, vt rectè S. Thom. 2. 2. q. 1. a. x. vnde Atha-
naſianum Symbolum habuit, vt ſit regula fidei, quia vt ſic haberetur à
Rom. Pontifice dimanauit. Cæterum S. Thomæ datus eſt calamus men-
ſuræ ad diſtorta à rectis ſeparanda, non vt prima credendi regula, ſed
tanquam regulata, vt per ipſam in materia dogmatica cætera dirigeren-
tur, vt in decretis Conciliorum apparuit, & tradidit Pius V.

5 Sed ſtante identitate, vt præſtendit Aduerſarius, cur S. Bonauen-
turæ doctrinam non ſequimur? proculdubio ſi id faceret opponens, iã-
pridem animam ſuam à nouitatis laqueis liberaſſet: at omnis emptor
dicit *malum malum eſt*, & volens Anonymus ſibi ſapientiam compara-
rare, cum emere non poſſit, ex ſua proteruita neutrum iſtorum DD. re-
cipit, vt ſcruta emat, & reiectas fæces à ſcholis, & Academijs: venena
non antidota tradit Anonymus; propterea quæ tradit non numerantur
inter ſalubria. Vbi ergò lunt (glorioſi DD.) qui vos accuſabant? nullus
vos condemnauit, nulla ergò Academia uos condemnabit; imò poſte-
riorum Doctōrum duces eſſe debetis, prout in pari dignitate recepit
Eccleſia. Doctōratus toga curaſti eos expoliare, ſed iſti te delaruarunt,
& delaruarum uſque ad extremos terræ oſentarunt.

6 Sed & Bæza in ſuo ſcripto attitulato Chriſtus Figuratus t. 1. l. 4.
p. 31. velut dictator quidam forenſis ex ſui Tribunalis iudicio, idcirco
S. Bonauent. præfert Angelico, quia non poterat doctrina D. Tho. ait,
in Concilio Florentino Græcos Schiſmaticos conuincere; ſic imagina-
tæ victoriæ aduerſus Angelicum celeſtina cantabat. Ergò contradi-
cente Paulo V. *Non omnium hæreticorum ſola D. Thomas eliſt feliciter.*
S. Bonauenturæ gloriam, & ingenium in eodem Concilio admi-
ror, citatur Seſſ. 17. Bonauenturæ authoritas, ſed etiam D. Thomæ, &
alio-

aliorum Patrum: sed quid aliud aduersus Ephesinum noster F. Ioannes de Montenigro molitus est, & aduersus phalanges Græcorum, quæ ex D. Th. munitiones aggerum suarum cauillationum euertere? Perfunctorius scrutator est Bæza dicens: *non potuisse S. Thom. Græcos reuincere*. Animose, & ineluctabiliter processit Io: obiectans illud principium: *in diuinis nullam admitti realem distinctionem, nisi quæ relationum faciat oppositio, & dempta origine, personas illas in nature identitate nunquam secerni*: & in Sessione 25. in Latinorum confessione ad Græcos transmissa, non tantum ratio D. Thomæ, sed ipsissima verba recitantur. vnde deduxerunt Patres: *Vocem illam [ex Filio] pronunciamus in Symbolo, & propterea dicimus Spiritum sanctum procedere ex Patre, & Filio, ut ex unico principio*. Vt quid Patres D. Thomæ opera vsi sunt in Concilio Florentino, si initio dum Grecis præ illo ad vnum congressum solus S. Bonauentura triumphauit? Non leue testimonium doctrinæ D. Thomæ apparuit, ex eodem Concil. Florent. cum Sacramentorum formulam Armenis traditam ex aureo Opusculo de Sacramentis, nulla re immutata in decreta formauit, & ipsissima verba transcripsit, at si Concilium Florentinum proprijs oculis inspicere voluisset Bæza, Vetus prouerbium dicit.

In quod solum rapiare, non intelligit.

Nec quo ferat mens,

A re proposita aberrans, & ab vno in aliud diuertens, certè in cursu cecidit non attingens, nec pro se, nec eorum, quorum patr ocinium suscipit lauream; cum tamem doctrina S. Thomæ non tantum primo aspectu omnium suffragijs, vt Phydæ signum arripserit, sed post multa secula, Christi Domini voce, Conciliorum decretis, Academicarum oraculis probatus appareat; at prouerbiali uideatur delaratus uti figura illa, à Cic. descripta 2. de Oratore, qui laudās Lelium decimum bonum, & non litteratum dixit: *Sed nihil ad Persum, vel doctissimum. Persum legere nolo Lelium decimum. noto.*

Eiusdem pro se defensio.

EXinde pergit conando dissoluere (quod tamen non præstitit) quasdam obiectiones factas contra Elucidarium, & sunt sequentes.

Obiectio I.

IO. Bijiunt ait primò contra Authorem: *Elucidarij ex collectione hæc veritas contemptum doctrinæ D. Thomæ generari.*

Re-

2 Respondeo subdit. *Quicquid aduersus doctrinam Angelici Magistri obseruatum actum fuerit, id falsum esse, atque falsissimum, et hæc sequela inferri nequit, ex manifestissimis undecim ueritatibus iuxta illud Philosophorum axioma: ex falsis antecedentibus potest nonnunquam deduci uerum: at nullatenus contingit, ut ex actis deducatur falsum.*

Impugnatio.

3 **A**udent & Lepores exanimi insultare Leoni; sic conatus est in toto opere perficere Elucidista, & in responsione dupliciter peccat, & undecim ueritates, quas ut propugnacula suæ doctrinæ statuerat, esse infirmissimas ostendimus; prout ad suum institutum haud solidè dolauit, & fundauit, & ex sua consequentia uerum deduci contendit, quasi Lunam deducturus in terram.

Obiectio II.

1 **O**bjiciunt ait, Authorem Elucidarij. in eo libello supplicii multam errata D. Th. retulisse.

2 Respondeo. Dicit hanc esse manifestam calumniam; imò eum ab omni errore liberat ijs uerbis. *Sunt in Dino Thoma (quamq; ut ego arbitror ex deprauatis Scriptorum, aut typographiæ, aut maleuoli alicuius) nonnulla, quæ Ecclesia repudiat. Quibus uerbis maiori pietate, & grauiori reuerentia D. Thomam prosequitur, cum Amanuensibus, typographis, hæreticis, scriptos errores tribuat; quam Thomistæ, qui eos ex calamo, & mente S. D. emanasse iudicant. Propterea author Elucidarij s. eius est libellus ille supplex in omni rigore illa uerba Clementis 8. ad ciues Neapolitanos exposuit. Testis est ingens librorum numerus, quos ille in breuissimo tempore sine uilo profusus errore conscripsit. Non uitor communi. Illa responsione, quod Pontifex loquatur de errore formali ex pertinacia, non secundo alia, eaq; inusitata, quod nec decernendo, nec determinando, sed per laudatoriam amplificationem Pontifex loquatur; non tertio alia, quod cum Pontifex de omni multitudine librorum Doct. S. collatiuè asserat, nullum in ea errorem inueniri, & constet non pauca à D. Th. in meliores sententias fuisse mutata, necesse sit non de controuersis opinatiuis, seu arbitrarijs Pontifex esse locutum; uitor illustriori, & magis pia responsione, ut patet. idcirco oleū, et operam perdidit P. Alphonsus Baptista à pag. 121. usque ad finem libelli, dum probat contra me nullum esse errorem in scriptis D. Th. Sic sentio, ne igitur fingat hostem, quem uulneret.*

Al-

Alphonsus Baptista in eo libello conclus. 1. n. 8. & 9. neminem fuisse in Ecclesia Dei, qui arbitraretur fuisse unquam legem, aut debitum se-
 cundum D. Thomam in uniuersis, & singulis, atque ad eius rei confirma-
 tionem producit M. Bannes, & Gonzales. Verum quia quotidiana
 experientia tum authores grauissimi manifestè testantur, id non raro
 accidisse ut Thomistæ non pauci, graui censura notauerint eos, qui in
 controuersis Angelici Doctoris opinionibus contradicunt; fateor do-
 ctos Thomistas, & scholæ optimates, & Principes non sic iudicasse; ut
 iudicauerunt plebei, & mediocres Thomistæ. At uideat Alphonsus Bap-
 tista, quam certa sint, quæ scribit supplex ille libellus, audiat hæc te-
 stimonia.

Alphonsus Castro l. 1. aduersus hæres. c. 7. Vidi aliquos in tantam
 insaniam deuenisse, ut non sint ueriti ad populum in publica concio-
 ne hæc effundere. Quisquis à B. Thomæ sententia discesserit, de hæresi
 censendus est. Erigergo B. Bonauentura suspectus de hæresi putan-
 dus, quod in multis obijcit B. Thomæ.

Antonius de Corduba lib. 1. q. 37. Rationem satis syluæ effrem, vel
 si maus plebeiã, pro supra dicta opinione Syluester facit, quia inquit
 illam opinionem tenuit, quia semper à Deo consilium, & ueritatem in
 omnibus suis scriptis petebat, & ei Dominus reuelabat, &c. Nec. n.
 doctrinæ approbatio per Ecclesiam tanquam S. Script. canonizatio,
 præcisa prudens, & consistorij Ecclesiastici examinatione iudiciali,
 & iudiciali definitione facta est, ita ut illi tanquam fidei, aut Ecclesie
 decretis standum sit. Constat enim eum à multis D.D. & Vniuersitati-
 bus communiter in multis non teneri, sed ei contradici. Allegat ad
 eandem assertionem Gerson, Abul. Vltimis adhuc pangit, quosdam imple-
 tiores Thomistas OKam. tract. 2. de Corpore Christi c. 36. Sed? urba-
 nus præstitit Maior in 4. d. 10. q. 3. innumeri suat, qui hæc narratio-
 ni fidem faciunt, & propterea mirum sit Alphonsum Baptistam sic
 uoluit è tripodè locutum, uisitatat nullum Thomistam censura affecis-
 se eos, qui in controuersis arbitrarijs non sectantur D. Thomam. De
 Thomistis Optimatibus, & nobilibus ita fateor, nam Viciòria, Caiet.
 Sotus, & alij non eas inconsideratas censuras è cashedris, atq; pulpi-
 tis effundebant. At plebei quidam discipuli Angelici Doctoris inter-
 dum ab excelso illo spiritu Thomistarum declinauerunt, ut ait Canus
 lib. 12. de locis c. 4. Familie nostræ quidam imperiti sūt, qui in eo laborāt
 uehementer, ut D. Thomæ rationes, quas identidem ad explicandam
 fidem congruentes ille affert, perinde ac si essent demonstrationes cer-
 tas, & perspicue, defendunt.

Impugnatio.

3 **I**N hominem auerſi ingenij, & præpoſteri, qui aliuſd rogatus, aliud quidē diuerſum oſtentat, correſpōdet illud prouerbiū qd S. Hieronymus in Rufinum uſurpauit [*Manum peteſis, & pedem porrigit*] à delaruateo de manu expetebatur, cur in S. Thomam eam extenderit, pedem porrigit, fingendo nunquam in S. Thomam ſcripſiſſe, quod in errores multos uoluerit, ſed peius quid introducens, ut ſcripſit de aliorum Patrum voluminibus, non à calamo D. Thomæ profecto, ait, ſed dolo, malitia, huiuſmodi irrepſiſſe, quod veriſimile non eſt, & magnū Orthodoxiæ præiudiciū aſſert; eſt meditatū genus illud ſcribendi, ut rationē occultaret, & Angelicum ſugillaret. Videtur Athenis eſſe ortus quando D. Thomæ errores affixit, Eleuſynorum enim myſteriorum tempore, in Ponte uiam illam, quæ ad templum Cereris ducebat, ſedens quippiam uelata facie ſcommata iaſtare in prætereuntes, præſertim Optrimates, ſolebat. unde & Pontani Gephyrxi dicebantur, quaſi de ponte illudentes conuitijs quaſi dentatis morſibus. Laruam ergo ſibi aſſumens, noluit cum hæc primò protulit, de ſuo nomine apponendo eſſe ſollicitus, ut impunè læderet. quid ſimile obiecit Rufino Hieronymus, *Nouum malitiæ genus eſt ſcribere, quod occultet*; interim deſectus, & errores publicauit, quos putabat obijcere Angelico. Quam benè illi quadrat, quod contra Collatorem ſcripſit Caſſianus c. 1. *Unde ergo diligentia tam ſeueri emerſit examinari? unde in hanc auſteritatem, ſupercilium tam tetricæ frontis armauit, ut meſuras ſenſuum, pondera locutionum, numerum ſyllabarum inſidioſus ſcrutator euentilet? magnumq; aliquid conſpicere præſumit, ſic catholico Prædicatori [Angelico Doctori] notam erroris affigat.* Verum ſimulatè procedens delaruateo alienis uidetur ridere genus, quaſi ſua non ſint probra, quæ affigit. Quare ex Ariſt. 14. met. c. 3. illi poteſt competere *Si moniſis longus ſermo*, qui dum multas dare reſponſiones conatur ad ſoluédum, quod dixit Clemens 8. de S. Thoma, uidelicet eius doctrinā *ſine ullo errore conſcriptam*, multa garriens, & inanis & inepta loquacitate effluens, nihil tandem protulit, quod in ſcopum collimaret; nā non ad rei ueritatem inſpexiſſe Pontificem dicit, locutum fuiſſe per quandam amplificationem, & ſolū de quæſtionibus arbitrarijs; ſed cur ex aliorum perſona loquitur? ut ſe abſcondés illi aſſigat errores. Sed ſi loquamur de dogmatibus fidei; reſtè Cai. 1. 2. q. 11 3. 4. dixit [tota doctrina de Sacramentis in Concil. Floréntino canonizata eſt] & Baronius [multū illius illibatæ doctrinæ à SS. Patribus in ſacroſancto Oecumenico Trid. Concilio conſidentibus fuit acclamatum.] Similiter
circa

circa sanam doctrinam, & ea quę pertinent ad mores sanos, rectę docuit Angelicus 1. Tim. 6. *sanos dici Christi sermones, quia nihil est in eis corruptionis, nihil falsitatis, vel prauitatis, quia sunt sermones diuina Sapientia.* Prouerb. 8. *iusti sunt enim sermones mei, non est in eis prauum quid, neq; peruersum, recti sunt intelligentibus, & a qui inuenientibus scientiam.* Quod applicari potest doctrinę S. Thomę, siue Theologię Scholasticę, siue Expositiōis, siue in rebus naturalibus, siue dogmaticis, siue in arbitrarijs, vt etiam in his, quę sunt probabilia, & in his, quę retractauit cum probabilitate, cum sine errore fuerit locutus; & à Cedro vsq; ad Hyssopum nouus Salomō egregiē disputarit; & secundum hanc responsionem, nec Castro, nec Corduba, nec Canus aliquid conficiunt, & rixosus monstratur opponens, Solem velle nubeculis suarum ratiuncularum obtegere. & non ē palestra modestiæ factum est telum in Alphonsum Baptistam, quem non de proceribus esse ait, sed cum plebeis collocat, velut antiquos, quos dicebant Homericos lib. 14. Metaph. c. 6. qui paruas similitudines videbant non magnas. At in tanta contentione inter delaruatam, & Angelicum, illud non absumile, quod de Emilio Scauro scribunt Historici, qui cum à calumnijs coram Senatu obiectis à Suerone se purgaret, illud proculit. *Se d' vos traditis:* & Senatus pro Emilio pronunciauit, quia in Republica erat maioris autoritatis. an calcem S. Thomę indueret, sed rectę ex Horat. 1. Epif. x.

*Cui non conueniet sua res, vt calcens ollim
Si pede maior erit, subuertet: si minor erit.*

Alia solutiones ad obiectiones alias examinantur.

Idem Author ex secunda parte defensionis libelli supplicis, alijs obiectionibus, vel censuris generalibus occurrere satagit, quod non Pręstat.

Obiectio Prima.

Prima inquit obiectio est, Elucidarium plura continet noua, & inaudita.

2 Respondet non esse id illicitum in his quę sunt extra fidei, & morum aleam, non in illis, quę PP. & Concilijs aduersantur noua excogitare. Ex Cęlest. PP. ep. 4. Nazianz. in laudem Athanas. August. 2 contra Iul. c. 20. de quantitat. animę c. 7. 2. contra Donat. Theodor. lib. 1. de cur. Gręc. affect. S. Tho. 1. Tim. 4. In moralibus item non licet, si ducant ad viam latam. Cordub. l. 4. q. 1. prop. 6. Nazar. de reddit. q. 1. tract. 38. Simanca de cath. inquit. quare non est æquum, vt quę in autho-

hereticos PP. dicunt; videntur in catholicos, unde & scriba doctus, profert de thesauro suo noua, & vetera. Vide Bonauent. in prol. sentent. q. 4. ijs verbis; aliquis scribit. Idem pater ex Phil. de vita Moyse. Aug. tract. 97. in Io. 30. de Ciuit. Dei. c. 4. Isid. Pelus. 2. ep. 46. Nicephoro Patriarcha lib. de insanijs Sinesij. Riccard. de S. Vict. tract. 1. de tabernaculo foederis. Verè dixit Tertull. lib. de virginitate: *Dominus Iesus Christus veritatem se, non consuetudinem nominauit.* Et Synod. Constantinop. *Beatus qui predicat verbum inauditum i. nouū.* Hinc Eccles. magis illustratur Cant. c. 8. *qua est ista, que progreditur quasi aurora.* Vide Hier. proem. in Euang. D. Th. quodl. 12. Cai. 23. 1. 1. & 7. ad 4. Cordub. lib. 1. q. 84. Perer. in Genes. lib. 4. q. 5. & lib. 7. ad calcem. Pro varijs temporibus opiniones nascuntur, pubescunt, senescunt, ex Anton. Gab. 1. 3. Ant. Monian. tract. de opin. 3. Simanca de cathol. institut. c. 50. Gerson de vita spiritali. lect. 4. Cord. lib. 2. q. 3. Chartusia. ad. init. p. sentent. in prætatione. ad Prælatum in mensa sapientis.

Si nouitas dampnanda, Scholastica in primis dampnanda est, quæ venit in mundum M. C. post Christum anno. vide Senens. 3. Bibliot. de methodo c. 23. Carter. lib. de Theol. can. 5. 2. a. 1. puncto 3. Dammandæ veteres, omnis suppellex cibi, quia glandibus vescabantur homines, vndeque vivebant sub dio & c. Lege. Themistium Nazianz. familiarem in V. & X. confutantes eos, qui omnia auerfantur, quæ nouitatis faciem repræsentant. Basil. de Spiritu sancto. Gesnerus legen. in Galeni vita. Quintil. X. instit. c. 2. Tull. de off. Seneca. de vita beata, Plutarch. lib. de audienda Poesi. Plin. 2. hist. natur. & alius Plin. epist. ad Traia. lib. 1. ep. & nunc plurima volumina nuper inuenta PP. & DD. quæ prælo mandantur, experimenta, rationes, veritates pluresque, quæ prius PP. effugerunt, plures conscientiarum casus, quæ hoc seculo primum agitate.

Impugnatio.

IN nulla facultate prohibetur nouas deductiones formari posse, quæ in principijs continentur, maxime in doctrina fidei, nam hic est profectus Religionis (scripsit Lerinensis) quare nunquam noua dici posse concludit; nouè tamen explicando, poliendo, perficiendo inchoata, nunquam tamen propria adiuuenta tradendo, vt præfixit Anonymus, quod nedum in fidei rebus, sed etiam in communi doctrina Theologica, quæ quasi depositio est, vt tuto PP. & Concil. et communibus decretis scholæ, quæ semper inuoluunt consensum Ecclesie, definiti possint, vt hæc Camus, cum de authoritate Scholasticorum differuit. In Moralibus non differtur Anonymus, quod non licet noua super:

per inducere, sed quod communiter receptum in vtroq; foro hucusq; ex praxi Ecclesiz, & graniorum DD. iudicio sequendum, vt dictum est, maximè vbi pudicitia emollicur, laxitas conscientiz inducitur. Ille locus Concilij, Beatus qui prædicat verbum inauditum .i. Non unum iam superius expositum est, vt & illud Tertull. Christus se vocavit veritatem non consuetudinem, quo loco dum Tertullianus esset in heresi, vtebatur. Illustratio Ecclesiz non est quantum ad substantiam, sed quantum ad maiorem explicationem.

4 Non quæcunque novitas damnanda, sed ab antiquitate degens, & quæ ad principia, & semina scientiarum adduci non potest, & quæ ab antiquitate mutuata, in antiquitatem insurgit, & velut Agar concipiens suos foetus, in Dominam Saram insurgit, vt. notatur ex Clement. Alex. & cum possit veteres benignè excusare, eosdem criminatur. Ipsum Senecam lib. 8. qq. naturalium auscultet, vbi enim de causis terræ motus dissereret, & huiusmodi occultis, quæ tempore, & experientia indigent, dicit: [Illud ante omnia mihi dicendum est, opinionis veterum parum exactas esse, & rudes, circa verum adhuc errabatur. Nova omnia erant primo tentantibus, post eadè illa limata sunt, & si quid inuentum est, illis nihilominus referri debere acceptum. Magni animi res fuit rerum naturæ latebras dimouere, nec contentum exteriori seruitu conspectu, introspicere, & in Deorum secreta descendere. Plurimum ad inueniendum cõtulit, quia speravit posse inuenire. Cum excusatione itaque veteres audiendi sunt. Nulla res consummata est dum incipit: nec in hac tantum re omnium maxima, & inuolutissima, in quæ etiam cum multum actum est; omnis ætatis, quod ager iuuenes, sed in omni alio negotio longè semper à perfecto fuere principia.]

5 Rudes erant, veteribus multa occultissima opera naturæ; vnde etiam circa verum errabatur, & Theologiæ principia firmissima, & certissima, & in ijs etiam, quæ abstrusissima opera Dei concernunt, multos nostros proceres aberrasse conspiciamus. Sic & in alijs facultatibus, & artibus, & quia noua tentantur explicando, & c. illis debebant gratias. (quod non fecit Poza) quæ tentata sunt, nec ab vlllo polita, sed cõfusse inchoata inducens. Sperauit se supra illos posse inuenire, quæ illorum mentem præterierunt, nec excusauit, sed accusauit, non in diffidillimis carpens, sed in notissimis Christianæ scholæ principijs, & cum multum actum sit in rota antiquitate, putauit se acturum, quæ non adiuuenit, nisi paradoxetera, & vbi in facultatibus naturalibus longè à perfecto interdum fuere principia, principia Philosophiæ, & medicinz eneruauit, & propria fabricauit.

(†)

Iii

Obis

Obiectio Secunda.

A Vthor Elucidarij læpius docet licitum esse antiquos non sectari c. 2.

2. **Solutio**, interdum ob novas experientias, aut validissimarum rationum fundamenta, communem antiquorum sensum in controversijs arbitrarijs non sequi licet: certum est id valere, cum PP. vel Scholastici in vna communi sententia dogmatica, & de fide conueniunt, sententias in controuersijs, quæ ex script. expressè non pendunt. In reliquis propter validitatem rationum, antiquorum sensum impugnare licet, ex August. serm. 14. de verbis Apost. 2. de Ord. c. 9. & c. 10. & de vtilit. creden. c. 16. 1. ciu. c. 23. c. *Sana*, 11. d. 9. 19. de Ciuit. c. 3. 21. de ciu. c. 7. in Enohirid. ad Lau. c. 4. ep. 7. ad Marcell. & c. 7. de quant. animæ 3. de Trinit. c. 21. in prolog. retractat. ep. 112. ibi hanc distinctionem ponit, & c. 23. Oportet enim catholicos quantum fieri potest, salua fide cuiusque doctrine rationes inuestigare 1. Pet. 3. Clem. 2. recognit, ait: *Noli passim nos, quod ex fide sola recipienda esse dicamus, sed ex ratione asserenda, neque enim tutum est, audæ hæc fidei absque ratione committere, cum vtique veritas, ratione non careat.* Clemen. Alex. 1. Strom. c. 4. Theodoret. de curandis Græc. affect. Bern. ep. 190. Nec obstat authoritas Athanasij, non Serapi. Nazian. orat. 34. & 2. de Theo. Basil. ep. 168. Terrull. de præscript. c. 41. August. 21. de ciu. c. 2. 4. 5. & de vtil. creden. c. 1. dicentium non omnium posse rationem adhiberi; nam saltem quando illa suppeditatur, suo momento non caret, & omni humanæ authoritati, quæ solam habet probabilitatem anteponenda est.

Probatur ex Scriptoris Illustrissimæ Familiæ Prædicatorû S. Teo. 1. p. 9. 1. 8. 101. a. 1. de ijs, quæ sunt super naturam authoritati creditur. 8. Phys. lect. 3. 4. 1. a. 8. 2. 1. q. 11. a. 1. Ethic. lect. 6. Picus propug. 1. suæ conclus. 9. quod autem Dur. in præfat. suorum operum. Cai. in proem. 1. p. Caus. relect. de pæn. p. 4. 1. 2. de loc. c. 4. ad finem Vict. lib. 7. c. 3. n. 1. & 4. conclus. 4. in princip. n. 9. lib. 8. c. 10. concl. 1. c. 5. fol. ad. 2. col. lib. 9. c. 7. lib. 10. c. 5. quæ omnia ait (de bellum Chronistam) ex Cano extrahit Ban. 1. p. 9. 1. art. 7. Turrecrem. d. 9. & d. 15. Cathar. 2. de concept. Vicinus in orat. Apologet. aduersus obretractores Theol. 449. Scotus in Log. c. de quant. vers. hanc legem, Grisaldus in decisionib.

Ex Familia Minorum. OKam tract. de Corpore Xpi c. 36. *Detestanda* est aliquorum modernorum præsumptio, qui se super se extollescentes, cupientes soli vocari Rabbi, omnem opinionem à suis dogmatibus dissentientem, agitati inuidia, damnant, quia q. per rationem nesciunt.

improbare, tanquam periculosum, & hæreticum caninis latratibus la-
cerant incessanter. Castro aduers. hæres. c. 7. Non iurauimus in verba
hominis, sed in verba Dei. Cordub. lib. 1. q. 17. & 37. lib. 4. q. 1. & 2.
Gerson tract. 6. de grad. Alphab. 14. Abul. 2. p. defenf. c. 81. & 82. Ra-
da epil. ad lect. affers Hugon. Auguf. Apol. pro Scoto, Henricus a. 16.
suz summæ q. 8. Gerson t. 1. op. ad Fratrem Barth. Carthuf. Maior. 4.
d. 10. q. 3. illis igitur, Picus in it. suz Apol. 9. restat vt his, Eugub. 1. de
perenni Philosophia cap. 3. Foxius, Ioannes Picus libello. de imit. ad
Bembum.

Ex Philosophiæ, & Profess. Plaro in Phadro Galen. apud Gesner in-
cius vita, & 2. de compos. med. 1. Cels. 2. de remed. c. 14. Tull. 2. de
orat. 3. & lib. 1. de Nat. Deorum; lib. 2. Academ. qq. & Tuscul. 9.
3. & 4. de inuent. Plin. in hist. in pref. lib. 3. Plin. lib. 1. ep. ad Tacit. lib.
6. ep. 2. Senec. ep. 52. ex legis peritis, Sarmien. 2. sele&. c. 10. n. 3. Impe-
rator 1. c. 4. de responsis Prudent. 1. contra licet in l. cum acutis C. de fi-
deicommiss. Iuris interpretes eam rationem eligunt, quæ naturali ra-
tioni magis congruit. Præferenda esse docet Bab. Turret. conf. 5. n. 18.
Gigal. in sing. 6. Granat. consil. 5. ciuil. c. 46. Ripa tract. de prest. n. 65.
speculator 1. de aduocat 9. vtriusque, Bobadilla in sua Polit. lib. c. 7.
Fel. in tit. de Magist. Barot. l. 1. c. de professor. & medic. Albor. in di-
ctio. vbi mem. Quanti verò sit faciendum argumētum emanans ab ip-
sa ratione, probat Couar. c. Alma mater, Angelus verbo op. lect. 3. Ab-
bas de constit. n. 15. Barbara l. si dare stipuletur ff. de verb. obligat.
Io: Andreas de constit. Ast. Gem. authent. nouis. n. 22. subscribunt ei-
dem opinioni Decius conf. 481. n. 12. Turrecrom, *Ego solis* d. 9. Ho-
rtienf. in proem. suz summæ vers. *non obstat* Panum. c. tna nos Cur-
tius iunior, &c. Abbas cappell. de ferijs, &c. Tandem considerandum
est dictum vnius si doctus sit, & rem ex professo tractarit, probabilem
facere opinionem, etiam si aliqui antiqui aliter sint opinati. Ang. verb.
opinio n. 2. Sylu. q. 1 quia propter magni momenti, magniq; ponderis
rationem, graues DD. antiquorum sententijs repugnare possunt.

Opinio septem. authores Classicos habens, quorum vnus ex profes-
so rem tractat, dici posse cōmunē, & hos 7. alijs quinquaginta. præfere-
dos, nec enim incedendū more pecudum, vel gruum, vel testium, qui
signant clauso testamento, nescientes quid testator dixerit.

Sæpè necessarium est à communi sententia recedere, cum sunt dua
opinionēs contrariæ, vt vnā deserendo contrariam, alteram sequa-
mur.

(*)

Impugnatio.

3 **S**emper suas veteres cationes occinit paternas Anonymus, cum manifestissima experientia, vel validissima ratio occurrit possumus communem non sequi in ijs rebus, quæ non à principijs scientiarum certissimis dependent, sed ab euentibus, & experimentis. Fuit multorum opinio, antipodes non dari, qui postea America detecta reporti sunt. Bene facetur in sententia communi, & dogmatica conuenientibus non licere contraire: cæterum quando veræ rationes suffragantur, & non sophistice, vt deseratur opinio communis in arbitrarijs nullum est absurdum; si tamen veræ rationes sint, & alicuius momenti; at author Anonymus semper errat in Hypothesi; nam in thesibus, quas attulit, cum Doctoribus quos allegat, nulla est controuersia, additis circumstantijs alibi explicatis, & explicandis. Nec probandi illi DD. qui damnat erroris quamlibet propositionem à suis placitis dissentientem. Documentum Gregorij seruandum est in oratione de moderato in disput. seruanda, v3. *Ne cum temeritate, & cæco amore nostri amore infernestamus, ne in transuersum abripiamur, diags regia excidamus, atq; in horam altorum incidamus, ut vel calcibus propter tarditatem opus habeamus, vel propter temeritatē, & animo in impetum in preceptum.* Vnde mediocritas seruanda est: ne simus nimis fœcunda, nec nimis feruidi, vt quæ explodere debeamus, foueamus, & quæ proscriptionem non merentur, diris deuocemus.

4 Sed ad quid ex Philosophis cōmētoraret tot authores probando assumptum, licere sequi opinionem aliquam musitam optimis rationibus, & quomodo id intelligendum toties supra inculcauimus; illud tamen diligenter pensandum est, quod vnus dictum si doctus sit, & rem ex professo tractat, probabilem facere opinionem, cum graue salis intelligendum, si verè probabilia sint, quæ inducuntur, & sint vera, & probabiles rationes; sed illud documentum Alex. præ oculis habendum lib. 1. Sero *Fals enim Deus verbum doceri, & argentum mensis dari perfecte examinatum, vt detur ferori; unde infert, turpe verbum ex ore vestro non exeat; id autem turpe est, quod procedit ex opinione, quam de se quis concipit, vt sunt Philanti, qui proprios conceptus, vt meliores, vt probabiliiores super cæteros venditant. & ibidem contra nouellas phantasias sub specie opinionis introducentes, ait quod Christus Dominus de sua doctrina loquens dicebat. Doctrina mea non est mea, sed eius, qui misit me Patris. & de furibus: qui autem ex se ipso, inquis, loquitur, gloriam propriam quaris; tales autem sunt, qui sibi placent Græci, & sunt arrogantes. Sapienter autem ait*

dicens Scriptura, non reprehendit eos, qui vere sunt sapientes, sed eos qui sibi videntur, de his autem dicit: Perdam sapientiam sapientium, & prudentiam prudentium. & infra causam assignat cur. fabulosam, reputarint totam Oeconomiam Saluatoris, quia sua opinio anticipatio eis persuasit, ut non credant. & rursus in eodem lib. adducam illum locum. Hoc autem dico: ne quis vos decipiat in probabilitate sermonis, ait Apostolus, ut quae ab eis dicuntur, discernere scilicet didiceritis, & ys, quae obijciuntur, occurrere docti stis. & infra: eos qui sunt opinione sapientes, & se quidem esse putant, non autem sunt sapientes impetens, haec scribit: non enim est in sermone Regnum Dei, non inquam in eo, qui non est verus, sed opinio probabilis: in virtute autem dixit, seu potentia, sola enim est potens veritas. & rursus, si quis putat se nosse aliquid, nondum scivit, sicut nosse oportet: nunquam enim est veritas opinio, sed cognitionis: quidem opinio inflat, & fastu nuplet; veritas autem edificat, quae non in opinione versatur, sed veritate. Videat opiniones ferens, & probabilia semina iaciens, quae tandem metet, ventum certè, & turbinem; haec enim tandem potius in argutricem artem descendent, quae nedum contra naturales facultates, sed etiam in scientiam. Sanctorum quis possit inducere, & opinabilitatè, & adiaphoriam fouere.

Ille canon lepidus posse dici opinionem communem, quae à septem viris susinetur, etiam si quinquaginta habeat contraditores, & nõ esse incedendum more pecudum, vel gruum, vel testium, qui signant, clauso testamento, nescientes quid testator dixerit. Nam quando cogemur derelinquere 50. pro septem, oporteret ponderare rationes, & non præferre pauciores pluribus, Doctorum quoque qualitatem non abs re erit ponderare: si sint primæ, vel secundæ classis. legionarij. Quando verò sunt duæ opiniones contrariæ, vnam sequi oportet altera derelicta, si non ex placito, sed cum ratione; & ut dixit Clemens: *discriminando falsum à vero, & ys, quibus adhiberemus, inuitat, & sint occasio agnoscendæ eius, quæ vera est, veritatis.*

Obiectio Tertia.

Quod Elucidarium plura, aut subtilia, aut non necessaria disputet.

Respondet id obiectum: Hic. cui obiectioni responder Philippus Abbas. ep. 6. vult Apost. Colossen. in omni sapientia, & intellectu spiritali proficere. legendo, & intelligendo subtilia, subtilibus argumentis prudenter resistere; alioquin frustra, vel hanc illis, vel alias alijs epistolas scriptitare, si non scriptulosa, & difficilia legi perperat plerumque. cuius nam subtilia scribit, ut non facile nisi à sapientibus, & spiritibus

liber

libus capiantur; plerumque tamen scrupulosa, vt multi non capiendò in errorem præcipientes seducantur, sicut ipse ad Corinth. videret intrinsecus, vt in sua Petrus epistola manifestius demonstraret, in quibus sūt quædam difficilia intellectu, & ipse quoque Iesus Christus in Euangelij tam subtiliter loquitur, vt nec Apostoli capiant sermonis eius subtilitatem, vnde & aliquando asperè illorum increpat tarditatem.

Quod si dicas (inquit obijciens) in Elucidario esse subtilia, & difficilia. sed quid Respondet? id falsò opponi. Secundo concedamus liberaliter nonnulla disputari, quæ omitti potuissent; imò quædam esse superuacanea, &c. Hoc graue non est. id reperitur in omnibus artibus, vbi multa plus habentur acuminis, & curiositatis, quàm vtilitatis. id fateatur D. Thom. initio suæ summæ de sui temporis quibusdam Theologis. Modo in scholis ipsæ multi his similibus neuis notantur, v3. de hæcæcitibus, formalitatibus, constitutiuis, distinctiuis, præsentij, mutationibus, priuationibus; sine illis Ecclesia M. D. annis floruit, & in dies crescit numerus, & sicut in Theol. Scholast. non pauca, & inanes quæstiones intenduntur, acque tolerantur, idem quoque (ex primo lib. Elucidarij præstandum est.

Dices non expedire has nouas inuiles quæstiones de Christo, & eius matre tractare.

Respondeo, nullum esse incommodum, quod ex vna familia Prædicatorum apparet, quando vnus solus Albertus lib. super missus est innumera tractauit c. 18. an Angelus in specie serpentis apparuerit Virgini l. 19. an in columbina c. 3. in quo sexu c. 27. an in veste sordida, vnde similia c. 26. 69. 71. 72. 74. 134. 138. 148. 129. &c. Ego verò in Elucidario nihil disputaui, quod haberet necessitatem, vel vtilitatem, etiam si faciles quæstiones fuissent disputatæ, cum hæc bonis moribus non adtentur, nec expurgari, nec prohiberi potuerunt. In tract. de operibus sex dierum multa disputantur, & traduntur. Probabiliter de creatione, statu ianocentiz, & multis superuacaneis, ut an arbor uitæ fuerit ficus vel vitis, an pellice tunicæ fuerint ouinz, uel taurinz, an Virga Moysis fuerit quadrangularis, an ex Threbintho. An Maria, & Ioseph in peregrinatione a portarint secum bouem, & asinum, an Magi in massa, uel in nummis obtulerint aurum, &c.

Impugnatio.

3 **S**ed expressè Apostolus 2. Tim. 2. vitanda docet prophana vaniloquia, similiter stultas, & iuuites quæstiones, vitanda ergò prophana procul à cultu diuino, extranea etiam vaniloquia, fabulosa v; Matripaternitas, & stultæ quoque quæstiones, quæ clamose sunt, & sine

sine disciplina, iuxta illud Iob 34. *Stultè locutus est, & verba eius nõ sonant disciplinã.* Sunt aut tales (ex Angelico) si nõ dubium inducant id quod tota tenet Ecclesia, vel communia decreta scholarum, &c. In tantum verò sunt amandæ quæstiones, in quantum ducunt ad veritatẽ, propter hoc quia oportet quod omnes verum dicãt. Et Chrysofomus, *Sunt alie peritiles quæstiones de scripturis, & alijs necessarijs, a quibus nos ille minime prohibet.* Et S. Iræneus 2. adu. hæres. c. 47. *Habentes, ait, itaque regulam ipsam veritatem, & in apertum positum de Deo testimonium, nõ debemus per qq. declinantes, in alias, atq; alias, absolutiones eycere firmam, & veram scientiam; magis autem absolutionem quæstionum in hunc characterem dirigentes exerceri.* Et idẽ multa, ait, *sunt qua contrariãtur à nobis, & videntur, & sunt nobiscum, multa fugerunt nostram scientiam, & Deo hæc ipsa committimus.* Et postea: *quædam oportet, ait dissolvere secundum gratiam Dei, quædam commendamus Deo, &c. & non ita stultas, & sine disciplina blasphemias adinuenire velle prolationes, &c.* Quæ præcepta si servasset Poza, nihil conatus esset inducere de suis nouitatibus, vt de radicalibus prærogatiuis status innocentiz Corporis Sanctissimæ Mariz Deiparæ, de cibo Nestaris, & Ambrosiz, de carentia vesicz, fellis in Christi corpore, & huiusmodi, quæ omnia nedum subtilia, sed crassitiam denotant, futilia, & inania, tendentia ad subuersionem Oeconomiz Saluatoris, & oportet eiusmodi confutare, vt in simili dicebat Tertull. lib. cõtra Valẽ. c. 6. *Ne quæ nominibus iam peregrinis, & coactis, & compactis, & ambiguis caligo suffundat. & vt idem præstitit. Si & ridebitur alicubi, materis ipsis satisfiet. Multa sunt sic digna reuincine grauitatis adorentur, [vt cum matris paternitas introducitur,] quam Tertull. c. x. *irrisit in femina mare, vel si mauius in masculo femina] ut & Apuleius lib. de mundo.**

Iuppiter mas est, & nescia femina nõ est.

Ob id Hermaphroditum quidã eũ vocarũt: alij diuinitatis honorem recordati, hoc Deum nõ hunc Deum neutro genere pronũciant. erat ferendum in Anonymo; quod nec in suis dijs superstitio, vel ægrè, vel pudefacta admittere formidabat.?

Obiectio Quarta.

I Vchor Elucidarij sæpè condemnat eos, qui vnus tantum Doctoris, & si sanctissimi, & eruditissimi, opinionibus hærent.

2 Respondeo, me illorum instituta probare, quibus suarum scholarum coriphæum eligunt, vt Thomistæ S. Thomam, Schotistæ Scotũ. Plures sunt viæ, quibus sine damno possit hostium insidias exercitus deuitare. Variæ, & opportunæ viæ, quarum singulæ eodem terminantur,

K k k

tur, & ad eandem catholicam fidem tuendam deducunt. Sedes Apostolica vult vt in vniuersis Academicis pateant variaz Academicis viz. Proinde nulla occludenda, neque vlla repellenda. Vade peccaret grauissimè in S. Sedem, qui omisissis autoritatibus, & rationum ponderibus, vi, manu, conuicijs censens, has vias occludere moliretur. legendus Themistius oratione 20. cuius verba ad nostrum faciunt institutum. Deinde nullus Doctor est qui vndequaue omnibus doctoribus exornatus sit, in quo multa non desiderentur.

Præterea. Cæteræ artes habent vnum Principem, quem sequantur. vide Plin. lib. 11. c. 5. Quintil. lib. 10. c. 1. Her. epist. ad Paul. *Habet vnumquodque propositum Principem suum*. Cypr. 1. de Idol. vania. Chrysof. Ho. 34. in c. 13. ad Heb. Minutium in Octau. vide Sanderum 3. & 4. de visibili Monarchia. Sola Theol. vnum Principem agnoscit Deum, & Sedem Apostolicam reuelata promulgantem; Cæteri habentur vt Duces, vel Magistratus, nec possunt impedire fideles ne militent sub vexillis Thomist. vel Scotist. Legen Tull. de inuent. & Rhet. Diadorus in excerpt. lib. 26. Eclog. 1. Quint. 1. instit. c. 6. & lib. 10. c. 1. Lambin. 1. 2. in Horatij Carm. Picus init. Apol. & oratione de Hom. dignit. Gill. lib. 1. de attrib. tract. c. 11. Ansel. de incar. Verbi in proem.

Ex his deducitur liberum esse cuique quemcunque Doctorem sequi, ijs, quæ ab Ecclesia non sunt improbata, etiam si alij grauissimi, & doctissimi viri oppositas habeant opiniones; idque multo verius est ijs, qui ab Ecclesia approbati sunt, probabile enim faciunt argumentum. S. Th. 1. 1. q. 1. 8. 22. q. 11. 12. Okam lib. 2. dial. 1. Abul. 2. p. defens. c. 81. Syl. verbo probabile. Turrec. c. 1. d. 20. Albert. q. 15. Fel. c. ne innitatis. Castro. 1. adu. hæc. c. 7. Cordub. lib. 1. 17. & lib. 4. c. 2. Raym. Ruf. Apol. contra. Mol. Canus 7. de loc. c. 3. lib. 8. c. 4.

Dices (ait) à communi sententia non est recedendum August. in lib. retract. Chrysof. Ps. 95. & est communis vox Iurist. l. 1. vers. sanè 1. de hæ. q. 1. Athlet. ff. eodè l. quæ firum 1. sed si fundus. & alij innumeri.

Respondetur, Sanctorum Patrum testimonia de assertionibus fidei intelligenda sunt. Testimonia iuris prudentium in causis practicis, & iudicialibus, vbi ex communibus experiencijs, & rerum publicarum legibus, iuxta praxim vsu receptam, oportet subcollare, quàm quibusdam peregrinis inuentionibus fidem dare. Vnde ab Abul. Opus. de opt. Politica, & in c. 1. de constit. ponitur limitatio, vt tum non liceat à communi sententia discedere in iudicando, quando desinitur alicuius præclari sententia DD. at qui vel Scorum, vel S. Th. sequitur, singulares non sunt, habent enim hi Principes plures asseclas, etiam in ijs, quæ non attinent ad fidem, vel bonos mores; nullum est periculum, si ob validam rationem, quintam, sextamque viam, nedum aliorum vestigijs pressam sequatur. Item in explicatione Sacræ Scripturæ licet facere
vt.

vt obscuritas remoueatur, & fidei dogmata magis confirmentur. Accedit quod multę quæstiones ab antiquis leuiter, vel cursim tractatę sunt, vel dubium est quid senserint, aut denuo inueniatur, & nullum est periculum de doctrina deserenda: tandem, quia dixerunt non esse recedendum à communi sententia, non agnouerunt potiore fore partē argumēti à rōne, quā à multiplici testimonio humano, vel auctoritate: & si qui dicunt non esse insistendum opinionibus ex Diod. siculo lib. 3. c. 18. de ijs loquitur, quę concernunt cultum noui numinis, & Religionis, in quo sensu locutus est Gerson in ep. ad studen. coll. Nauarrę, vel loquitur de discipulis, quibus competit tantum inuentis benē uti, sic intelligit Theod. 1. de curand. Grec. affect. ex Plat.

Impugnatio.

3 **S**I probas eas familias, quę sequuntur suos Principes, & coriphęos; cur tui immemor, vituperas alibi, vni Principi, & Doctori esse addictos eorum Principum sectatores? Certę diuersa sunt hæc; in vna Vniuersitate oportere esse multos cathedrarum Rectores, & Magistros, vnde alia cathedra est Scoti, alia Durandi, alia S. Thomę: & aliud in vnaquaque earum esse plures, & diuersos Magistros, vt in vna familia sint Magistri sectatores Scoti, S. Thomę, Durandi; id enim confusionem pareret; primum verò præstat viam per diuersa compita tandem tendere ad viam regiam indagandę veritatis. Obiectum olim est cum legerint SS. Bonauent. & Thomas Parisijs, non debere esse in ea facultate Parisiensi plures Magistros, illud allegantes Iacob. 3. *Nolite fieri plures Magistri fratres mei*, sed Opus. 19. c. 2. respondet Angelicus *per auctoritatem prædictam, non potest probari quod intendunt, sed solum quod in vna schola non possunt esse plures Magistri*; in quacunque enim schola, vnus est Magister quem sequantur, vnde alia schola est Durandi, alia Scoti, &c. plures tamen scholę rectę per diuersos Magistros habent vnitatem in doctrina eius Doctoris, quem sequuntur.

Sed & Hieronymus consulto dicebat ep. ad Paul. *Habet vnūquodque propositum suos Principes, Romani Duces imitantur Camillos, & Philosophi proponunt sibi Pythagoram, &c. Et vt ad nostra veniamus, Episcopi, aut presbyteri in exemplū Apostolos, & vt ad auctoris aem Scripturarum redeam, noster Princeps Elias, noster Eliseus, nostri Duces filij Prophetarum, Princeps nostra fidei Christus est, Apostoli, primi Ministri sermonis, post hos Patres, deinde Scholastici inter Scholasticos, qui cathedras habere meruerunt, inter eos S. Thomas suum quoque in sua cathedra obtinuit principatum, vnde*

de illi appropriari potest, quod Gad. dictum fuit Deut. 35. *& vi dit Principatum suum quod in parte sua Doctor esset repositus, sed non solum in parte sua, communiter enim post multas Academias S. Tho. vox resonat. Multæ Religiones eam sibi doctrinam sectandam proponunt. Religio Societatis Iesu 4. constit. c. 15. § 1. Legatur ait doctrina Scholastica S. Thomæ. in cong. v. generali c. 9. Sequantur nostri DD. in Scholastica Theologia doctrinam D. Thomæ, nec deinceps ad cathedram Theologiæ promouentur, nisi qui D. Tho. doctrinæ bene affecti fuerint: ab eo verò alieni, à docendi munere repellantur. Carmelitæ discalceati in suis constitutionibus. Lectores Theologiæ operam dabunt. Sac. doctrinam à Sanctis Patribus præcipue à D. Tho. traditâ adocere, idemque Lectores artium obseruent, sin minus, officio Lectorum priuentur. In capitulo generali Bononiensi 1564. sic statutum est in Consi. & Capit. Generalibus Prædicatoribus. [Quicumque à solida doctrina D. Thomæ recesserint, & verbo, vel scripto contrarium dixerint, officio lectoratus, & quocunque alio gradu, & dignitate in perpetuum priuentur.]*

Non quilibet Theologus, cathedram sibi vendicat, quæ iam enim dici possunt, occupata sunt à melioribus, non enim est bona multitudo principatum dixit Aristoteles, ut enim multitudo Deorum dicebat Athanas. oratione contra idola, *nullitas est Deorum*, ita quoque necesse est multitudinem Principum id efficere, ut nullus sit Princeps, ubi autem Princeps non est, ibi prorsus perturbatio nascitur.

Maxima autem esset perturbatio (ut aduertit Augustinus 2. de serm. Domini in monte) *ne forte studio altercandi, & contendendi, quisquis non videat, quod à paucis videri potest. & Tertull. lib. de anima, latè querantur incerta, latius disputantur præsumpta: quanta difficultas probandi, tanta operositas suadendi. Christiano autem paucis ad scitiam huius rei opus est, nam & certa semper in paucis, & amplius illi querere non licet, quàm quod inuenire licet. Nec tantum in dogmatibus cauenda est ista scissio docendi, sed etiam in rebus grauib; Theologicis; maior enim est securitas illius doctrinæ, quæ unitatè seruat, & multitudinem placitorum, & cathedrarum euitat. vnde in Concilij resultat maior unitas in definiendo, quæ unitatem Academicarum inspicit, tanquam cynosuram: Vnde meritò prouinciauit Angelicus 2. 2. q. 39. a. 1. *Vnitas particularis aliquorum ad inuicem ordinatur ad unitatem Ecclesie, sicut compositio singulorum membrorum in corpore naturali ordinatur ad totius corporis unitatem. In materijs verò moralib; eandem unitatem seruare oportet.* unde Angelicus O. p. 47. dicebat: *temporibus nostris audimus multas controuersias inter DD. non solum in naturalibus questionibus; verum etiam in moralibus, in quibus periculum est diuersa sentire, & opinari, & præ-**

cipue in illa parte iustitie, qua commutativa dicitur a Philosophis, & in ista parte eiusdem, qua vitium usurae cohibet. Idcirco ad evitandum periculum dicit, oportere circa hanc materiam veritatem declarare, quod si plures contendant affectare principatum, erunt sicut locustae dissipatae non habentes Principem, vel Regem: & de his dicitur Prouerb. 30. *Regem locusta non habet, & ponit turmas suas.* ex Gre. 31. mor. c. 12. *Locustae subitō saltus dantes, sed protinus ad terram cadentes* [videntur per speculationem euolare, sed mox decidunt, quia frequenter non subsistunt] *quia habet saltū per vocē, casum per actionē.* Et de ijs dicit Greg. ibidem plusquam cetera quaeque animantia humanis frugibus nocent. Et hi sunt qui messem triticam diuinæ traditionis, & doctrinae corrodunt, vnum est quod posset sententiarum diuersitas imitari, sed ad inuicem consentiendo veritati, efficiunt ordinatā phalangem, quam descripsit Hier. in c. 2. Ioesis: *quod tanto ordine volitant, ut instar testularum, quae manu figuntur, suum locum teneant, & tunc id euenit quod Paulo, & Barnabae successit, qui tandem ita certarunt, ut ad eundem finem tenderet utilitas* (ex Chrysofomo) & controuersia de legalibus inter Petrum, & Paulum in eundem finem terminata est. Itaque & dexteram ei dederunt signum concordiae, & vnitatis. Tertull. de praescript. c. 23. Ergo per hos canones dirigenda doctrina est, primo, quod multitudo, & varietas sententiarum prauidicium afferre potest, si vnaquaeque turma Principem suum affectat, ita ut in una schola affectent plures esse Magistri, diuersa, & aduersa, inter se sentientes, ut erat in Gentilitate, in qua ex Aug. 18. de Ciuit. Dei c. 18. diuersarum sectarum ad inuicem non consentientium, erat multitudinis Babylonicæ imago, quod valde euitandum est, ne inimici nostri nobis insulerent, dicente August. lib. de ouibus c. 14. *Gentiles pagani, qui remanserunt, non habentes quid dicant contra Christi nomen, dissensionem Christianorum nobis (Christianis) obijciunt.* Secundò quod & si multoties DD. & PP. ad inuicem dissentiebant, & contrarietas in eorum sententijs apparebat, unus alterum explicabat, & morem gerebat, sicut Paulus Barnabae morem gessit, non quod diuersi fuerint in sententijs, ex Chryf. Hom. 34. in acta c. 16. unde illa contentio non destruxit vnitatem, ac si dicerent, ait idem S. *quoniam ego non voto, nec tu vis, ne pugnemus, distribuamus Prouincias, & ita sibi inuicem multum cedentes, hoc fecerunt; volebat enim Barnabas nos deici, quod a Paulo erectum, idcirco, & secessit, volebat similiter, & Paulus non infirmare, quod illi visum est, ea propter & ipse idem facit, ac secedit. N. inam & nos tales secessionem faceremus, & sic ad praedicandum abiremus.* Et ibidem. Illa autem discessio mala non fuit, quia non erat diffidij, uel ad propriam gloriam, sed ad maius bonum. & idem dicit Chrysofomus: *Si quis illorum exacerbat, quod*

[quod]

suum, & quod in suam gloriam quasuisset, bene. Si autem uterque volebat docere, & insistere, & hic quidem hanc, ille autem aliam viam ingressus est; quale hoc fuerit crimen? Ergo cum contradicte, uel diuersitas apparet in diuersis sententijs PP. non semper est diuersitas in sententijs, sed morem sibi gerūt, explicando seipfos. Sic Basilius ep. 64. pręstitit explicando Neocęsariensem, Augustinus 2. contra Iul. Nazianz. & Hilarium, idque curabat Nyssenius in Euan. redigere diuersas turmas ad ueritatem, nobis est propositum, ut ea conciliemus, qua in PP. dictis apparent esse contraria. Sed qui gloriam captant, ut à concordi sententia recedant, vnius Patris, uel Doctoris sententias arripiunt, ut turmas faciant, qui possent ex diuersis unam formare phalangem in unam sententiam coeundo. unde S. Thom. de diu. nominibus c. 4. qui ueritatem agnoscunt, conueniunt in una sententia, sed qui ignorant, diuiduntur per diuersos errores. Nec tantum ut dictum est non est recedendum à communi sententia in rebus fidei, & morum, sed à communi decreto scholarum, & concordi opinione directiuarum morum, ut dictum est, & tunc ratio non debet ad se trahere commune auctoritatem, sed nisi se ab illa trahi per uirtutem docilitatis, quę ex D. Thoma 2. 2. q. 45. 2. 3. ad 2. applicat animum sollicitę Sanctorum documentis, non negligendo ea, nec contemnendo propter superbiam; id enim ratio ipsa, & natura requirit. Naturę est enim dicebat Senec. potioribus deteriora submittere. Mutis quidem gregibus, aut maxima corpora pręsunt, aut uehementissima. Non pręcedit armenta degener taurus, sed qui magnitudine, ac oris maiestate ceteros mares vincit. Certę si Angelicum respicias Anonyme, quasi primogeniti tauri pulchritudo eius, cuius principatum debebas agnoscere sequendo, non pręeundo; at tu potius unus ex illis fuisti, de quibus dicitur: & in fortitudine sua subnerauerunt taurum.

Obiectio Quinta.

3 **I**N Elucidario sunt singulares opiniones in Hist. Philosophia, uel arte medica.

2 Respondetur. Nullam esse exceptionem in ullo scientiarum genere. Quantum attinet ad historiam Ecclesiasticam, multa eiusmodi in Ecclesia diu cantata, & recitata fideles audierunt, postea sublata, uel emendata. Nec enim hæc auctoritatem habent infallibilem, & canonicę auctoritatis pondus, ut in hymnis, antiphonis, lectionibus sacris, ut sit sensus communis Ecclesię, nec ideò temerarij sint aliter opinantes. Prioribus seculis multa eiusmodi Ecclesia mutauit. id patet ex Breuiarijs, Missalibus Pontificia auctoritate mutatis ex 9. Martij in 2. nocturno legebatur 40. Martyres in stagnum frigidissimum fuisse cõ-

ic-

iectos, nunc omisso nomine stagni, sub dio nudos pernoctasse legitur. in officio B. Virginis in Sabbatho Leenz exemplum, quod post partu secundus non contigit olim legebatur; nunc (quavis id diceret Epiph.) minus probabile iudicavit, aliamque lectionem substituit. Pictores multa inuenerunt, nimirum serpentem in femineo sexu Evam allocutum, B. Virg. in die iudicij genibus flexis Deo supplicantem; cum tamen nullus sit ibi supplicandi locus. Cæcus miles qui latus Christi aperuit, asseritur vnus ex tribus Magis ater depingitur. Latrones non cruci affixi clavis, sed funibus. B. Virgo nata non Sepphori, sed Nazareth (ex libello de natu. S. M. sub tit. Hic. uerius Seueriani heretici) asseritur. In Fest. Epiph. occinitur, tribus miraculis ornatu. S. diem colimus; & si Iansen. c. 14. concord. Baro. anno 31. Tolet. in Ioannem; & alii certent; Suarez 3. p. q. 38. a. 8. disp. 26. sect. 1. probabilē eā sententiā asserit, quo fit ut opposita aliqua ab omni ferē Ecclesia recepta, non solum habet ut sit probabilis, ut nec propter illum cōmunem consensum, opposita censenda sit temeraria; aut singularis. Præterea ex Hier. videtur asseri in ea verba *antequam conuenirent* non fuisse contractum matrimonium cum Ioseph, neque cum illo idem habuisse domicilium. Fer. 2. in Vesperis in hymno canitur, superiores aquas ab inferioribus diuisas. Opposita tamen sententia communior est, & probabilior; et præbeo ex officio Ecclesiastico oppositam sententiam damnarent. In Martyrol. in uigilia natiuitatis Domini dicitur: anno à creatione mundi quinquies millesimo centesimo nonagesimo nono, quam Chronol. Euseb. & alii tenuerunt iux. mentem 70. Omnes Orientales, & Occidentales Ecclesię pro hoc computo tenuerunt ex Aug. 15. de Ciuit. c. 11. & 11. at plerique interpretes id non probant. Ergo etiam si in Elucidario sit opinio contra uerum Scriptorum consensum, & officium Ecclesiasticum, non ideo singularis habenda; aut temeraria, si efficax, & ualida ratio habeatur ad illam firmandā. Itaque etiam in historia Ecclesiastica sunt aliquę opiniones probabiliores, etiam si uideantur esse singulares, & contra communem sensum.

Impugnatio.

3. **Q**uāquā (ut notauit P. Perez Ledes 2. p. q. 16. a. 13. ad arg. in contrarij) uerscriptis, non oportere quod omnia quę recitantur in officio diuino omni moda polleant certitudine, quoniam aliquando apochrypha irrepperunt; Id ueritatem habet in Ecclesijs particularibus. Nihilominus cum Ecclesię consuetudo sit in omnibus emulanda, correctio facta Apostolica auctoritate non temerē abiicienda, sed ea lectio recipienda, quę eius correctio præfigit, & c. us præsumptuosā si uelle cor-

page

rigere, quod Ecclesia ex ueris exemplaribus correxit, & singularis habenda esset sententia, quæ contra Ecclesiasticum officium uellet habere præminentiam. & relicto illo puncto de pictoribus relicto in sua sententia, & pictorica licentia, quantum attinet ad militem, qui percussit latus Xpi, nõ fuit miles ille cæcus; & qui ex uerbis Io. [& qui uidit testimonium perhibuit] id suadere conantur, addentes cæcum illum fuisse uocatum Longinũ, at id apochryphè dictũ est; nam in persona tertia de seipso loquitur Ioannes, & cæcus ille non potuisset uidere aquam, et sanguinẽ nisi noui adderetur miraculũ, *diuissimis miraculosis. ex Cyp. discernere fuenta*, & solum popularis fuit ista sententia fauorabilis, mulcensures Populi. De tribus Magis, Beda in collectaneis uultus horum depingit, & unum fuscum inter eos fuisse nomine Balthasar, & in hac re, & similibus antiquissima pictura non leue argumentum præbet, maxime si habeat Patrum aliquorum pondus. De crucifixione, quod fuerint latrones clauis affixi, tenent PP. August. serm. 130. de tempore. Gre. 18. Moral. c. 23. Quod pingantur tunibus ligati, quorũdã indiscreta consuetudo ob indiscretam deuotionem reprehenditur ab Abul. in parad. 3. c. 44. Vbi orta sit Deipara cõtrouertitur: cõmuniter tenent eam ortam Nazareth Epiph. her. 51. Idelphonsus serm. 5. de assumpt. S. Vinc. serm. de natiu. & Concept. B. Virginis; tribuitur Hiero. hist. de ortu Deiparæ, si tamẽ suus liber est. solus Abul. 2. in Matt. q. 91. & 87. dicit hanc esse communem sententiam, quod sit nata Sepphora à Nazareth distanti per tres leucas. Quod dicitur de tribus miraculis, quæ contigerunt circa Festum Epiphanię, quæ probabiliter dici possunt (ex Suarez) contigisse, etiamsi oppositum habeatur communiter in Ecclesia receptum; ad hominem sibi construit argumentum Põza, posse in Ecclesiastico officio adstrui tantum, quod probabile est: & admisso officio Conceptionis immaculatę pro particularibus Ecclesijs, non profcribendam patet oppositam affirmantem, & in sua probabilitate remanere. De computo Natiuitatis Christi iuxta supputationem Eusebii, uide Baronium in martyrol. et in Annal.

Non ergo ex his benè deducit Elucidista opiniones aliquas singulares posse præualere contra communem Ecclesię sensum, & Ecclesiasticum officium. & sapientem è solido loco subilire, aut loco moueri non decet.

Obiectio Sexta.

1 **I**N Elucidario sunt Assertiones temerarię hoc est cõtra communem DD. opinionem c. 6.

2 Primo respõdetur. Nulla est in Elucidario propositio temeraria. Secunda solutio, quę sit propositio temeraria, à pluribus ignoratur.

Loa-

Impugnatio!

3 **S**ed non potest redargui sufficienter, quousque demonstrabimus suas propositiones, quas habet lib. 3. cum suis confutationibus, cum ad alia festinemus.

Obiectio Septima.

1 **Q**uid ex lib. 4. c. 4. Elucidarij; inter Doctores Ecclesiz numeratur, qui Sancti non sunt, & qui nunc sunt, cum laude Ecclesiz locantur.

2 Respondet, se hanc doctrinam admittere, ut opposita sit dicenda suspecta hæresis, vel grauis erroris; nam in Ecclesia ex PP. communi expositione; semper futurus est hic gradus doctoratus. Deinde Prophetæ multi extiterunt, qui mali, & in extremo iudicio repellendi, vnde Prophetia non pertinet ad gratiã gratũ faciẽtẽ 1. q. 68. a. 3. ad 3. & Baalam, & Caiphas etiam scelesti vaticinati sunt. 2. 2. q. de proph. 172. a. 4. Pontifices sunt primi DD. & non omnes Sancti sunt adscripti cathologo. idem dicendum de multis Episcopis in Concil. congregatis. vnde reprehendit illum, qui scripsit contra libellum supplicem, primò, quod admittẽdo Theophilum esse DD. Ecclesiz, eum catalogo SS. adscriptum numerat. vnde nec in Menologio, vel Martyrologio recensetur, cum sanctitas eius illustris non fuerit, & p. plures annos omnes Episcopi, Patriarchæ, Pontifices, sanctissimi vocabantur, itẽm, & omnes fideles in primitiua Ecclesia vocabantur Sancti Rom. 1. *Dilectis Dei vocatis Sanctis*, & in Symbolo ad hunc sensum dicuntur tales, per Sanctorum communionem. Ridiculum argumentum esset si propterea Sancti dicendi essent canonizati, quia titulus *Sancti* illis datur. etiam iisdem, qui Doctores vocantur, non tribuitur passim donum sanitarũ, miraculorum, &c. Non ergò hæc omnia desideranda sunt, ut quis vocetur Doctor Ecclesiz. Accedit, quod S. Tho. 4. d. 49. q. 5. 1. q. 1. scripsit quod scribentibus debetur aureola; hæc autem non distinguitur ab aureola DD. Illud quoque, quod dixit Christus Dominus: *Qui vos audit, me audit*, non solum ad Apostolos dicta ostendit Canus 8. de loc. c. 4. sed ad Doctores futuros, quandiu oues pascendæ erant, in scientia, & doctrina. Lege Abul. c. 29. Matt. q. 220. subiungit. Auctor eius libelli non expressit aliud esse officium Doctoris in Calendario pro cantu Ecclesiastico, in qua acceptione S. Cyrillus, Gregorius Nyssenus, Isidorus, & alij DD. non sunt: aliud est si Doctoratus pro gradu Magistri in Ecclesia desumatur, quem Paulus, & alij declararunt, aliud offi-

officium Doctoris est pro scholis Christianis, siue ab Apostolica Sede consignentur, aliqui vt Scot. Gabr. Durand. siue communi fidelium plausu recipiuntur. hæc omnia non distinxit, nec tractauit illius Casarugustani libelli Scriptor.

Impugnatio.

3. **F**rustratorius conatus est in refellendō delarurato, vt vtrē mergere vento plenum. Sic Sybilla oraculum edidit de quodam Atheniensi. *Ter tingeris, sed mergere nemo valebis*; Verum vtres meliores reddatur, si falis acrimonia coriorum crassitudines emendentur.

4. Doctoratus gradum admittimus in Ecclesia à Christo positum. Corinth. 12. vbi Doctores recensentur. In tres ergò Classes eos distinguere possumus. primò loco Christus Dominus (ex 3. parte q. 12. 3. & 4.) secundò loco Apostoli collocantur. tertio loco de quibus scriptum est: *Erant autem in Ecclesia Doctores, &c.* quæ Christus Dominus primus Magister noster docuit, & Apostoli, qui doctrinam ab eo acceperunt, continent infallibilem veritatem. vnde, & qui tertio loco positi sunt, quamuis non scripserint libros canonicos, quia tamen de his, quæ sunt alijs reuelata, Populum instruunt, Doctores appellantur. Sed in his subfellijs non omnes qui Populum instruunt, Doctoratus Ecclesiæ denotantur prerogatiua. Quia ergò primum in vnoquoque genere est causa cæterorum, ex supremo gradu doctoratus Christi Domini, veri Doctoris Ecclesiæ requisita desumenda sunt.

5. Prima conditio, quod docendi officium à Patre accepit, ad hoc missus à Patre, vt Euangelizaret, & doceret quæ à Patre accepit, vt eleganter Tertull. de præscrip. hæreticorum cap. 20. Exinde collaterales allegit sibi Apostolis eisdem quæ à Patre acceperat, reuelando, vt nationibus prædicarent, & docerent Ecclesias, eis præficioendo Pastores, & Doctores. vnde ex 2. libro cõtra Iulianum c. ix. per diuersas ætates, temporum, locorumque distantias, eos sicut ei placet, atque expedire iudicat ipse dispensat. & vt subdit: *Talibus post Apostolos sancta Ecclesia, plantatoribus, edificatoribus, Pastoribus, nutritoribus creauit, qui viriliter aduersus refractarios, atque rebellés fortiter dimicauerunt.*

6. Secundò, quod sicut Christus Dominus noster Doctor à Deo constitutus est (& erunt oculi tui videntes præceptorem tuum) Idè Christus Apostolos, in gradu Doctoris collocauit [Docete omnes gentes] sic & alij Pastores, & Doctores post Apostolos in cathedra Magistrati sunt locati, & laurea Magistrati insigniti ab Ecclesia; diuersimodè Academiæ constituunt, & creant Magistros; hæc enim solius testi-

monium dant de habilitate doctrinae, quam ex suffragio approbant, & insignijs honorant; at Ecclesia eminentiori, & illustriori titulo, quos in albo Doctorum recenset, collocat. Vnde inter hos Doctores ab Academicis laureatos, & Pastores Ecclesiarum, est quoque discrimen; nam hi pauciores sunt, quam illi; vnde S. Thom. contra impugn. relig. Opus. 19. c. 1. Exponens illam auctoritatem Iacobi: *Nolite fieri plures Magistri*, &c. dicit, locutum esse de Magisterio Ecclesiarum, quod competit Prelatis Ecclesiarum, ob quod existimo cum Hieron. 3. loco ab Apostolo positos in Ecclesia Pastores, atque Doctores; ex officio enim competere illis predicare, & docere, in Concilijs adesse, ut Iudices, vbi alij Doctores confident in eorum subellijs, sed adsunt in Congregationibus tanquam Consultores. Sicut autem ut ait D. Th. ibidem c. 3. versus finem, ex 2. Eth. Politicus ordinat, quas disciplinas oporteat addiscere ac vsquequod, sic ad auctoritatem Apostolicæ Sedis pertinet ordinare de studio, & per consequens, de eiusmodi gradibus, & numerare in collegio Doctorum: ita multo magis pertinet ad Summum Pontificem declarare quis Doctor in Ecclesia habendus sit: & sicut vt diceretur S. Martialis esse Apostolus Lemouicensium, interuenit Papæ auctoritas; sic vt quis dici debeat Doctor Ecclesiarum, eiusdem debet auctoritas interuenire. Certè in Sanctorum canonizatione nullus inter Sanctos indiget nisi calculo Pontificio. an ut quis canonizetur publicus Ecclesiarum Doctor, non obsignabitur calculo piscatoris? Tiberius (scribit Tertull. in Apolog.) *Cuius tempore nomen Christianum in saculum introuit*, annuntiatam sibi ex Syria Palaestinaque ueritatem illius diuinitatis reuelata, detulit ad Senatum cum prerogatiua suffragij sui, *Senatus quia non ipse probauerat, respuit*. quid ita? reddit causam Chryostomus Hom. 66. ad Popul. [Ne mortali decreto Christi predicetur diuinitas, nec vnus de multis esse putaretur, qui ab eis fuerit instituti,] & ne potentia, & fauoribus eam dignitatem adeptus putaretur, non secus ex 3. p. q. 35. 7. ad 3. [Si maximam Romam elegerit Ciuitatem; potentiam ciuium mutationem Orbis terrarum putarent.] à Deo ergo sanctificatum, & missum in mundum catholicè confiteretur, [quem Deus sanctificauit, & misit in mundum] eodem exemplo nullus sanctificatur, & canonizatur nisi præuio Ecclesiarum decreto, vnde Thomas Cantuariensis etiam si miraculis esset illustris, & ex martyrio celeberris, ex annalibus Bar. 1 173. n. 3. & 4. nunquam pro Sancto habitus fuit, donec in albo Sanctorum describeretur. Idem accidit in doctrina, vt nunquam celebrandi sint etiam excellentissimi, & doctissimi viri tanquam Doctores Ecclesiarum, nisi censoria virgula Summi Pontificis accedat. Quare sicut determinatio quid sit tenendum, & credendum in doctrinis dependet à Papa (vt dicit Cyrill. in lib. thesaurorum) ita & ob id Bernardus repulsam quoque passus legitur, & si doctissimus, quod

non probatam adhuc (& si veram doctrinam, & formulam) contra hereses evulgavit de qua re Baronius in annal. t. 11. Vnde & S. Gre. PP. lib. 6. epist. 95. *Ipsam historiam, nempe Sozomeni Sedes Apostolica recipere recusat, quoniam multa mentitur, & Theodorum Mopsuestenum mirifice laudat, atq; usque ad diem obitus magnum Ecclesie Doctorem fuisse perhibet;* quamvis autem id modo non habeatur in Sozomeno, sed in Theodoro, ex Baron. in Martolog. 23. Decembris, fortasse alios libros composuit, ubi erant ea verba, quæ Gregor. citavit, nisi fortasse irreperit Scriptorum vitio Sozomenus pro Theodoro. explosus ergo merito est Sozomenus, quia aulus etiam est in Doctorum albo reponere Mopsuestenum.

7 Dices Hieronym. Tertull. Clem. Alex. & Euseb. Cæsariensem etiam vocasse Magistros Ecclesiarum: audiamus ex eodem S. resp. in præfat. 11. lib. comment. in Isaiam. *Sic autem (ait) supra dictos viros Magistros Ecclesie nominavit; illud intelligant non omnium probare fidem, qui certè inter se contrarij sunt, sed ad diminutionem Iosephi, & Porphyrij, quia de hac questione plurima disputarunt. vt dicantur hi Magistri Ecclesie ad differentiam eorum, qui docent extra Ecclesiam, & secundum hunc sensum ad denotandam hanc discretionem, dicti sunt Magistri Ecclesie, & idem est esse Magistros in Ecclesia, & Magistros Ecclesie, sicut dicitur Braeharentis Ecclesia Metropolis Lusitanie, & in Lusitania, & iuxta hanc acceptionem, quotquot sunt in tertio ordine, Doctores catholici sunt, & in hoc ordine; verù inter eos est maxima differentia, quia qui non sunt specialiter annotati in albo Doctorum ab Ecclesia, sunt inter eos, quos Paulus vocat Doctores, sed cum differentia, quia ex S. Ambrosio in Ps. 21. *Doctor est, cui conceditur docere, sed super hunc est aliorum gradus, nepe is, quæ Ecclesia graduat, & super omnes D.D. extollit.* Ipse quoque Iulianus vocatus à Nazianz. oratione 1. in Iul. *Christianorum summa, cogitans scholas in omnibus Civitatibus extruere, putabat & sacraia, sedesq; partim depressiores, prophanorum etiam dogmatum lectiones, & explicationes instituire, tam quæ mores componerent, quam quæ in rerum abstrusiorum versarentur tractatione; precationum alternatim canendarum formam.* Erant ergo pro instructione aliz eleuatz, aliz depressæ sedes; tum in docendo, tum etiam in canendo; certè in depressis sedent ceteri Doctores, qui docent sanam doctrinam; sed graduati à Pontifice, vt tanquam Doctores Ecclesie habeantur, superiores sedes requirunt. Nescio si auctore pungens Cæsaraugustanum Baptistam potuisset obtinere superiorem locum in Odeo, cum nec Subcantoris officium habere potuisset, qui choro. & Odeo parum equus.*

8 Tertia autem conditio horum præcellentium Doctorum Ecclesie est sanctitas morum; nam ut Christus datus est nobis Magister pl-

AUS.

mus gratiæ, & veritatis, & Apostoli, vt Sancti, & sapientes dati sunt, vnde dictum est illis *Vos estis Sal terra* ratione vite, *Lux* ratione doctrinæ, & S. Th. in *Matt. c. 5.* in cat. ita similiter exegit Pontifex ambas conditiones in graduatione horum Doctorum: id patet ex Bulla *Gloriosus Deus* in 6. & in Bulla Pij, & Sixti V. cum enim hi assumantur ad participationem officii Xpi Domini, & Apostolorum; ipsius quoque sanctitatem participant. vnde S. Thom. cum Augustino in cathena dicit in ea uerba Io. 17. *Sanctifica eos in veritate sicut tu misisti me in mundum.* sic ait: *vt intelligeremus cum dixit: pra. q. sanctifico me ipsum hoc etiam cum dixisse, quod eos ipse sanctificaret, mox addidit, vt sint ipsi sanctificati in veritate, id est in me.* Paucos numeravit Bonifacius, & duos superaddidit postea *Ecclesia*, Thomam, & Bonauenturam, quasi electos ex millibus; vnde & hi tanquam canonizati in albo Doctorum repositi sunt, vt scias reprimendam audaciam Neotericorum illorum audentiam vocare *DD.* *Ecclesie* eos, qui nondum in albo Sanctorum descripti sunt, & sufficere eis deberet, si laurea dotati sunt doctoratus in *Academijs* docere vera, & Orthodoxa. Quod si uelint annumerari inter Doctores, sicut Saul inter Prophetas, debet oppositos anotare, quod insuluit in eum *Spiritus Domini*, & prophetauit in medio eorum. probent in eos, quos uolunt esse *DD.* insuluisse *Spiritum Domini*, & in subsellijs eorundem subsideant. Sed qui est fabulis assuetus, fortasse proferret Pindarum, cum apes dormientis labris insedis sent, repente Poetam euasisse. Ampliarent similiter ob conuersationem cum *Fatidica* statim diuinare cepisse *Glaucum* piscatorem, gustata quadam herba inter *Deos* receptum, & futura prædixisse. Quod si fabulas horreat, horreat similiter *Deiparam* *Nectare*, & *Ambrosia* pastam fuisse.

Obiectio Octaua.

A Victor Elucidarij, nec doctrinam S. Thomæ sectatur, nec reueretur, & de alijs pertinentibus ad *D. Thom.* cap. 8. 1. argumentum, sæpè discedit à *D. Thoma.*

2. Solutio. *Elucidarij* liber tantus quantum est, has solum habet opinionem, quæ non sunt de doctrina S. Th. Prima de *Maria* actiue cooperante ad conceptionem Iesu: Secunda de fluxu aquæ ex latere Christi. Tertia de *Maria* ab instanti conceptionis habente usum liberi arbitrii. Quarta de his, quæ spectant ad immaculatam Cœceptionem, & absentiam seminis. 2. arg. quia infirmat doctr. S. Th. 3. argumentum scandalosum est, quod author *Elucidarij* plures assignat causas, ob quas liceat à *D. Th.* discedere. 4. argumētum 5. Author *Elucidarij* dixit multas esse opiniones, ob quas liceat à S. Th. discedere, 4. multas eiusdē S. Th. opinionem fuisse.

454 *Speciales contradic. Anonymi refutantur.*

fuisse iam ab Ecclesia damnatas, & in illis iam olim errasse Angelicum Doctorem §. 5. vi. argumentum. Author *Elucidarii* infirmitat autoritatem summæ Theologiæ D. Thomæ, statuens illam fuisse editam in ipsa iuuentute.

Impugnatio:

3 **D**iffusus suis locis hæc capita examinabuntur, vnde non est necessarium eadem repetere.

Obiectio Nona.

1 **I**N libro *Elucidarii* sunt multæ propositiones scandalosæ, & male sonantes.

2 Solutio est, negando assumptum.

3 Impugnatio tractabitur cum de dictis propositionibus differetur.

Tertia pars defensionis.

1 **P**hilosophicis contra *Elucid.* obiectionibus satisfacit. Proemium.

Nulla veritas speculatiua Philosophiæ, aut artis medicæ, aut Mathematicos est scientia Christiana, aut Ecclesiastica, ex ijs quæ pertinent ad censuram Ecclesiæ c. 5.

Accusationes octodecim falsæ aduersus tract. 1. & 9. lib. 3. in quibus nihil decernitur. Sed differtur sententia in tomum proximum, aut tractatum alium *Elucidarii* suspenditur. c. 2

Accusationes falsæ Philosophiæ aduersus tractatus non interlocutorios c. 3.

De accusationibus Philosophicis veris contra *Elucid.* c. 4.

Impugnatio.

2 Sed hæc omnes singillatim suo loco reiciuntur.

Quarta pars defensionis

Theologicis accusationibus satisfacit.

1 **D**E oppositionibus Theologicis factis contra *Elucidarium* c. 1.

De

- De oppositionibus Theologicis falsis contra Elucidarium.**
 Censuræ sex de controuersis Theologicis fideliter relatis aduersus Elucid. expendantur. c. 2.
- Censura aduersus materialē temperamenrum Corporū Mariæ, & Iesu; pro scientia per accidens infusa examinatur. c. 3.
- Censura de iis, quæ dicuntur circa deprauationem librorū satisfit. c. 4.
- Defensio Matris paternæ dignitatis B. Virginis, & actiui concursus ad generationē Iesu, in qua satisfit libellis excusis, & in Romanam Curiam transmissis. c. 5.**
- An vterus Virginis in partu, & antepartum absque miraculo carere superfluitatibus potuerit, atque idem de reliquo vitæ tempore defendi queat. c. 6.**
- Prima Conclusio.** hæc controuersia est antiqua, & à pluribus tractata.
- Secunda Conclusio.** hæc tractatio utilis est, & necessaria.
- Tertia Conclusio.** Corpora Christi Domini, & B. Virginis habuerunt ab instanti conceptionis prærogatiuas radicales status innocentie.
- Quarta Conclusio.** Christus Dominus non assumpsit particulares defectus corporis, qui non sunt communes toti naturæ, & idem de B. V. dicendum est.
- Quinta Conclusio.** Mariæ nec toto tempore gestationis in utero, nec in ipso partu habuit communes aliarum feminarum sordes.
- Sexta Conclusio.** Corpora Mariæ, & Iesu non possunt Philosophi, et Medici per sua principia satis explorare, quod sunt perfecta in summo.
- Septima Conclusio.** Corpora Mariæ, & Iesu supposita prima formatione à consimilibus naturæ sordibus, absque nouis miraculis philosophicè eximuntur.
- Octaua Conclusio.** Vis euacuandæ partes terreas, aut per insensibilem transpirationem, non est sic in efficacia maioris caloris.
- Nona Conclusio.** Libellis quidam supplex, cuius titulus, ad iudices veritatis, & doctrinæ, defenditur. c.
- Decima Conclusio.** In Elucidario nullæ sunt iniuriöse propositiones, quæ expungi debeant. c. vltimum.

Impugnatio.

Sed ex dictis, & dicendis in confutatione doctrinæ Poziannæ apparebit veritas. Differimus congressionē solam, interim p̄ se huius narrationē ut dicebat Tertul. lib. 2. Valentin. interim cum Hieron. r. 2. lib. 3. dialog. aduers. Pelag. c. 6. initio. *Aut defende quod credis, uas te, quinque q̄ defendere non potes. Quæcumq̄ in deignatione addideris, non patre natus, sed sicut non in uero.*

CAV

C A P I T U L U M V.

Eiusdem memorialis Anonymi reiectio,
Drammatico stylo descripta.

VÆ in superioribus hucusque tractata sūt circa reiectionē memorialis Anonymi, postea delaruat; iterum Drammatico stylo ex dictis Sanctorum in hoc Capitulo confutanda aggredimur, vt memoriz legentium tenacius infigantur.

Sciat ergō candidus Lector non esse insolens à doctissimis viris hunc scribendi modum vsurpare, qui alias Profopopeia dicitur, & est personæ confictio, vel cum rebus inanimatis personam, orationemque tribuimus, vt cum rem publicam ipsam loquentem inducimus, quomodo Rachel in persona Bethleem ad plorandum filios suos inducitur, vel cum introducuntur homines absentes, vel qui in humanis esse desierunt, tanquam viuorum, & presentium actionem, sermonemque affigimus. exemplum est in Cicerone Catalinam adloquendum introducendum iam pridem defunctum. Clemens Romanus eundem stylam seruauit cum in suis constitutionibus multa ab Apostolis sancita recenset, ac si tunc dictata, qui tamen defuncti erant: & magnus Augustinus ad Iulianum Pelagianum reuincendum iam pridem multos mortuos Patres recenset, & quasi in Concilio quodam congregatos, veluti iudices, & Magistros in prospectum, Iuliani exhibet, ad eorum doctrinam audiendam, sententiamq; accipiendam inuitans, & introducēs. Sunt enim vt dicebat Cassianus etiā defuncti Patres quamuis corpore absentes, adhuc in Ecclesia presentes atque viuentes, *adhuc* dicebat ille lib. de Incarna: contra Nestorium, in Ecclesia voce, & Magisterio uiuunt. Sic ergō Augustinus Iulianum illum lib. 1. c. 2. alloquebatur. Cum enim Augustinus ab illo taxaretur, quasi eius doctrina esset antecessorum Patrum patrocinio destituta, ac proinde plura maledicta, & sycophantias ferre cogeret, cum præsto non essent tanquam presentes illi, qui iam fati concesserant, eos qui iam mortui erant, vt uiuos exhibet, & suas sententias proferebat, non ab ipso, sed iam à veteribus designatum, & confutatum exhiberet. Nō ergō

ergo irridendus ero, si dum Patres defendo, ac si uiui essent, & praesentes, eisdem produco, qui & veritatem pandentes eorundem autoritate contestatam, se pariter a calumnijs obtreptantium liberat: *Cernis dicat cum quibus tua maledicta sustineam? cernis cum quibus mihi sit causa communis, quam nulla consideratione sobria, pulsare calumnias, & expugnare conaris? Cernis quam tibi perniciosam sit, tam horribile crimen obicere talibus, & quam mihi gloriosum sit quodlibet crimen audire cum talibus? Si cernis, cerne, & tandem tace, &c. Introduce te sedandum atque sanandum, non in alicuius Philosophi auditorium, sed in Sanctorum PP. pacifisum, honorandumque conuentum: sit operis pretium obsecro te, aspice illos quodammodo aspicientes te, & mansueti, & leniter dicentes tibi. Ita ne fili? pro nihilo ducis, ut paternitatis titulo nos velis expoliare, & filios Patrum loco substitueri? Quibus eos oculis intueberis? quae tibi argumenta succurrent? Quae Aristotelis cathedra, quibus ut in nos velut artifex disputator insulas, videri appetis eliminatus? Quae tuorum argumentorum vel acies vitreae, vel plumbeae pugiones, in eorum conspectu exeri audebunt? quae abs te arma non fugient, nudumque destituent? an forte dicimus neminem illorum te in isto crimine meminisse? & quid facies, cum tibi dixerint: tolerabilius dente maledico nomina conspiceres nostra, quam fidem nostram, cuius merito in Caelo nomina scripta sunt nostra. & infra. conuinceris vndique; luce clariora sunt testimonia tanta Sanctorum. In quorum conuentum te introduxerim, conspice. Hic est Mediolanensis Ambrosius, & c. hic est Constantinopolitanus Ioannes, & c. hic est Basil. & c. hic sunt & ceteri, quorum te mouere debet tanta consensus. & c. Ecce quod te introduce. Conuentus Sanctorum istorum, non est multitudo popularis, non solum filij, sed & Patres Ecclesiae sunt, ex illorum numero sunt, de quibus praedictum est. Pro patribus tuis nati sunt tibi filij; confisus eos Principes super omnem terram. & tu multitudinem popularem, in qua impij, & sacrilegi sunt, audes istis aggregare? vide quanta est vecordia, & insania, quando tot Sanctos, & egregios DD. atque memorabiles Catholicae veritatis defensores, atque Rectores accuses, Irenaeum, Cypr. Reticium, Olymp. Hilar. Gregor. Ambrosium, Basilium, Ioannem, Innocentium, ceterosque socios, ac participes eorum; insuper, & Vniuersam Christi Ecclesiam, qui diuina familiae Dominica cibaria fideliter ministrantes, ingenti in Domino gloriae claruerunt. Aduersus hanc autem miserabilem (quam Deus auertat) insaniam, sic respondendum esse video libris, libello potius famoso, ubi fides quoque aduersus te defendatur istorum, sicut contra impios Christi professor inimicos etiam ipsum defenditur Euangelium. Utinam (sicut Polemo luxuria coronis sensim capite detractis, cum Socratem de castitate loquentem audiret) eisq; abiectis manum pallio subdidit;*

¶ 98 *Speciales contradict. Anonymi refutantur.*

os, & vultum formauit ad verecundiam, ad extremum totum se illi, ad quem deridendū venerat, discipulū tradidit; sic & tu loquentibus tibi tot venerabilibus viris tanquam coronas ebriorum abijceres laudes [DD. sacrilegorum] quibus tanquam magnus defensor extolleris, & stylium, ut mitius dixerim contumeliosum non tanquam pallio pudoris abscederes, sed tanquam manu emendatiore confringeres, suumque peccatum veritate complendum non Platónico Xenocrati, sed istis Sacerdotibus Christianis, vel potius in eis Domino Christo, non velut, qui nūc primum veneris traderes, sed velut qui recesseris redderes. Hæc Augustinus inuitans Iulianum ad Sanctorum congressum, prosopopeia tam illustri discursum efformans.

Similiter idem præstitisse Petrum Damianum aliquibus visum est dum introducta est disputatio Synodalis, vbi interlocutores inducuntur Aduocatus Regius, & Ecclesiasticus defensor.

Hoc paradigmate edoctus, idem præsto, dum sub nomine Sanctorum Anonymum impugno, nedum ut Lector à fastidio releuetur, sed ut etiam Hieronymo placuit, sub alijs nominibus etiam proprias sententias ponere, ut dicit in cap. 2. Hierem. quod etiam causa benevolentia facio, ne aliquem certo nomine lacerari videar, & impugnatus Patrum doctrinis non meis, sed procerum Ecclesiæ manifestè appareat.

Cumque memoriale Anonymi ad iudices veritatis, atque doctrinæ sit porrectum, & iudices veritatis Patres adhibiti sint in Concilijs (ex Terinensi c. vii. contra profanas Nouitates) subordinati summo Hierarchæ, cuius est proferre sententias decisione finali, vbi de veritate doctrinæ tractatur; ad eosdem recurrimus Sanctos, vbi discussio fit, & litis terminatio, cum rescripto,

NIHIL, hoc est reiectio memorialis Anonymi directi ad iudices veritatis, atque doctrinæ.

§. I.

Summarium explicans intentionem, & scopum Authoris in Memoriali exhibito iudicibus veritatis refertur in Patrum venerando confesso.

Presentato memoriali Sanctorum consistorio, mox ab Athanasio, & Basilio, Tharasio à secretis traditum est, ut in summam redigeretur. Porrò illa magna rerum strues memorialis exhibiti, Laconicè, relictis verborum ambagibus, hac breui summa comprehensa est, & in hanc formam redacta, quam etiam coram confesso clarè pronunciauit.

In-

Incorruptissimi Indices, Memorialis scopus est, auctoritatem antiquorum PP. & DD. Ecclesiæ infirmare, & modernos Scriptores in iisdem subsellijs Patrum locare; imò super illos efferre, & venerandæ antiquitatis canitiem non cum honore, sed indecorè sepelire.

Et vt id præstet Author libelli supplicis, fingit hostem feriat; inuehitur enim in Scriptores fomnianos, & imaginarios, quod scripserint (quod non factum est) Patrum, vel DD. scripta ita suscipienda, ac libri canonici, & decreta Conciliorum suscipiuntur, & quod doceant etiam in arbitrariis ad huius, vel illius DD. sententias, tanquam iuratos in verba Magistri sub pœna peccati huius, vel illius scholæ sectatores, recipiendas adstringi.

Sub laude quorundam Scholasticorum, præcipuè nūquam satis laudati Doctoris Subtilis Scoti; dum tanti viri est defensor, & Hiperapistes, inimicus SS. Bonauenturæ, & Thomæ deprehenditur, & dum nouas faces vult super Ecclesiæ candelabra inducere, duo hæc lamina extinguit.

Cumque cerneret famigeratas scholas S. Thomæ, & Scoti, qui cathedras in Vniuersitatibus meruerunt, faciliè suas fraudes detegere posse, & intentioni subdolæ, in nouellæ cathedræ, & nouorum DD. erectione, & substitutione contraire, Cadmi dentes seminat, vt vna (processu temporis è dentibus, hominibus armatis prodeuntibus) insurgente schola aduersus alteram, ex intestino bello, arcem litterariam occuparent noui, recentisque, quos ignorarunt Patres eorum.

Verum ne quis de nouitate offensus, de nouella ista præsumptione exasperet; eò tendit, vt nouas opiniunculas induci posse suadeat, si noua ratio, vel sufficiens (vt putat) fundamentum reperiasur, quia contingit (ait) vnum Doctorem ordinarium cognoscere posse, quod Sanctos, & DD. magni nominis effugerit, iustoque, & probabili fundamento ab antiquorum placitis recedi posse.

Et quia inflatus Author oppositione falsi nominis scientiæ hæc mūdo suadere studuit, & temerario ausu in hortum Edem, seu Paradisum voluptatis, ad prædanda saltem folia arboris scientiæ boni, & mali irrupere procurauit; S. Thomam Cherubim Ecclesiæ habentem gladium flammeum, atque versatilem pro custodienda scientia Sanctorum aggressus est; ei neuos, errores, aliasque calumnias imponendo, vt Cherubim sublato, deliciarum hortum, hoc est Orthodoxiam facilius, aut ipse, aut alij inuaderent. Hæc Memorialis summa.

Nos ergo sacrati viri adiutorem illum inuocantes, & in pectore nostro timorem eius habentes, futurumq; iudicium in mente recipientes, accingamur lumbos nostros in veritate, & vigilantes in omnibus secundum Apostolum, æqui libraminis iudicium indicemus, & omnem vocem nouitatem, ambitum, atque superfluitatem, tanquam puro triti-

co super feminata zizania, sine omni dilatione radicatus euellamus, utpote veritati obuiansia, & Ecclesie repugnansia. Quae enim in ea tradita sunt, nō sunt, EST ET NON, sed EST existit in veritate, & permanet incorrupta in sempiterna secula. Sine modacio quippe est qui repromisit dicens. Porta inferi non preualebunt aduersus eam: & si certificati fuerimus, quod placabile sit in conspectu Dei, conueniant qui in praterito anno restitere veritati. Si quis est in illis sermo, vel contradictionis, vel etiam ratiocinationis, dicant; ita namque omnis examinatio manifesta fiet. in Apolog. 7. Synod. Hae Tharastus & secretis.

Consultatio Prima.

Vbi magna maturitate discutitur, an, & quomodo procedi debeat in doctrinam Anonymi: & primo concluditur, ex libello depromi propositiones.

Vix ex ambone perfectus est libellus, quodd Orientis iubar S. Basilii, impetrata loquendi venia à confidentibus Sacerdotibus, hac clara voce depromptit.

Multa cura, ac sollicitudine opus est, multarumque nobis perferenda vigilia, ac multis lacrymis quoque à Deo querenda veritas, qui fratris velit in materia Religionis amicitiam abiecerit. Si enim qui rerum in hoc mundo potiuntur, quando facinorosum aliquem morti sunt adiudicaturi, cortinas obducunt, & expertissimos quoque ad causae tractationem aduocant, multumq; temporis insumunt, nunc legis rigorem contuentes, nunc naturae communionem suspicientes, multumq; ingemiscetes, iudicandi necessitatem deplorantes; nemini non manifestum faciunt, quod non ex propria libidine, sed ex necessario legis ministerio condemnationis inferant sententiam: quanto maioris diligentia, cura, pluriumq; consultatione inuestiganda, quis fratrum sit, qui à nostra amicitia iam longo tempore confirmata, subducere se conetur. Basl. ep. 79. Propterea delicti corpus certis documentis probandum legali more, deinde quis auctor fuerit diligenter inquirendum est à nobis legitimis iudicibus veritatis, antequam in refractario: huiusmodi iusta sententia proferatur.

PETRVS DAMIANVS ep. 4. optimum certè consilium nostra, namque prudentia non debet sine experimentis audita non credere incognita nō leuiter adiudicare, nec ante sententiam depromere, quam rem dubiam testimonijs approbarit; nam & hac via impij, & perduelles proscrip-

proscripti , & eierati cognita prius dogmatis impietate ; sic Arrius, Nestorius , Mopsuestenus , & quotquot aduersus fidem , & Ecclesie DD. (quos ignaros, vel etiam impios vocabant) scripserunt, ab Ecclesia pulsâ , & eliminati.

GREGORIVS NAZIANZ. epist. ad Iulia. ita. Verum interdum præstaret silentio præterire, quæ stultè, & insipienter aduersus claram lucem euulgantur; nam & etiam scriptum est : *Ne respondeas stulto iuxta stultitiam suam* . Olim quoque hæc meæ taciturnitatis ratio, quod imperitorum hominum loquacitatem sermone reprimere non potui, nec promptitudinem illam, animiq; impetum , quo nunc omnes ad ea, quæ spiritus sunt sine spiritu docenda, & exponenda, præcipites feruntur.

PETRVS DAMIANVS ep. 13. Sed & iterum scriptum est. *responde de stulto iuxta stultitiam suam*, ne sibi sapiens videatur . Maximè si sapiens, ve insipiens rideatur , quod si adhuc ab æmulis vir sapiens de stultitia arguatur. *Ego malo cum David saluis in barbam defluentibus apud Achis Regem Geth furiosus dici, & cum Iesu sicut Marcus asserit, apud Iudæos freneticus, appellari, quam imperitiæ notam timens, in superna Mæsestatit examine de silentio. condemnari, dicens cum Iſaia, v. b mshi, quia tacuî.*

BASILIVS ad hanc controuersiam dissoluendam respondit ep. 80. *Ego sanè ad crebros , & varios hostium nostrorum aduersum nos conatus respiciens silendum esse , & quæ inferuntur animo quieto toleranda putavi, nec resistendum illis, qui mendacio maniti sunt , pessima s. armatura, quæ sæpenumero per veritatis occasionem aciem suam impellit. Tu verò rectè fecisti iubens ne veritatem prodam, sed redarguam Sycophantas esse, dum aduersus veritatem successu potitur mendacium, quam plurimè perdantur. Videtur itaque mihi qui odium hoc inexcusabile contra nos indixerunt, baud dissimile ab eo facere, quæ habet Aesopica fabula. Quæmadmodum enim illa lupum culpas quasdam aduersus agnum producere facit, quasi is turpe, & dedecorosum fore putet si præter istam rationem interimat agnum, à quo nihil sit læsus, ut tamen licet omnem calumniam, intentatam occasionem agnus placide diluat; nihilo magis lupum ab impetu sibi temperare, sed etiam si iustus rationibus vincatur, dentibus tamen victorem enadese: ita & qui odio NOSTRI; non secus atque reidoneis student, turpe forsitan putantes, si absque ratione nos odio persequi videantur, causas ODIÏ contra nos, & crimina fingunt. Videlicet nos esse homines hallucinari posse: inter nos esse dissidia: super fenæs quoque iuuenes, & Neotericos posse intelligere: tales sunt Lutherane, & Magdeburgensium Strophæ Nihil autem eorum, quæ contra NOS feruntur constanter tuentur, sed nunc hanc, paulò post aliam, & rursum quoque aliam.*

162 *Speciales contradic^{ti}o. Anonymi refutantur.*

aliam inimicitia causam assignant, atque ita nulla in re malitia eorum consistit: sed mox, atque ab hac intentata culpa refluiunt, alij incumbunt, & rursus illa neglecta, aliam apprehendunt, & si omnia de quibus (nos) accusant diluero, haud tamen recedunt. Quare omnino curandum est, ut insidiae laporum detegantur, & ab oculis DOMINICI, & PP. doctrinae inuasionem, uocibus, ferro quoque; & igne si opus est, arceantur.

Postea introduetus in confessus audientiam, sic louens est Advocatus Anonymi. Facillimè iudicium vestrum instantias pati poterit, & exceptiones, cum iidem, qui tanquam partes reiiciuntur, ut iudices sententiam in reos ferant.

VINCENTIUS Lirinensis lib. contra prophan. uoc. nouit. c. 42. Vox ista fontium, atque rebellium, qui cum iudices offenderint, ab eorundem censura hoc eodem praetextu, se submouere conantur. P. P. in Concilio Ephesino producti sunt, & quamuis à Nestorio impetiti, & dicerijs, & scommatibus lacessiti; nihilominus apud Ephesum sacro Decalogi numero Magistri, Consiliarij, testes, Iudicesque; producti, quorum beata illa Synodus doctrinam tenens, consilium sequens, credens testimonio, obediens iudicio, absque odio, praesumptione, & gratia de regulis fidei pronuncians. & Nestorium anathematizauit.

CAELESTINVS PAPA apud eundem c. 42. Merito causa nos respicit, si silentio foueamus errores, & iterum. Non est Agentium causa folorum, quando Vniuersalis Ecclesia quacunq; nouitate pulsatur. Depromantur ergo propositiones Libelli, & consultatione praemissa, examinentur, & reiiciantur, ne signenta ista multorum aures occupet, & imperitis calumnias credibiles faciant, & animis stultorum venena instillent: & Hierotheo et Philotheo cura demandata.

Consultatio Secunda.

Vbi Propositiones excerptae ex Libello Anonymi proponuntur.

VT demandatam sibi Prouinciam Hierotheus, & Philotheus ad exitum usque deducerent, Bibliothecas perlustrarunt, & fideliter nacti exemplar Anonymi, qua via, & methodo propositiones ex illo elicerent, diu deliberarunt, & tandem conclusum est, ut tota libelli intentio in propositiones reduceretur, certa via, & ordine, & ut proprietates verborum intacta permaneret fideliter, prout in libello continebatur. propositiones excerptae, & ad legendum propositae.

Pre-

Propositio Prima. *Communis error destruitur putantium non esse Ecclesia DD. nisi eos, qui sunt in DD. albo, & ita non potest quis irrefragari, quia dicitur, quod Scotus, Alexander de Ales, Gabriel, Durandus, Capreolus, Medina, Caietanus, Bannes, Canisius, Suarez, Medina, Vasquez, Thomas Sanchez, & alij huiusmodi conditionis, sunt DD. Ecclesia.*

Et tandem pro Patribus nostra doctrina recognosci possunt omnes illi, qui cum bona opinione, & nomine litteraturæ, & deuotione erga Ecclesiam Romanam, diem clauferunt extremum, in fide, in nullo ab eiusdem consortio malitiosè deuiantes.

Propositio Secunda. *Potest aliquis esse malis moribus imbutus, seditiosus, excommunicatus, & pariter esse Doctor Ecclesie. Talis fuit Theophilus Alexandrinus, qui fuit crudelis, vindictæ cupidus, uersipellis.*

Propositio Tertia. *Non est certa regula, vel coniectura, ut unus Doctor præ alio celebretur, cernere, quod Sedes Apostolica, vel Concilia, Pontifices magnis elogijs hunc cohonestent, & de alio taceant.*

Propositio Quarta. *Cum Ecclesia approbat opera alicuius Doctoris, non uult approbare eius propositiones, nec uel unam solam. Potest esse aliquis Doctor ab Ecclesia approbatus, & reperiri in eo multa falsa, ut uidere est in Paulo Oroso, qui in Concilio Romano dicitur Ecclesie Doctor, & tamen in eius historia multa falsa reperiuntur, de quibus magni formari possunt catalogi.*

Propositio Quinta. *Possumus relinquere ceteros Sanctos, & unum sequi, & consequenter quemlibet nostrorum temporum Doctorem.*

Propositio Sexta. *Cum ratio, uel sufficiens fulcimentum suppeditat, noua potest opinio introduci.*

Propositio Septima. *Multoties contingit ordinarium Doctorem inuenire, & assequi, quod non cognouerunt magni nominis Sancti, & Doctores: unde aperta superstitio est, occludere fores impetuose, & pessulo occludere, ut nullus sapiens addat, uel minuat post diligentem inspectionem fundamentorum antiquorum Doctorum.*

Etiã nunc fieri potest, ut unum Sanctum pro alio relinquamus in materia indifferenti, uel sequendo aliquos Scholasticos, qui iustis, & probabilibus rationibus à sententia antiquorum Scholasticorum discesserunt.

Propositio Octaua. *Si Deus adeo existimat Scriptores canonicos quod prohibens ne quis addat, uel minuat à sacris libris propria auctoritate, nec unum apicem, qui fieri potest, quod sit, qui uelit addere, nesciente, nec consentiente Ecclesia, integra volumina particularium Doctorum ss. Thomæ, & Bonauenturæ, ac si essent canonice scripta.*

Propositio Nona *Affertio ista, quam aliqui statuerunt, ut credendum est in omnibus, & per omnia S. Thomæ, aut Scoti, non est bona: non meretur nomen Thomista, vel Bonaventurista, & est impuginator S. Thomæ, nec meretur nomen Thomista, qui dicit esse obligationem in conscientia ad eos sequendum in rebus arbitrarijs, & est impuginator Scholasticorum, qui quemlibet obligat sub pena peccati, ut eos sequatur, nisi esset statutum particulare Vniuersitatis, quæ cum Doctorem sequitur, cui se addicit. Sed quale peccatum, Scotum sequi, qui obligaret sub culpa, ut alium Doctorem contra illum sententiam non sequeretur, non relinquendo libertatem ad contrarium, incurreret?*

Propositio Decima. *Decolorari Patres antiquos, cum postponuntur modernis, quia non sunt tot elogijs commendati, censura est hominum res minus aduertentium, & intelligentium, viuant, & regnēt Bonaventura, & Thomas; tamen viuant etiam, & regnēt S. Irenæus, S. Ambrosius, S. Damasc. S. Ber. S. Prosper, S. Bernardinus, Scotus, Albertus, & alij innumerabiles. S. Dionys. Areopagita, S. Hilar. S. Cyrillus Alexandrinus, & alij multi PP. antiqui sunt sine controversia maiores, & illustriores Sanctis Bonaventura, & Thoma.*

Propositio Vndecima. *Ne extinguamur alia lumina, quæq; Deus, & Ecclesia, sancta inquisitio, Vniuersitates, & Religiones volunt sint accensa ad gloriam ipsiusmet scientiæ. Non propterea cæteri DD. sūt submergendi, vel abscondendi; sunt enim filij fideles eiusdem Ecclesiæ. Non propterea cæteri DD. Scholastici sunt condemnandi. In honore Ecclesiæ, qui eam facit tam pauperem, & inopem, quod uno solo Doctore exornatur, cum multos DD. habeat. Intursa Deo irrogatur extinguere omnia luminaria, & velle, ut una sola lux remaneat, ut sit in officio hebdomada sanctæ.*

Propositio Duodecima. *Temeritas est, & male conscientie signū censurare libros dicendo, quod sit una propositio in illis approbata; & nihilominus in illis multa falsa reperiantur, postquam libri reuisi sūt a consilio, & ordinarijs permisi, & approbati à Sæcto Officio absq; eo, quod minima litterula sit abolita. Debent reprimi infamatores talium librorum tanquam infamatores oculorum Ecclesiæ, qui sunt tribuna lia fidei, cum eos taxent, vel quod non viderint, vel medelam non afferant, vel nesciant, quæ sint doctrinæ suspectæ.*

Propositio Decimatertia. *Sanctus Thomas magnam doctrinæ suæ partem p. 2. & 2. 2. hausit ex Vincentio Bellouacensi, ut dicit F. Franciscus Garfias, & in ista sententiâ sunt alij authores, etiam de alijs operibus, quæ attribuuntur S. D. alij dubitant graues DD. proinde non sunt hæc certa, & explorata.*

Propositio Decimaquarta. *Circa reuelationes doctrinæ S. Th. quas*

refert S. Vincentius Ferrer. respondetur, quod dato liberrime, quod ut
sunt hac testimonia addita sermonibus S. Vincentij (ut putant multi)
dato quod ha reuelationes particulares ante approbationem Ecclesie
sunt magna auctoritatis (quod non admittit S. D. x. p. q. x. art. 8. dato
etiam, quod qui eas S. Vincentio enarrauit, illas non consinxerit: ad-
mittendo hac, & suppletis alia eiusmodi, & omnes rimulas occluden-
do; dico quod idē narratur de Scoto in una quadā visione S. Amadei.

Propositio Decimaquinta.
Continet doctrina S. Thomae Doct. An-
gelici dogmata, quae reprobauit Ecclesia.

Mox Hierotheus, & Philotheus has decerptas propositiones ad Pa-
tres detulerunt dicendo. *Ista sunt propositiones Reuerendissimi PP. et*
memoriali Anonymi fideliter vestro mandato excerptae . Vestrum est
tollere scandala de Regno Dei; doctrinam vestram, quae ipsius catholi-
cæ Ecclesie consensus est, propugnare, nouitias paraturas retardare, li-
tes, & contentiones nouitias sopire, ipsosque litigiosos, & conten-
tiosos frænare, ne publica pax, & Orthodoxia deturbetur, & inopin-
abilibus facillimè via sternatur.

PETRVS Chrysol. ser. 13. id ipsum grauioribus verbis exposulauit.
custodienda PP. amplissimi prae omnibus virtutibus pax (catholica) quæ
niam Deus semper in pace est. *Locum non demus inimico ne in iracundia*
fogeto valeat seminare zizania, & securo iam rustice, & spe longi la-
boris eluso, expectator fructus ipsa messis maturitate perdat, aut vint-
deturbato suum in liquorem perfidia demutatam, infusa facit per-
mixtione conturbat, aut inter dulcia mella, felle venena amariora con-
fundat. Procul contentiones, procul lites, procul maledicta mittantur.
scriptum est, ecce derisorem, & exhibis eum de iurgium, cessabantque
causa, & contumelia. Prou. 22.

LEO Papæ serm. de eim. Merito de authoribus talium nouita-
tum inquirendum . *Illud quoque vos dilectissimi obsecrans moneo,*
ut si cur vestrum innotuerit, ubi habitent, ubi doceant, quae scribant;
huiusmodi nouantes, & in quorum habitaculis requiescant, nostræ so-
licitudini fideliter indicetis, quia parum prodest vnicuique, quod pro-
gente Spiritu sancto ab istis ipse non capitur, si cum alios capi intelli-
git, non mouetur. Contra nouitates introducenes, & Patribus detrahē-
tes tanquam communes hostes pro salute communi, vna communis de-
bet esse vigilantiæ, ne de alicuius membri vulnere, etiã alia pos-
sint membra corrumpi; & qui tales non prodendos putant, in iudicio
Christi inueniantur rei de silentio, etiã si non examinantur assen-
su. Assumite igitur religiosa sollicitudinis pium zelum, & contra se-
nissimos animarum hostes omnium fidelium cura consurgat. Ideoq; . n.
misericors Deus quadam nobis prodidit noxiarum, ut manifestato
periculo, exciteretur diligentia cautionis. Non sufficit quod actum est,

N n n

sed

Jed redemptio inquitio profueret. Et de auctore (tam habito corpore delicti aduersus Ecclesiam proceres) diligentissime quis fuerit, inquiratur.

Consultatio Tertia.

De libello reperto, & propositionibus excerpis discussis.

Vbi Philotheo, & Hierotheo cura demandata est inuestigandi librum, & auctorem; mox sine mora, vt mandatis obtemperarent, tam Hierotheus, quam Philotheus ad auctorem inuestigandum diligentissimam operam nauarunt; plustratis enim Bibliothecis, typographijs inspectis, quotquot exemplaria colligenda potuerunt, asportarunt; & collatis ad sua archetypa, primo repertum est, libelli titulum sic inscriptum. *Memoriale, ad iudices vocatis; & doctrinae, absque nomine auctoris impressum. Barcelona 1626.* Postea anno 1628. Oxoniae eundem librum sub nomine P. F. Francisci de Torres Lectoris Theologiae. Contineus Osceas hucus aspersisse deprehenderant; unde inter se misceates colloquia, sic Philotheus affari cepit.

Difficile certe est reperire Anonymos auctores librorum; sunt enim (vt scripsit Simonides de lubrica fidei hominibus.) veluti Anguilla, quae nec in mibus stringitur; multo magis si stringantur okei uuida. Etenim quisque ut angulo sentiens, quo mundo vult inuolascere, & nomen occultans, tanquam lucifuga in tenebris delitescit, odium habens lucem, ne arguantur opera eius, vt nasci queat, vt dixit Catullus.

Scrum si atbur; del etor homo; vel

& vt de Sepia scribitur apud Ache. lib. 4.

Quae cum sit piscis, sola album nouit, & atrum. hoc est cum sit albicoloris, suocum nigrum spargit ne deprehendatur; quare quis huius libelli auctor existerit, suo est difficile assequi: sicut Sepias explicari. **HIEROTHEVS**, certe ita est, nec minus difficile existimo auctorem reperire, quam Sphingis cum Oedipo aenigmata, vel nodos explicare. Tamen ex diligentia plura, va dicitur: *ex umbra in Solem*; hoc est abditissimi in lucem proferuntur. Certe etiam mare no. possunt tale librum a inuenissimum **Pater Fracisco Torres** edicum esse. Non sunt idem vita, & Leuceus, dictum antiquitus; fuit enim ille malae fidei scriba, & cum vita non concordabat. Quomodo ergo fieri potuit, vt Religiosus, Apostolicam vitam S. Francisci sequens, degeneret, Scriptura tam excandenti libelli, a tanto parente, doctrinae **Pateris**, & **Romanae Ecclesiae**

Admirabilis, se demonstraret, & Sanctum Bonaventuram professore, quem inter antesignanos Doctores suæ Seraphicæ Religionis professores merito venerantur, & laudant? Olim iis, qui aliena ad suum institutum, & emolumentum abascebantur dici solitum, ex Aristophane, quod alienis soleis utebantur; nunc certum est, quod Anonymus se Apostolicum virum mentiatur, sandalia Apostolica, Franciscanorum soleas curarit suo pædi aptare ad simplices illudendos; imò, & sapientes eludendos. Non possum vilo modo in animum meum inducere, quod huius mæstie P. Torres fuerit architectus, sed alius, qui lupus in cura, ovis pellem assumpsit.

PHILOTHEVS, ita quidè credèdū. Nec hoc nouum, sed vetus impiorum institutum; nā multos Apollinaris libros sub titulo S. Athanasij, & Gregorii Taumaturgi lib. 3. c. 3. euulgatos legitimis scriptis Euaagrius, quibus plurimos in suum errorem induxerūt, idem præfatus Eutichianos scripsit Leontius lib. de sectis, & alios peruelles eundem morem imitatos patet ex actis Maximicum Theodori. Aduersus quam calliditatem scitè Epiphanius pro Synodo 7. pronunciauit. Detur omnem Christianum cum libris aliquos adulterinos audit, & legit respuere, nec omnino animum adhibere. Iact. 5. c. 5. apud Baro. 656. v. 14. Sed ex hoc implicatio nobis redditur cognitiō de autore, cum optimis parentibus; tam deformis partus supponatur. Sinuosa via hæc est, quæ ad regiam non ducit.

HYEROTHEVS, uia, qui nescit, qua deueniat ad mare (vt dixit Plautus in Penulo) cum oportet omnem querere comitem sibi; nam & fluvius, & si longis ambagibus, tandem ad mare confluit. Eia, alios uolumus libros de simili argumento tractantes, si forte tandem nostrum scopum assequamur, & per illos ad mare tanquam per fluvios, incedentes contendamus.

PHILOTHEVS, Nulla fit mora: omnes inducuntur & supstantur, vt cito, & abhorisunt opus absolnatur. Mepini diebus elapsis cum per forum transirem, ubi quoq; erant librorum nundinæ, oculos coniecisse in pro grande volumine Lugduni impressum ex officina Rouilliana 1627. cui titulus; Elucidarium Deiparæ auctore Joanne Baptista Poza, & amore flagrans aliquos sanamigeros affectus erga Deam uiam nostram ex insimis præcordiis exhalare ex eiusdem Deiparæ laudum lectione, in eisdem in librum 4. tract. 4. c. 9. ubi præfatus auctor, ne hypothesis probet, destruit thesaurum; siquidem in eadem salubra cum Anonymo hærens, sic dicit in 1. conclus.

Prima Conclusio. Etiam si quis non sit in numero Sacerdotū Ecclesiæ, Doctor potest esse illius, & inter approbatas doctrinas illius Opuscula, vel omnia, vel aliqua numerari queunt. & ibidem exemplificat de Theophilo, qui (& si excommunicatus putatur à Gelasio d. 15. in

lib. eodem tract. 4. in foliis objectionis alterius pag. 1199. vers. ob-
crudunt.

Secunda Conclusio. Non est certa regula, vel cōiectura, qua iniqua-
litatē Doctorū inuestigemus, ex laudibus grauioribus, vel minoribus
quibus à Sede Apostolica, vel Concilijs interdum extolluntur quidā
cū de alijs sit alium silentium.

Tertia Conclusio. Quicumq; Scriptor sacer cuius doctrina ab Apo-
stolica Sede, non est condemnata, vbi in Sanctorū numero conscribi-
tur, est censendus Doctor Ecclesie. lib. 4. tract. 4. c. 9. concl. 3.

Ampliat hoc dictum superius idem author versu nunc propagandus,
dicens. Quot sunt prelati, Praecones diuini Verbi, Praepositi sacrarum
familiarum, hi Doctores Ecclesie nominantur, & sunt. ibid. pag. 1191

Ampliat iterum eandem doctrinam dicens. Decerno Doctore nonū-
quam Ecclesie fieri, qui aliena scripta diuerso stylo, vel ordine com-
mentat.

Quarta Propositio. Circa doctrinam S. Thomae, quod fuerit in mul-
tis ex diuina reuelatione accepta. Quae de reuelationibus particulari-
bus adducuntur, ante Apostolicæ Sedis approbationem, infirma sunt,
vt docuit S. D. 1. p. 9. p. 28. liquet hæc veritas, ex innumeris reuelatio-
nibus virorum, & feminarum ad speciem sanctitatis illustris, à quibus
S. Vincentius Ferrer. preoccupatus sepius eculgauit, natum iam suo
tempore Antichristum.

Certe pro Secro (ait Pozz) probabilissimè reuelationes S. Amadei
adducuntur.

Vltima Propositio. Statuunt quidam aliquas in scriptis Doct. S. pro-
positiones inueniri, quas iam tandem Ecclesia repudiauerit.

Has omnes propositiones Hierotheus animaduertit in isto Doctore.

HIEROTHEVS: perplexus reddor ex tua lectura; nā videntur istæ
propositiones huius authoris, cum Anonymi propositionibus due ca-
ligis erant panni, adeoque similes, vt quasi gemelli partus ex vno utero,
eodemque tempore in lucem prodierint, nā Anonymus prodijt anno
1626. & postea anno 1627. sub conficto nomine Paris Torres; & Pozz
liber probatus à suis Cōpluti 1624. impressus est Lugduni anno 1627.
Non tam eorum esse simile, si huius propositiones cum propositioni-
bus conferas, nempe primam conclusionem cum prima propositione,
& secunda Anonymi, secundam cum tertia, tertiam cum prima, quartā
etiam penultimā, vltimam cum vltima, vt eandem in eadem tandem vi-
deantur.

PHILOTHEVS. Sed varius stylus, variaq; dictio, alium, & aliū autho-
rem demonstrat. Aliud notua, dicitur in proverbio, & aliud cornix.

HIEROTHEVS. Ad summā negari non potest, quia falsè vni ab al-
tero sit hæc propositiones mixtuus.

Credis hoc Priscus

Ves ut loquatur Pſittacus coturnicis.

Dicebat Martialis ad Priscum de quodam carminum lanernione, qui aliena carmina suffuratus erat pro suis venditans. Et Nicophanes in Pandora apud Iul. Polluc. lib. 7. c. x. de eo qui aliquid orsus est, & alter perfecit, scripsit.

Hic telam texuit, ille diduxit. Fortassis Anonymus scripsit prius, & Poza complevit, vel contra: aut alteruter calceum confuit, & alteruter induit. Unde nec certo author deprehendi potest.

PHILOTHEVS: verum tamen est, quod qui prius scripsit, habetur noxius, sicut & in male consiliantem culpa refunditur.

HIEROTHEVS. At non propterea excusabilis, qui vel trāscripsit, vel exasauit, vel exemplauit, ut nec malo consilio aures accomodans. Unde, rectè dixit Gelasius de Achatio. [Achatius non est factus inuentor noui erroris, sed veteris imitator.] 24. q. 1. Achatius. Ita in nostro casu tam inuentor, quam transcriptor eazundem propositionum, ut dixit Orat. serm. 3. Saty. 3.

Hac loco in trutina ponatur eadem

Siquidem (ex eodem in epist. 2. ep. 1.)

Pensantur eadem

Scriptores trutina.

Eadem ergo discussio, eadem lance appendendū.

PHILOTHEVS: sed iā repertis propositionibus Anonymi in multis cum propositionibus Pozæ conuenire, superfluum est amplius, quis fuit author disceptare. superest (dicam cum Origenē in præfatione libri tertij contra Celsum) ut ab asini umbra digrediamur (erat id vetus prouerbium in mouentes litem de asini umbra apud Demosth. in Philipp). ne quis iure nos rideat, atque habeat plus satis curiosos, & ad magnum Patrum confessum propositiones sic collatas, & necessitas defensurus.

Consultatio Quarta.

Ubi primò Anonymi titulus examinatur.

Confidentibus Domini Sacerdotibus in publico confesso, propositiones præ dictas in d. lib. contentas cum propositionibus Anonymi collatas, & in scriptis redactas attulerunt Hierotheus, & Philotheus, quas cum Thazarus à secretis perlegisset, de ordine confessus conclusum est, ut quicumque fuerit author non disceptaretur, sed propositiones examinarentur, num cum

publica doctrina congruerent, & Anonymo tribuerentur tanquam eandem propositionum arobiectio, vtpote qui ad Iudices, & iudicium per libellum supplicem provocasset.

Et primò de titulo, & attulacione illa *ad iudices veritatis, & doctri-
brine* discutiendum est.

CHRYSOSTOMVS Hom. 9. in 5. c. Matt. imperf. dixit. *Hæretici in prima facie Christiani videntur, Gentiles tamen sunt.* Similiter & *ij, qui cum suis prauitate corrupti, specie tamen virtutis induti sunt qui vulgo Impostores vocari solent.* Ho. 24. in c. 7. & cum pietatem in lingua, vel scripto ostendant, intus impij. His meritò illud aptatus, aliud in titulo, aliud in pyxide. vt in titulo speciositas denotetur; intus verò venenum lateat, vt interdum accidit in pharmacopolarum tabernis, vbi pyxides quædam venena habent, cum tituli remedia ostentent. Quid hoc titulo speciosus? *Ad iudices veritatis, & doctri-
brine*. Veritas vberius nominatur, & nunquam tacetur. veritas ubique fulget. *Hæreticus impugnat falsitatem, & c. vana non admittit, & c. & quia est veritas, semper est veritas.* Sub tam illustri titulo nihilo minus venenum latet, cum ad incertos, & ineognitos, & Anonymos transmittit iudices veritatis, vt nullos habeamus in Ecclesia visibiles iudices veritatis.

IRENÆVS lib. 3. c. 15. hic est proprius hæreticorum character. *Hoc fidorum, & prauæ seducendum, & hypocritarum est molimen* (& exemplificat de Valentinianis) *hi .n. ad multitudinem propter eos, qui sunt ab Ecclesia, quos communes Ecclesiasticos ipsi dicunt, inferunt sermones, per quos capiunt simplices, & illicitiunt eos, simalantes nostrum tractatum, & c. Suis rursus enim, & verisimilis est, & exquisitius fucob errorum; sine autem fuce est veritas, & propter hoc pueri credida est.* Satis ergò fucatus est titulus Anonymi, vbi lateat venenum deducitur, quod à calamo Orthodoxorum debet esse alienum.

S. AVGVST. tract. 96. 97. 98. in Io. lata fenestra hæresibus aperitur si non determinentur, qui sint iudices veritatis; mox enim Manichea hæresis Iudicem te facit veritatis, & sub specie mulieris Prou. 9. descriptæ, *quæ cum sit inops panis, promittit panes, hoc est cum sit ignara veritatis, promittit scientiam veritatis.*

S. HIERONYM. ad Hebr. b. q. 17. Montanistæ suos quoque producent iudices veritatis, cum iacent Paracletum in Montanum descendisse.

S. GREG. NAZ. in Apolog. etiam vnusquisque Enthusiasta, cum iudicibus veritatis se aggregari postulabit, etiam experientia id comperitum est, vt videmus in enthusiastis Lutheranis, quod *fugatur est omnis timor ex animis, & ubique obtinet impudentia quæcumq; voluerit scire sibi vendicat, summa, & profunda spiritibus intra se esse deputat.*


S. Ioan-

S. IOANNES DAMAS. oratione 2. de imagin. etiam Laicocephali iudicium dogmatum sibi usurpare possent, & articulare se iudices veniaris, & tamen *Regum partes non sunt, ut Ecclesia leges praescribat, Regum est civilis administratio, at in Ecclesiasticis rebus statuendis, ac decernendis, habemus Pastorem, qui nobis locuti sunt verbum, & leges, & instituta Ecclesiae tradiderunt.*

S. EP. IPH. hēref. 29. Adhuc etiam versipelles alij contendunt se habere alios iudices inuisibiles, & Ideales: alij producent Aristocraticos, alij Democraticos, laicos mares, & famellas, alij confistoria Anglicana, vel Genovetia. *Sed manus Thronus eius, sedet Christus, & Regni eius non erit finis, & sedet super Thronum David, ita ut Regni David una cum Pontificatu transibit, & longius sit sequi s. sup. hoc est Pontificibus Catholicæ Ecclesiae. Romania v3. Pontificibus, cui subordinantur Praesides Populorum Episcopi, qui assumuntur in partem sollicitudinis, non in plenitudinem potestatis.*

S. NAZIANZ. tract. de fide. ad hos iudices erat recurrendum ab Anonymo, ut omnis fraudis suspicio amoveretur, quam & non leuiter prebuit, sub specioso titulo aconita. miscens. Si nihil aliud deprehenderetur in suo libello, ex sola ista articulatione tam suspecta ex eius ampliatione, memoriale rejiciendum. *Misus quidem, ac graues hereser. nouimus. a pluribus schullis, & veneni vicio ad intumum peccator. cūcri sui virus infundere, sed vinci, vel facile possunt, vel facile vitari, quarum prima propositio: omnia consilium peccatoris. produitur: ed. ut ubi hi quibus multa nobiscum paria sunt, facile possunt. innocens mentes, & soli Deo, debitas. fraudulentæ. societate peccare; dum malorum suorum vias, per bona doctrina, confundunt. Nihil enim periculosius: hic est, potest, qui cum integre per omnia decurrant, uno tamen verbo, ac si venens guta: utram illam, ac simplicem fidei. Dominicam, & exinde Apostolicæ traditionis inficiunt. Quia nihil tam cogit in mortem, quam sub obiectu fidei, integritatem eiusdem fidei violare. Ut enim gypsum aqua permixtione lactis colorem mentitur, ita hic per verisimilem confessionem traditio inimica suggeritur. Quae de re non similitudo confessionis, sed sensus mentis est ponderandus, quia co. falsiq. ipsa firmatur. Ponderemus ergo Anonymi propositiones, ut melius eius intentio penetretur.*

Et ordinatum est, ut legantur propositiones. Et Advocatus instituitur.



S

Examèn , & discussio recensitarum propositionum.

Exa. I. Proscribens primam propositionem Anonymi

Vbi propositionem Proceres legerunt, ad tantam insolentiam expanorunt, & aduersus eandem sic cepit Ambrosius 1. of. c. 1. declamare. Communis potius error est, existimare in Doctorem albo velle collocare, quos nec Deus, nec Ecclesia statim recensendos. *Dedit .n. Deus quosdam Apostolos, quosdam autem Prophetas, alios vero Euangelistas; alios autem Pastores, & Doctores. Non igitur mihi Apostolorum gloriam vendic. Quin .n. hoc nisi quos ipse filius elegit. Dicit? Non Probetarum gratiam, non virtutem Euangelistarum; non Pastorum circumspectionem, sed tantummodo intencionem, & diligentiam circa diuinas Scripturas, opto assequi, quam vltimam posuit Apost. inter officia Sanctorum, & hanc ipsam, ut docendi studio possim discere, &c. Ego. n. raptus de tribunalibus, atque administrationis infulis ad Sacerdotium, docere vovepi, quod ipse non didici. Si se indignum Patrum subsellijs existimauit Ambrosius, quis erit tam perfrecte frontis, ut audeat affectare cathedra principatum, ut ibi sedeat Magister docens, à qua potius erudiri voluit pius, & humilis, ut disceret, quam v ex illa doceret. aa. Corydus inter Cycnost dixit ille.*

GREG. NAZ. de vitæ differentijs ad Episcopos. Mira stulticia velle Sanctorum DD. infimæ classis homines consortio annumerare. O rem deplorandam, quod quemadmodum ver omnibus est communis, terra etiam, & Cælum oculis nostris ostensæ, communis insuper moris vtilitas: sic Ecclesiastica quoque subsellia (Pastorum, & DD.) omnibus communia sunt. res mira. Ne Saul quidem à gratia alienus est; veris Prophetæ nomine obit (numquid Saul inter Prophetas?) nullus ergo iâ fit agricola; nullus architectus, nullus coriarius, nullus venator, aut faber erarius; procul maneat, nec Ducem alium in rebus sacris, & diuinis habere sustineat (vel Magistrum) præclarior .n. est imperare, quam Imperatoris iussa exequi (docere, quam discipuli ferulas subire) quin potius hic securim, ille stiuam, alius pellem, alius ligna, alius denique forcipem abijciat, seq; huc conferat, &c. mihi vero maximum

terrorum illud inicit, quod de Moysa Scriptura sacra commemorat, qui solus Deum intra nubem aduersa facie prospexit; reliqui autem ad montis radices remanere iussi sunt, atq; ita se comparare, ut prapurgatis non solum animis, sed etiam vestibus, cum magno tremore diuinam vocem dumtaxat audirent: alioqui non modo spfis, sed bratis etiam animantibus procalcato monte, hoc est diuino solo, lapidationis penam certo expectandam esse. &c.

Et quoniã Moysis mentionem feci (de moderat. in idisp. ser.) nonne hinc gratia diuinæ seriem, ordinisq; leges didicisti? Si Moysen virtutibus refers, nubem quoq; ipsam ingred. te, & Deum alloquere, & vocem audi, & legem accipe, atq; promulga. Si autem Araon es, simul sanè ascende; verum extra nubem in propinquo consiste. Si verò Ithamar quispiam, aut Eleazar, atque à Moysa tertius, ordinisq; Senatorij, & ex illorum numero, longius adhuc gradum figo, sedeq; tertia requiesce, &c. (Sed & qui) arcam gestabant nisi Leuitæ? ijque ut constitutum erat, aliq nampè præstantiores partes, aliq inferioris, minorisque pretij, prout cuiusq; dignitas ferebat. Et quoniam eam quoque, custodiri oportebat, qui nam eam quoque modo custodiebant? Aliq videlicet aliud latus, aliq aliud, nec quicquam indistinctam, ac perturbatum erat, nec minimarum quidem rerum. At nos si exiguam quãdam gloriam, nominiq; splendorem assecuti fuerimus, ac ne id quidem persepe; verum etiam temerè duo, aut trsa Scriptura verba, eaque imperitè, & concise perdidicerimus, illa v3. sapientia est vno die perita, & Chalana, seu Babylonicæ Turris, qua lingua præclare diuise sunt, iam & furiosè aduersus Moysen insurgendum est, & impertuna Dathami, & Abironis contumelia, & impietas imitanda. Ista est tua temeritas Anonyme, vt cum nec tertius, nec quartus, nec quintus, nisi vltimus in Scholastica palæstra tibi debeatur locus; supremas affectas cathedras, & ponere velis nubem ascensum tuum, & iuxta Moysen consistere, vel cum Arone, & Ithamar, cæterisq; ordinis Senatorij, priscis videlicet PP. & viris Apostolicis, & nobiliores partes in Arcæ gestatione affectes, & ex nouella tua sapientia, giganta audacia, super cæteros, & contra cæteros extruere contendas, & vnitatem vnus labij in PP. dono conseruatam, in multiplicatam linguarum, & doctrinarum diuidere procures; quinimmo furiosè in Venerandos PP. insurgis, & palliato Schismate; dum veterum PP. auctoritatem, in antiquam, & recentem partem scindere satagis, Dathami, & Abironis vestigia insectaris.

EPIPH. EPISC. ex 2. Synodo Nic. act. 5. tom. 5. Non solum venerande Pater Gregori tuorum temporum, sed & præsentium fuit ista calamitas, scilicet vt noui, recentisque doctorculi locum, & subsellia PP. affectarent. Meis quoque temporibus cum Gregorius quidam pro

hereticis causā ageret, & huiusmodi homunciones, refractarios quoque atq; rebelles, PP. & DD. Ecclesiz equare, & in pari honore recipiēdos contendebat, vnde iisdem verbis, quę nunc produco, memini me illum confutasse. *Attendamus qui floruerint per tempora S. Patris nostri Episcopi Cyri Epiphani in Ecclesia, quos tamquam gloriosos DD. & tanta munimenta Ecclesia dicere possumus. Profecto Basilius magnus, Gregorius cognomento Theologus, Gregorius Nyssenianus Episcopus, quem omnes Patrem PP. vocant, Chrysostomus. Præter hos etiam Ambrosius, Amphilocheus, Cyrillus Hierosolymorum Episcopus. quod si is qui hanc expositionem DD. contra venerabiles imagines edidit (q̄ & in quolibet dogmate, & nouella opinione dici potest) ait, a Sctis Patribus, qui per ea tempora floruerunt non fuisse receptam; quomodo ea, quę SS. Patres nostri non probauerunt, nos qui circa finem seculorum occurrimus, & indigni sumus ut discipuli eorum vocemur, recipimus? elleboro purgandus es Anonyme, si propter nouas tuas opinunculas (quas etiam alij Symmista recentiores libera voce fatentur, priscos PP. ignorasse) velint vocari Magistri nouitatis, quorum magna esset gloria si vellent fieri discipuli vetustatis; tutius est in suppedaneo tantorum Magistrorum doctrinas veterum accipere, quàm nouas cathedras ambiendo noua euulgare, & pari honore, & titulo cum veteribus DD. in iisdem sedibus confidere.*

Aduocatus Anonymi. Nonne ex Apostolo (Venerandi Patres) vsq; ad consummationem seculi diuinitus Doctores dispensati? nonne etiam recentiores ad iustitiam erudientes multos, erunt quasi stellæ firmamenti in perpetuas æternitates ex Daniele? non iisdem sicut & virginibus, atque martyribus aureola præparatur? Vt quid ergo in eorundem Patrum choro non recensentur in terris, qui eadem prærogatiua aureolæ decorantur in Cælis? Vt quid largam Dei benedictionem astringitis? an apud paucos solum diues est Deus? si sermo scientiæ, sapientiæ, & cætera Spiritus S. charismata data sunt, atque concessa ad vtilitatem, & fidei defensionem; cur nouissimos hos Doctores, à priscorum DD. consortio ablegamus? iniustum censetur prætere, ut quorum est idem meritum, non sit correspondens meritis æqualis corona. vnde sicut in primitiua Ecclesia erant Doctores ii, qui docebant, ut dicitur in Actis c. 13. ita qui nunc docent, annumerandi inter DD. Ecclesiz.

BASILIVS lib. 1. contra Eunom. mira res quod in discursu isto concordet hic Aduocatus cum quodam Eunomio, quem pluribus libris olim confutauit, qui etiam concordat in dogmate. Dogma fuit Eunomii sic modernos audiendos, ut Antiquos DD. quod his verbis explicent. Ne velitis, dignitate quorundam commoti, mentem offuscate, vel plus, his quæ præoccuparūt deferendo, posterioribus aures obserate, cō

tra quem sicut scripsi, in recentem non piget aduocatum Anonymi, eadem verba repetere. *Quid tu narras? non dabitur plus Anti quitati nullam rationem dignitatis eorum faciemus, qui omni spirituali gratia claruerunt, quibus tu omnibus inimicam hanc IMPIETATIS viam, & hostilem nuper excogitasti? sed claudentes simul oculos exterminata cuiuslibet sãcti viri memoria, otiosam, atq; omninò vacuã deceptionibus tuis mentem nostram supponemus? Magna profectò est tua potensia, si qua multiplici artificio diabolus assecutus non est, eã tibi solo imperio aderunt; siquidem omnes tibi persuasimus, traditionem fides, qua præterito tempore omni, sub sanctissimis viris eicit, cogitationibus vestris impjẽ postponemus? Huic verò non sufficit eorũ, qua nunc audiunt mentem eludere, sed etiam postulat, ut quicumque post sua perlegant, eandem scientiam habeant. O consumaciam hominis, qui vsq; ad posteros peruenturam putauit orationem, & immortale in futurum tempus memoriam sui permanfuram. satis te Anonyme dictio Eunomiana reuincit.*

CYPRIAN, uel quicumq; sit author de singularitate Clericorum n. 70. Sed quis Anonyme Doctoratus gradum pessundat, vel diuina charifinata negat, aut alligat os boui trituranti; ut cum multiplici honore sint digni laborantes in uerbo, & doctrina, propriis, & coronis, & aureolis priuemus? *Callidi argumentatores, & iurisperiti; fallaces; qui dum cupiunt prauaricari controuersias, actionesq; causarum, etiã ipsa iura transuertunt, & cum uolunt competentibus coerceri iustioni bus legum, ad illudendos iudices inconuenientibus exemplis, uel similes coniecturas iuris odijoiunt.* Quid dicit Apostolus, intueri Anonyme. Posuit quidem Deus in Ecclesia Apostolos 2. Prophetas 3. pastores, & DD. & in Actis legimus. *Erant autem in Ecclesia DD.* In Ecclesia; ait, non Ecclesia; aliud enim certè est esse Doctorem in ECCLESIA, aliud Doctorem ECCLESIAE; ut quis sit Doctor in Ecclesia, satis est, si dono scientiã, uel sapientiã imbutus, in fidei doctrinã excultus, rude donatus, & approbatus ab Vniuersitatum Magistris, doceat sanam doctrinã tanquam potestatem habens. At ut quis habeatur Doctor Ecclesiã, requiritur supereminens scientia cum sanctitate coniuncta, cum approbatione Ecclesiã. Sicut enim ve quis Apostolus habeatur, uel Propheta, Ecclesiã requiritur authoritas, Apostolicam, uel propheticam sanctitatem huius, uel illius attestãs (unde & calculo Ecclesiã Paulus miscens dexteram societatis doctrinã cum Petro, Apostolus probatus est, & Mathias cum undecim Apostolis annumeratus) ita ut quis Doctor Ecclesiã habeatur, & in albo Doctorum, eiusdem annumeretur, calculus Ecclesiã approbantis requiritur, sed & dum quasi tres choros distinguit Apostolus, Apostolorum, Prophetarum atq; Doctorum; dic quo suffragio, Sanctorum Canonum Apostoli

descripti? Ecclesie. quo propheta? Ecclesie pro solo Anonymo extra-
 chorum saltante, Ecclesia calculum abiecit in Doctorem suffra-
 gijs, aut ipsi Anonymo tradidit, vt pro suo placito quem vellet in Ec-
 clesia, graduaret, quē verò nollet, abijceret. Sicut ergo Ecclesia Apo-
 stolorum gloriam prædicat, prophetarum vitam commendat, & ambo-
 rum exempla imitanda proponit, ita non passim omnes, sed insignes
 in Ecclesia Doctores, vt essent quoq; Ecclesie doctores, adlegit. *Super-
 biae est elata iactantia; etiam minimis Ecclesia quemquam com-
 parabilem velle conscribi,* [quid si maximis, & proceribus] cum Pau-
 lus moneat, & dicat, *Alter alterum superiorem sibi existimantes, &c.*
 Minus itaq; de nostris viribus sentiendum est, nec fortitudini Sancto-
 rum nostra infirmitas comparanda est, sicut nobis Apostolus Paulus
 de semetipso magisteriū pponit, & dicit. 2. Cor. x. [*Nō. n. audemus in-
 quit, comparare nos, aut conferre quibusdam qui se ipsos commen-
 dāt, sed ipsi in nobis cōmēdātes; nō supra mensurā gloriātes sed ad mē-
 surā gratiæ, quā nobis mēsus est Deus, etc. sed nos corā de Apostolica
 nobis cogitatione blādimur*] quid mirū si coxquari præcis DD. cōtē-
 dit ambitio, & tamē Apostolus expressē tradidit [quantum alie virtu-
 tes ab alijs virtutibus differunt, & aliam claritatem Solis, & aliam
 Lune, aliam vero stellarum, de charismatibus Ecclesiasticis simili-
 tudinem comparans, intimaerat.] Hæc præfero, non vt Doctores po-
 steriorēs explodam, sed vt illos confundam, qui se sanctis exequantur.
 Non nego ipsos PP. Priscos præcipuē esse sectando, quos Doctores,
 accepimus cuncti,] vt nec modernos scriptores, vt recedentes abijcimus,
 qui multum de Ecclesia sunt benemeriti, [sed] aduersus eos contendō,
 qui cupientes ad mala sua bonorum historias deprauare, legem Dei
 sibi existimant suffragari, sicut homines qui perire festinant, & sub ob-
 tentu Sanctorū (volentes esse de eorum consortio) de decora sua volū-
 esse celata, cum fingant noua placita; & sub imitatione maiorū qui
 interdum falsa fidei compage decertarunt contraria quaq; committūt
 etiam à comuni patrū recedendo, vt concedit Anonimus. hos *Apost.*
Paulus prodit, et publicat dicens: Nam, & huiusmodi Pseudoapo-
stoli sunt operari subdoli, transfigurātes se in Apostolos Christi. simili-
ter dnm patres proscindunt, & cum illis se æquare contendunt, nec
Doctores Ecclesie, nec in Ecclesia dicendi sunt, sed Pseudodoctores,
transfigurantes se in Doctores Ecclesie Christi, vt prætendit, & fecit
Anonymus.

PATRES quinte **SYNODI.** Recte quidē, & per omnia obiectioni
 Anonymi satisfactum est, dum aliud sit esse Doctorem Ecclesie, aliud
 Doctorem in Ecclesia, & non nisi autoritate Ecclesie quempiam di-
 ei posse Ecclesie Doctorem, vnde in collatione 3. eiusdem Concilij
 vtrumq; docuimus, cum vnanimiter dictum est à Concil. (cuius mem-
 dit

nit S. Th. in disp. 4. 10. de proces. 2. 4. ad 13.) *Sequitur per omnia san-
ctos patres, & Doctores ECCLESIE, Athanasium Hilarium, Augu-
stinum, Theophilum, Io. Constantinopol. Cyril. Proclum, & suscipimus
omnia quae de recta fide, & condemnatione hereticorum exposuerunt.*
Vbi etiam cum doctrina vitę sanctitatem coniunximus, & diademate
sanctitatis eodem DD. decorauimus, in formam scuti sicut scriptum
est ps. V. *Domine, ut scuto bonae voluntatis tua coronasti nos, ut idē
scutum fidei quo Ecclesiam defenderunt, eodem, tamquam victores, ut
scuto coronentur: sed quis nisi princeps coronam largitur? Si hæc scu-
ta largiri vult Anonymus propria autoritate, & Doctoratus Eccle-
siae titulum quibus placuerit largiri, timeat exemplo Ozz diuinum
iudicium, quod temeraria manu in Dei arcam, idest Ecclesiam manū
extendat, vel Acham interitum, quia auectam regulam ausus est suffu-
rari. nam dato quod mereantur his coronis ab Ecclesia cohonestari;
quousq; non cohonestentur, non debet quisquē priuatus Ecclesię iu-
diciū præuenire quę sicut non omnes pię defunctos in album SS.
refert. ne in infinitū crescat multitudo canonizandorum, ac proinde
canonizatio uilescat; ita ne crescat multitudo Doctorū quę infi-
nities infinita ab ambiosis prætenderetur, non nisi sanctitate, & do-
ctrina insignes, Doctorum catalogo adscribit.*

PAPA Bonifacius viij. In extranag. gloriosus Deus in 6. de reliq.
& ven. ss. debebant hi nouitatum amatores legere, uel lecta potius
venerari, & non plus sapere quam oportet, sed ad sobrietatem, secun-
dum mensuram fidei, & Apostolicas sanctiones. In nostra extranagantia,
*Gloriosus Deus de reliquijs, & ueneratione sanctorum, non quousq;
Doctorum albo inferi uoluimus, & sollempniter de eisdem celebrari
diuina officia, sed egregios eiusdem Ecclesię Doctores beatos, Grego-
rium, qui meritis inclitus, sedis Apostolicę curam gessit, Augustinum,
& Ambrosium uenerandos Antistites, ac Hieronymum Sacerdosq;
præditū titulo, eximios confessores sumis attollere uocibus, laudibus
personare præcipuis, & specialibus disponit honoribus uenerari. Ho-
rum quippe DD pertucida, & salutaria documenta prædictam illu-
strarunt Ecclesiam, decorarunt uirtutibus, & moribus informarunt,
per ipsos præterea quasi luminosas, ardentesq; lucernas super cande-
labrum in domo Domini postas, errorum tenebris profugatis, totius
corpus Ecclesię tamquam sydus irradiat matutinum. Eorum etiam
fecunda facūdia caelestis irrigui gratia influente, scripturārū, enigma-
ta referat, soluit nodos, obscura dilucidat, dubia declarat: profundis
quoq; ac desoris illorum sermonibus, ampla ipsius Ecclesię fabrica
uelut gemmis uernantibus rutibat, & uerborum elegantia singulari
gloriosus sublimata coruscet. Ideoq; incumpecta prudentia, dicta se-
dis (qua actibus intenta salubribus, & operibus exposita pietatis, li-
beret*

benter, & solo, ter exequitur quæ sunt Dei) præmissis sollicitè, dignèq; considerans, & debita meditatione perlustrans, ad diuini nominis honorem, & gloriam, exaltationem catholice fidei, salutemq; fidelium merito cõsult, ritèq; promittit. Apostolor, Euangelistar, & Confessorum eorũ in vniuersali Ecclesia, honorificentiam potioris impendij attollendor, ut ab ea tanto propensius honorari se sentiant, quanto ipsam cateris excellentius illustrarunt. nostro ergo calculo non quiuus doctorculus in albo Doctorũ est, sed venerabiles illi viri; q; eximia doctrina & sanctitate præditi, ingenti in Ecclesia fama, & gloria claruerunt. Non ergo nisi temerarius error est dicere errorem esse, solos eos censendos Doctores Ecclesiæ, qui in albo Doctorum reconstituti, sunt, hæc enim via ad mortem ducit, & interitum si quis audeat sanctæ Sedis instituta conuellere, & sanctiones canonicas ausu temerario, & nouella præsumptione violare.

PIVS V. per eandem lineas et uestigia incedentes sanctitatis, & doctrinæ eximie, Angelicum Doctorem in albo Doctorum reponimus dicendo. *Ex quo sanctorum laudabili numero qui Catholice veritatis corde, opere, & ore roborauerunt, Angelici Doctoris S. Thomæ de Aquino ordinis PP. Predicatorum in cælum assumptio multis ante omni Orbi terrarum, & diuinis, & proprijs comprobata testimonijs, nam & miraculorũ, signis, quibus serui sui Thomæ perpetuè verè pietatis opèra nobilitare voluit inexhausta dei benignitas, & certissima Christiana regula doctrinæ, qua S. Doct. Apostolica Ecclesiam in finitum confutatis hæresibus collustrauit, adductus felic. rec. Ioan. 22. prædecesor noster in SS. numero relato, eius diem festum, &c. sed quoniam omnipotentis Dei prouidentia factum est vt Angelici Doct. vi & veritate doctrinæ, ex eo tempore, quo celestibus ciuibus adscriptus fuit, multæ quæ deinceps exortæ sunt hæreses, conuictæ, & confusæ dissiparentur &c. eiusdem memoriæ, cuius meritis orbis terrarum à pestiferis quotidie erroribus liberatur, maiori etiam quam ante grati, & pij animi affectu colendam statuimus. Itaq; officium celebrandũ indiximus quemadmodum SS. quatuor Ecclesiæ Doctorum &c.*

SIXTVS V. Inter illos beatissimos S. Choros, quorum memoria à cunctis fidelibus religioso cultu merito celebratur, insigni splendore elucet DD. ordo &c. quem ordinem Saluator noster, *insigni illo elogio ornauit, qui fecerit, & docuerit, hic magnus vocabitur in magna caelorum, vnde ob eandem prærogatiuas exẽplo Pij inter Sanctos DD. Ecclesiæ S. Bonauenturam annumerauimus. Falsa ergo doctrina dissimulatur quæ duas has conditiones non cognoscens contra tam clara dicta Pontificum passim quoscunq; vel etiam mediocres in albo DD. vult ricè feri. Merito ait Leo PP. Superfluo extra Eccl. positis refibimus, si in eis qui ab insus sũt in eis quos decipit, vulneramur abijcienda*

da prorsus pessifera hac à Sacerdotali vigore patientia est, qua sibi met, peccatis aliorum parcendo, non parcat.

Hæc debet P. Gaspar animaduertere in parte . . . Certè non ausus esset Patrem Suarez (bonum quidem Doctorem) adeò efferre, vt dicere non dubitaret, eum defunctum aureola doctorum vtramq; Ecclesiam in Doctorum contubernium recepisse. Cum nec militans adscripserit illum Doctorum catalogo, & de triumphanti nihil ad nos de hac adscriptione peruenerit.

Examen II.

Contra secundam propositionem.

GREG. MAGN. expof. 6. lib. 1. Reg. c. 15. *Quasi triumphalia signa erigunt (superbi) quando cum quadam ostentatione ea proferunt, quibus se alijs excellere arbitrantur, & certè tam arrogantibus, quam lubricis DD. conuenit, illi quidem magna dicunt se in sublimè estimationis erigunt, & quales se intus aspiciunt, per iactantiam, & ostentationem foris inuotesunt. Cumq; & illud quod per se alijs proficiunt, ad fauorem propriae laudis trahunt, quòd aliud videntur agere nisi altum victoriae signum demonstrare? nonnulli verò, & cum turpiter viuunt, & honestissimè loquuntur, considerant verborum honestatem, non tamen reputant propriae uitae turpitudinem. Cum ergò non rebus operum, sed splendore verborum apparere gestiunt; nimirum triumphalem arcum sibi fabricant, in quo se quasi victores exultant in Carmelo, qui interpretatur mollis, hinc tenet (Saul imitantes) etiam signum victoriae erigunt: quia rudibus, et debilibus se ostendunt, ne à peritis, et fortibus, quales in veritate sunt, inueniantur. Hi . . . non in verbis, sed in operibus fulgorè victoriae quarunt, quia arbores non in decore foliorum iudicant, sed in sapore pomorum probant, vnde & Dominus docens ait, à fructibus eorum cognoscetis eos: quia ergò laudari inaniter appetunt, quia probatissimorum iudicia fugiunt, & rudibus, ac debilibus, aliud quam sunt, se esse nuntiant, Saul in Carmelum venisse, & fornicem sibi triumphalem erexisse dicitur. Sicut ergò cum Saul inter Prophetas aggregati gestiunt nouelli DD. sic cum eodem fornicem triumphalem erigunt in folijs, non in fructibus se ostentant, uerborum non morum honestatem curantes: quid mirum, si cernas, quod Doctoratum Ecclesiae seditionis, excommunicatis distribuatur ambiciosus. Anonymus.*

Aduocatus. Sermo sapientiae, & scientiae ad gratias gratis datas actioe; has autem peccata mortalia secum compati nullus diffidetur. quid

et

ergo obstat, ut malis moribus informati, dicantur DD. Ecclesiaz?
 CHRYSOST. in uariis Hom. 8. verum id est, sed in Doctore mole-
 sta est causa docere, nec facere, præcipere non obferuare &c. etenim
 qui facit, quod docet, & qui quod imperat complet, maximus in cele-
 stibus sententia Domini declaratur. Vnde in c. 5. Matt. post recentitas
 beatitudines, idem Christus Dominus volens ostendere, quod ad Apo-
 stolos, & Apostolicos præcipue loquebatur, subdit. Vos estis Sal terræ.
*Quia Doctur omnibus virtutibus debet esse ornatur. Vnde bona con-
 uersatio Sacerdotis sine verbo, tenet quidem Sanctos in sanctitate per-
 suum exemplum, adducere autem ignorantem ad scientiam veritatis
 non potest. Item, verbum quidem ignorantem adducere ad scientiam
 veritatis, & sine conuersatione bona potest, tenere autem in fide, vel
 sanctitate absq; bona conuersatione non potest, magis autem, & scan-
 dalizos, &c.* Vnde per illos quidem DD. qui docet, & non faciunt, bla-
 sphematur Deus, nam disciplina Domini ex moribus familie demo-
 stratur.

GREG. NAZ. oratione in plagam grandinis. Ita est. *Hanc ego sa-
 pientiam laudo, ad quam viles, & cõtemplati homines ceteris prælati
 sunt, cum qua Piscatores vniuersum Orbem Euangelij retibus cin-
 xerunt, ac perfecto illo, atq; contracto verbo fluxam illam, eua: idam-
 que sapientiam profigarunt. Nec .n. qui sermorum sibi comparauit
 sapientiam, hic protinus apud me est sapiens, nec qui volubilem qui-
 dem, ac vesatilem linguam habet, ceterum impostum animum; illis
 utiq; sepulchris non absimilis, qua quamuis externa pulchritudines
 & elegantia niteant, interne tamen cadaueribus scatent, multumque
 fetorem tegunt: verum is de manu mihi sapiens videtur, qui pauca
 quidem de virtute verba facit, ceterum actionibus ipsi permulta
 demonstrat, vitæq; integritatem, orationi fidem, auctoritatemq; concil-
 iat. Præstantior meo quidem iudicio existimanda est pulchri-
 tudo ea, qua oculis cernitur, quam qua sermonis pennicillo pingitur,
 & sapientia, qua operibus indicatur, quam qua verbis splendescit; in-
 tellectus .n. (inquit ille) bonus facientibus eam, non item predican-
 tibus: Huius poro sapientiæ certissimus explorator est tempus, & ve-
 ra gloria corona senectus; nam si iuxta Salomonis, meamq; sententiã,
 nemo ante mortem beatus habendus est, incertumq; est quid postera
 dies paritura sit, &c. quid tandem causa afferri potest? quis is longũ
 vita curriculum sine reprehensione confecit, & iam communis huius
 vita nauis velut in portu est iniore, ac proinde beatioris sit statu, quã
 is cui longa superest navigatio? Efficat senectus, vt homini tuto gloriari
 liceat. [Vt .n. in palzstra is demum in tuto vesatur, qui coronam est
 consecutus; sic senex securè gloriari potest, vt cui nulla immuta-
 tio timenda sit; contra inueni dicitur Ecc. 8. ne gloriaris in crastinum,
 in-*

incertum est est enim quid craftinus dies illaturus sit. Quae ergo fronte possunt aggregari ii, quorum uita uicis obnoxia? Christianam familiam docendo, & non faciendo infamarent; similes sepulchris dealbatis, animū impuris affectionibus deturpantes potius quā excolentes ad meliorem uitae frugem, quibus nec tempus, nec cani de ea quoque quam iactant sapientia, testimonium perhibent.

CLEMENS ALEX. I. Strom. perbellē affectantibus principatum cathedrae, ueluti pueris indisciplinatis, & uerē sapientiae expertibus illud quadrat, quod Sacerdos quidam Aegyptius apud Platonem, Græculos inconcinnis moribus præditos, & uera, eaq; antiqua sapientia, uacuos taxās, porauit. *O Solon Solon. Vos Græci, sepe estis pueri, nullam penitus in animis per ueterem audicionem, antiquā habentes opinionem; ex Græcis autem nullus est senex. Senes uel arbitror dicens; qui antiquiora, hoc est nostra nouerant, & rursus iuuenes, qui recentiora, & quæ exercebantur à Græcis, quæ heri, & nuper facta fuerunt, ut uetera, & antiqua referebant, &c. Qui sunt ergo uiri uera bona mente præditi, & cordati, absq; ullo artificio accedunt ad totum signum interpretationis. de Græcis autem dicit, eorum opinionum parum quid differre à fabulis, &c. arguens fabulosam recentium tractationem, ut quæ puerorum instar nihil habeat antiquum, utrumque communiter, & fabulas eorum, & orationes esse pueriles ostendens, circumductili animo semper vagantes, & ad certam notitiam ex uarietate, & confusione opinionum nunquam pertinentes: diuinè ergo illa potestas, quæ Hermē loquitur in reuelatione. *Visiones ergo inquit, & reuelationes propter eos, qui sunt duplici corde, qui disputant in cordibus suis, sint ea, nec me in immorigeros ergo pueros, qui inflati nouis calceis (ut dixit ille) ob uanam gloriam uapulare solent (eisdemque fabulis assuetos, in quibus alligata est stultitia, & pædagogia opus habent ad bonos habitus firmandos, malos uirga disciplinæ excutiendos) cum canis, & sapientibus non asiles fabulas docentibus, sed mysteria Regni Dei tradentibus, & enucleantibus, copulabimus?**

ADVOCAT. Etiam impios DD. Dominus audiendos uoluit si uera dicant, ipsomet dicentes[quæcunq; dixerint uobis, seruate, & facite]

GREG. NAZ. Sunt quidem impii aliqui in numero DD. non numero. & merito, hoc est DD. in Ecclesia, non Ecclesiarum, non peculiarem sibi uendicant chorū, ubi illi qui in DD. albo Ecclesie calculo recensiti, collocantur. Omnia ordinatè sunt in Ecclesia, quem si perturbas. *Lam us omne hinc exules, omnia in unum coeant, Christus, & homo, Sol, & Stella, lux & tenebra. Angelus bonus, & iam lucis expers Lucifer. Nihilo inferiore conditione sit Indus, Christus necis Auditor, quam Petrus; nec scelestus, atq; impia Samaria, quam Hieus salum: eodem precio sit aurum, quo argentum, ac ferrum: eodem*

Speciales contradic. Anonymi refutantur.

margaritum, quo flexi: eodem fontes, quo torrentes. & ne longior sint omnia inter se permisceantur, & confundantur, ut quondam rerum status erat, cum primigenia materia mundum adhuc parturiret, nec vlla rebus distinctio adhibita esset, &c. Quod si animos vestros (ò Nouitioli) hac oratio permouerit, consilioq; nostro parendum esse statueritis, maxima usiq; utilitas consequetur. Sin autem inueniuntur, vel potius gracculorum stultè, temerèq; erocitantis impudentis, veluti perniciofa quadam nube circumfusa, sermonem meum, canisique contexerit; immortalis Dei manum, atrumq; illum diem, qui leuem omnem materiam igni depasturus est testor, nec me sedis, nec operis, nec consilij, nec nauigationis, nec postremò itineris ullius societate cum illis iudicium. qua via illi ceperunt, pergant, sanè si uolunt.

BAFILIVS epist. 76. piè satis diem iudicij compellasti Gregori uenerande. Qui .n. nouam hanc intentæ nobis calumniz fabulam (à SS. DD. albo expungendo, alios eosq; impios, & sceleratos sustituyendo) cõposuerunt) uidentur prorsus nullam habere Domino fidem: qui ratione nos in die iudicij de uerbo otioso reddituros pronunciauit & ep. 78. sed licet infirmâ circumferamus carnè, in donec spirare uatur, nostri est officij, ut nihil omittamus eorum, que ad Ecclesiarum Christi edificacionem pertinent. miserimum certè est, & sanè, quod & ea parti, que uideatur esse sana, in se ipsa diuisa est, & sanè parti ulcera .i. homines seditiosos aggregare uelint. apprehenderunt nos, ut apparet, consimilia mala his, qua aliquando tempore obsidionis Hiespanicæ Hierosolymam occuparunt. Hierosolymitani enim simul, & externo bello premebantur, & interna consortium seditione assumebantur. Ad hunc modum & nobis prater apertam hæreticorum bellum (negantium locum ductum ab autoritate SS.) etiam ab is, qui eiusdem nobiscum uidentur esse sapientia, excitatum est, nedum multiplicando patres dũ filij patres uocari uelint, & dum multiplicare parentes uolunt, eò deueniant, ut nulli sint parentes, dum filij parentibus æquantur. Sed & SS. Patribus, mundi facies, & alimenta gehennæ aggregando, quod est Patrum gloriam offuscare. Interea uident nos infideles, nutant, qui modice sunt fidei, fides ipsa in ambiguum uocatur, ignorantia offunditur mentibus, propterea quod forinam, ac speciem ueritatis prætexunt, qui sermonem uersute adulterant. quare debemus Patrum fidè defendere, quam & nos accepimus, & ex Apostolicis Characteribus firmatam agnoscimus.

AMBROSIVS ep. 32. Tu Domine Iesu uño momento mundum redemisti. Auxentius (& quicumque Patrum est supplantator) uño momento tot populos, quod in ipso est, trucidabit, alios gladio, alios sacerilegio: meam Basilicam (uñuersum Patrum chorum) petis cruento ore, sanguinolentis manibus, cui bene respondeat, quod dictum est: quare

in enarras iustitias meas? id est, non conuenit paci, & furori, non conuenit Christo, & Belial. Meministis etiam Nabutha sabbatum uirum, possessorem vineæ suæ interpellatum petitione Regia, ut uineam suam daret, ubi Rex successit uisibus, olus uile serere; eumque respondisse: Absit ut ego Patrum meorum tradam hereditatem. Regem constat esse, quod sibi esset alienam ius relations iusta negatum, sed muliebri consilio deceptum. Nabuthæ uites suas, uel proprio cruce defendit. Si ille uineam non tradidit suam, nos trademus Ecclesiam Christi. Quid igitur à me responsum est contumaciter? Dixi. n. conuentus. Absit à me ut tradam Christi hereditatem, sed ei hæc addidi (ut nunc facio) absit ut tradam hereditatem Patrum, hoc est Dionysii, qui in causa fidei defunctus est: hereditatem Eustorgij Confessoris, hereditatem Myroclis, atque omnium retrofidelium Episcoporum. quis uineam electam tot firmis munitam præsiidiis, Patrum uoz. munitis permutat in hortos olerum, & uinam olerum, sed quod peius est in hortos Adonidis Veneri sacros. i. impudicitiae, & petulantiae, ubi flores nascuntur, non fructus maturescunt, hoc est, ubi uerborum potius flosculi, amenitate luxuriant, quam rerum apparatus proponitur, & illud occidunt effeminati, & molles; coronemus nos rosis, nullum sit pratium, quod non pertranseat luxuria nostra, uel ut alij uertunt petulantia, uel strenuitas, agerochia, hoc est amor uehemens decoris, & gloriæ.

Sed sint olera uirentia, quæ isti noui Agricolaë feminant; ad maturitatem non peruenient, uel diuturnitatem non aspicient nouella dogmata, quemadmodum. n. olera herbarum cito decident, eruntque potius fœcum fœnum tectorum, quod priusquam euellatur, exaruit. Quis ergo non demiretur tantam Anonymi procacitatem, qui dum botris uinæ sponsi, flores, & olera æquiparat, botris in quibus Domini benedictio est, fidem admittit, quibus tamen Ecclesiæ calix repletur, & fideles illorum diuino liquore inebriantur. Præclare etiam Plato in Phædro [Num. Agricola, qui sapiat femina, quæ curæ habere, quæque cuperet aliquando fructum afferre, ætatis tempore summo studio in Adonidis hortos mittet? gaudetque spectare eos intra dies octo iam pulchros effectos? An ea quidem per lusum festi facies, si quando tamen fecerit? Admirabitur Orbis Nouitiolâ frugem subito ortam. Sed si flores, dixit ille.

Vna dies aperit, conficit una dies.

Data sunt etiam olera hominibus in cibum, & quis inficiatur? sed aliud est esse fœnum, uel olus, aliud Ambrosiam dixit Cicero 2. de Oratore: hoc est, alii cibi sunt, qui pecudibus, alii qui hominibus congruunt, fœno. n. uisitant boues, Ambrosia Heroes, uade apud Homœrum cibus Deorum uocatur.

¶ *Speciales contradicte. Ananym refutantur.*

AVGVSTINVS in Psal. 53. Qui ista efferunt, proditores Patrum sunt, Proditores hæreditatis paternæ. Proditores David Ziphros legimus, Ziphæi florentes interpretantur. *Qui sunt isti florentes Ziphæi, nisi corpus illud Dorg Idumæi, de quo dictum est: ecce homo, qui non posuit Deum adiutorem suum, sed speravit in multitudine divitiarum suarum, & pravaluit in vanitate sua? isti sunt florentes, filij seculi, quos modo ex Evangelio audistis, quia in sua generatione astutiores sunt filij lucis, &c. isti sunt potentes; novo .n. modo, fratres mei, vultis perdere genus Sanctorum, & ab huius seculi abstinendum, &c. & cum concordet sunt isti Ziphæi, noli tu multum credere concordia eorum, de quibus etiam dicitur, non pasuerunt Deum, ante conspectum suum, ante quorum conspectum non est nisi seculum, quomodo fit nismus super nummum, quomodo augeantur greges, quomodo impleantur Apotechæ, &c. puto quia florent mundo, puto quia exoriuntur sicut fenum. Florent felicitate seculi, pereunt in virtute Dei, &c. & illorum quidem flor fuit temporalis, & crescente fano decidit: flor autem eius qui erit? plantati in domo Domini, in atrijs domus Dei florebutis tales sunt Ecclesiæ PP. & proceres, remanet enim NOBIS flos, nempe doctrina solida, sed qui non cadat, sicut folium plantati illius ligni, de quo dictum est, & folium eius non defluet.*

ADVOCAT. Venerande Pater, dum florentes impugnas, & in floscu los inuheris, satis compto, & florido sermone vteris, quæ potius aures mulcet, quàm quæd rebus, & doctrinis mentem erudiat; si excluditis olera, & flores ne sint in vinea hæreditatis paternæ, cur paliuros, & spinas inter Patres Ecclesiæ annumerantur? non ne Theophilus Episcopus simultatis, & seditionis conuincitur, dum in Chrysostrum conspirauit, eidemque communicare renuit, ab Episcopali Sedesiniu- sco Concilio indicto Eudoxiz auxilio eiciens eundem, & è sacris dyptichis tam sancti viri nomen eradens? ob quæ facinora, ab Innocentio I. Papa sacris interdictus, vsque ad obitum pertinaci voluntate permanfit, auersus auersione contentiosus; & tamen inter Patres, & DD. Ecclesiæ recensetur.

S. VIN. LERIN. ut non est nouum impiis, ueteris uiri, uel Scrip- toris opera, uel scripta paulò inuolutius edita, suo proposito adaptare; ita nec mirum si facta quoque interserunt ne soli, neque primi sentire videantur. *Horum ego nequitiæ duplici odio dignam indico, vel per hærescor venenum propinare, vel saltem nouam doctrinam (aliis non pertimescunt) vel etiam quod Sancti cuiusq; uiri memoriam, tamquàm sopitos iam cineres profana manu ventolant, & qua silentio sepeliri oportebat, re diuina opisione diffamant, sequentes omninò vestigia authoris sui Cham, qui nuditatem venerandi Nod non modo operi- ri neglexit, verum quoq; tridendam cæteris enuncians. unde tantâ*

la-

lese pietatis meruit offensam, ut etiam postero ipsius, peccati sui maledictis obligaretur.

S. GREGOR. Papa r. p. curæ Pastoralis c. x. sæpè contingit, ut in correctione, Magistri lingua vsq; ad excessus verba pertrahatur. Vnde necesse est, ut exasperatus rector cum subditorum, vel equalium mentem, plusquam debuit percussisse considerat, apud se semper per penitentiam recurrat, ut per lamenta veniam in conspectu iudicis veritatis obtineat, ex eo etiam quod per zeli eius studium peccat. Vnde Deuter. 23. incaute percussioni per excessionem securis de manubrio euntis ad ligna cedenda, vna è Ciuitatibus refugii assignatur. *ad syluam quippe cum amico ius, quoties ad intuenta subditorum, vel equalium delicta conuertimur: & simpliciter ligna succidimus, cum delinquentium vitia pia intentione ressecamus. Sed securis manum fugit, cum sese increpatio plusquam par est, in asperitatem pertrahit. Ferrumq; de manubrio profilit, cum de correctione sermo durior excedit, & amicum percussit, & occidit, quia adiutorem secum proleta conuulsiua à spiritu dilectionis interficit.* Exardebat zelo Theophilus in Origenistas, & eiusdem opera, Synodica autoritate, quam Papa Anastasius laudauit, atque probauit ex Ægypto proscripsit. Ad Ioannem Chrysostomum multi Monachi Origeniste confugere, Orthodoxiam simulantem, vnde ad Laicam communionem admitti. Stomachatus Theophilus, publicam Ecclesie causam, priuatam faciens, Constantinopolim pergit, Eudoxie quæ Ioanni insidias parabat, iungit dexteram, eiusq; hortatu in suburbia, synodus triginta sex Episcoporum congregatur, & è throno pastorali Ioannes Chrysostomus exturbatur: sic firmissima illa columna comparatis aduersariorum machinis, solo prostrata visa est. Sed tam Chrysostomus, quam Theophilus ad Innocentium Papam nuncios cum litteris destinarunt: ille de iniusta eiectione ad Sedem Romanam appellando, hic timens sibi, Pontificem Rom. de receptis Origenistis informando; sed innocentia Chrysostomi comperta, ut & Theophili, & synodi temeritate, iniuste Chrysostomus pronunciat exauthoratus, Theophilus ab Altaris, & cæterorum Sacramentorum communione segregatus decernitur, maxime quod sub istis angustiis, diem extremum Chrysost. claudente, è sacris dyptychis nomen tam insignis Episcopi, Theophilo authore, deletum erat, & aliquo temporis spatio ab Ecclesia extorris Theophilus. *Sed is, qui incaute ligna percussit, & proximum extinguit, ad tres necesse est vrbes fugiat, ut in una earum defensus viuat: quia si ad penitentis lamenta conuersus in unitate Sacramenti sub spe, fide, & charitate absconditur, reus perpetrati homicidii non tenetur, cumq; extincti proximus cum inuenierit, non occidit, quia cum districtus iudex aduenerit, qui sese nobis per naturæ nostræ consortium adiunxit, ab eo procul ambiculpæ rea-*

486 *Speciales contradic. Anonymi refutantur.*

tum non expetit, quam sub eius venia fides, spes, charitas abscondit.

IOANNES DAMASC. oratione 3. de imag. [ex temporis descriptione Iudori Diaconi, Theophilus Sanctum Ioannem Chrysostrum contumelia affecti, quod Origenitas reciperet.

CHRYSOST. de pgn. Hom. 4. tom. 5. adhuc. *Non tempus affirmatur, sed penitentis modus peccatum extinguit, &c. Certè Deus ad salutem velox (non sicut in ædificiis) sed è conuerso fit in Deo, cū struit, velociter struit; cum destruit, tardè destruit: illud quidem potentia, bonitatis istud. Potentia excellenti velox, multa de bonitate tardus, (de conuers. S. Pauli) & in Paulo dum uigeret furor, ipsum capie, ut ostenderet potentiam suam, vincens, & superans persecutorem suum in media infania. Enimverò medicam tunc maxime admiramur, quando febrim, cum infestior est, & flammam morbi, cum vehementior est, extinguere, & penitus abolere potest. Fuit ergo prius contumeliosus, versipellis Theophilus, sed repente iustificatus, etiam peruenit ad sanctitatis fastigium. Præterita quoque merita mortificata, maxime ex hereticorum infectione, & Ecclesiæ defensione, ingenti cumulo comparata, reuixerunt post ardentem penitentiam, & non est oblitus Deus operis, quod impendit in sanctos, vnde maior fortasse extitit vita ardentior amore post culpam, quam securitate torpens priuina eiusdem innocentia.*

AMBROSIVS in Apol. David. *Quod peccaris (Theophilus) ut David, conditionis est, quod supplicauit, correctionis. Lapsus communis, sed spiritualis confessio. Culpam itaq; incidisse, naturæ est; delesse, virtutis. Quis gloriatur? inquit scriptura, castum se habere cor; Nec unius dies infans mandus esse scriptura testimonio declaratur.*

CHRYSOST. Hom. 38. 1. Cor. 15. *Non hæc crimina faciunt Theophil. suspectum in doctrina, vel è folio DD. exturbant, aliàs Paulus Apost. subducendus esset ab Apost. throno, cum non Chrysostrum sit persecutus, sed Ecclesiam Dei: cumque reuera Apostolus esset, & si minimum se appellaret, & Apostolicis titulis indignum, nunquam tamen negauit se esse Apost. Sed causam addens, quod Ecclesiam Dei persecutus sum, inquit, quamq; transacta erant ista omnia, sed neutiquam fuerat eorum oblitus, gratiæ magnitudinem prædicare volens. Vnde Tim. 1. c. 1. Nec erubescit se vocare peccatorem, sed inde potius gloriatur, quod cum peccator esset, tanta meruit circa se diuina bonitatis indicia; ita n. vel maxime Dei summam providentiam commendare potest, &c. ut nemo iam peccator quibuslibet sceleribus pressus de se desperet; imò eandem se consecuturum veniam hoc exemplo præsumat.*

ADVOCATVS. Nonne Iudas quoque Apostolico Collegio adnum-

me-

meratus? quid ergò repugnat choro DD. adnumerari versipelles?

• **CHRYSOLOGVS.** Commixtus quidem, & annumeratus fuit quondam Iudas cum vndecim Apostolis, quis negat? do maius, *ambitio cæca sèp ser. 15.2. eisdèq; Apost. quos nulla potuit submouere luxuria, nulla subuertere auaritia, sola ambitio fecit criminosos.* Verum ex quo Christus Dominus ascendit in altum, & data sunt dona hominibus, illustrior est factus Apostolorum Senatus, nec iam amplius Iudas cum vndecim, sed Matthias, sit annumeratus cum vndecim: ita similiter nec cum DD. Ecclesiæ in Script. quempiam adnumeratum legimus, ut tam Apostolici ordinis, quàm doctoratus puritas ostenderetur, quæ ascendenti in altum charismata, pariter effert, & describit. *Apost.*

GREG. PP. in Ezech. Ho. 21. In eisdem donis, quæ recenset Apostolus, *Eph. 4. S. Ecclesia ad eruditionem fidelium Populorum, quatuor recentium ordines accepit, quos Paulus, ex dono Omnipotentis Dei enumerat dicens. Ipse dedit quosdam quidem Apostolos, quosdã autem Prophetas, alios verò Euangelistas, alios autem Pastores, & DD. Pastores verò, & DD. unum regentium ordinem nominat, quia gregem Dei ipse veraciter pascit, qui docet, &c. In exordys suis sancta Ecclesia Apostolos, & Prophetas habuit. Prophetas autem dicimus non eos, qui in veteri populo fuerant, sed eos qui post Apostolos sunt exorti. Pastori quoq; tempore, quod nunc est, habet Euangelistas, & DD. & priori quidem tempore fuerunt, sed et nunc vsq; Domino largiente permanent, quia adhuc quotidie, & infideles Populos ad fidem trahit, & fideles quosq; in bonos mores, per DD. erudiri cognoscimus, nedum in cordibus Apostolorum, atq; Propbetarum, sed in mente Euangelistarum, atq; DD. ignis spiritus arsit, & ardet, &c. ydemq; Sancti Patres, atq; DD. qui se longanimiter ad secreta spei intimæ extendunt, per hoc quod in virtutibus viuunt, quantum ad humanam quidem mensuram pertinet, valdè perfecti sunt. Quis ergò est iste verus, ut S.S. Doctoribus Ecclesiæ in albo DD. per eandem Ecclesiã repositis, sacrilegos, & impios audeat aggregare?*

ADVOCAT. At quid obstat pessima vita, si sit sana doctrina docentium.

GREGOR. 5. lib. Reg. c. 14. multum per omnem modum. Quod enim ore proficitur, moribus impugnant. at Ecclesia semper petit in sollemnitate Doctorum nedum eruditione illustrari, sed exemplis informari. Certè quorundam temeritas à Christi bello repellitur, cum apti, & fortes (ad præliandum) electi memorantur. Nam quidam sciunt cum diabolo pugnare (ut sunt mali DD.) & nolunt: sapientes quidem sunt, ut faciant mala, bona autem facere nesciunt. Hi antiquo hosti seruire volunt, resistere nolunt. Quid n. faciet Doctor, si illos

ap̄tor ad pr̄alium sibi societ̄ magis tales possunt alios per exempla destruere, quam ipse per verbum edificare. Nam & sæpe tales docere audent, & docendi virtutem operando non tenent. Cum loquantur nobiscum, in hostes irruunt, sed per opera subito in v̄siera nostra torquentur. Velut proditores quidem exercitus arma Christiana doct̄ring induunt, & per exempla subito pavulos Christi feriunt, quos velle protegere loquendo putabamus. Non ap̄ti ergò viri fortes repellendi, **NON SOCIANDI NOBIS** sunt, quia per sapientes reprobos, robur nostrum destruitur non augetur.

PATRV Confessus exclamavit. procul hinc profani, seditio & excommunicati, ne socientur nobis, ne nostrum robur potius destruat̄ur, quàm augetur; procul blasphemus, qui Sanctum Theophilum criminati sunt, abeant confusi, & redeant conuerti.

ADVOCAT. sed quibus Menologiis sanctus habitus sit Theophilus PP. Reuerendiss. edocete.

LEO MAGNVS. Lege Anonymæ meæ monumenta, & reperies epistolam nostram ad Marcianum Imperatorem scriptam, in qua inter cetera sic dicitur ep. ad Marcianum 70. *Sancta memoria Theophilus Alexandrina Urbis Episcopus, & alibi. & ne memoratus noua inferre, & propria videatur adstruere, venerabilium Patrum, qui eidem Ecclesie (Alexandria) præfuerunt, scripta relegantur: & quid B. Athanasius, quid Theophilus, quid Cyrillus, quid etiam Orientales Magistri de Incarnatione Domini senserunt, recognoscant & alibi v. ceterioribus quoq; à nostra aetate temporibus Athanasium, Theophilum, & proxime Cyrillum probatissimos Præsules habuit, nempe Alexandria Ecclesia. Non tibi sufficiunt hi tituli honorifici, sanctitati Theophili testimonium perhibentes?*

ADVOCAT. Communis hæc est nomenclatura, potius sanctitatem officii quam personæ demonstrans.

PATRES quintę synodi responderunt. sed quid dices ad nostra decreta? lege collationem tertiam, & sic reperies col. 3. *Sequimur per omnia Sanctos Patres, & DD. Ecclesia, Athanasium, Hilarium, Augustinū, Theophilum, &c. & in Sess. 5. in edicto Valentiniani, & Theodosii, sanctitatis etiam titulo cohonestatur cum cæteris. Sancti verò Theophilus Alexandrinus, & Gregorius Nyssenus, susceptis querimonijs aduersus Theodorum adhuc viuentem. eandem authoritatem lege in S. Th. in disputatis q. 10. de process. a. 4.*

GELASIUS PP. sufficeret illa generalis locutio Concilij Romæ ibidem præsentis, ac præsidens; nimirum cum post sanctarū scripturarum seriem, mox subiungum est c. 5. Rom. d. 15. *Iam nunc subiiciendum de Opusculis SS. Patrum, quæ in catholica Ecclesia recipiuntur. Opuscula B. Cypriani Martyris, & Chartaginensis Episcopi. Item Opus.*

Opus. D. Athanasij, Alex. Episcopi. Item Opus. B. Basilij Cappadocia Episcopi. item Opusc. B. Ioannis Constantinopolitani Episcopi. ite Opusc. Theophil. Alex. Episcopi. item Opusc. B. Cyrilli, Alex. Episcopi. item B. Hilarij Pictaviensis Episcopi. Nō repositus esset honorificē inter SS. Patres Theophilus, si tua nota resperfus fuisset Anonymo.

ADVOCAT. Cum exceptio firmet regulam, & videamus omnes prærecitatos Patres, Beati titulo insignitos, præter Theophilum; qui sit, ut quis eum inter Sanctos recensere audeat?

GELAS. an non satis illa clausula generalis, ut Theophilum includat, cum dictam est: *nunc subijciendum de Opusculis SS. PP.* inter quos cum recensetur Theophilus, non est exclusus à sanctitatis titulo, etiã si postea B. titulus non fuerit appositus. Illud quoque pro tua refutatione magui momenti est, quod post Classem Sanctorum Patrum, alij Patres recensentur tanquam in 3. Classe. unde dicitur. *Item Opuscula, atq; tractatus omnium Patrum Orthodoxorum, qui in nulla à S. R. E. consortio demerant, nec ab eius fidei prædicatione seiuncti sunt, sed communionis ipsius, gratia Dei usq; ad ultimam diem vite sua participes fuerunt, legenda decernimus.* in hac Classe reponendus erat Theophilus, si altiozem sibi locum cum SS. PP. non vindicasset.

GREG. Subdola certè, & captiosa locutio, sententias inuolens sermonibus imperitis cernitur in Anonymo, quæ tunc deprehenditur, cū verba ab aliqua elationis fatuitate proferuntur. *Sapientior, ait Salomon Prou. 26. sibi videtur piger septem viris loquentibus sententias; magna certè in eo imperitia est humiliter discere, nescire quod dicit, & veritatis sensibus elationis verba miscere.* in 36. 26. Mo. c. 7. an nō magna elatio fingere te edoceri velle, & interim Proceribus Ecclesie te velle æquare? *Immanibus (ex alia littera) certè abscondit lucem: immanes quippe sunt qui de se elatis cogitationibus extollunt, quos contra per Esaiam dicitur. Veh qui sapientes estis in oculis vestris. Quos contra etiam Paulus ait. Nolite esse prudentes apud vos metipfos, sed his immanibus lux absconditur, quia nimirum superbicibus, veritatis cognitio denegatur; tantū abest, ut pro eis sperandum sit, quod legatur illud Euangelium in communi DD. vos estis Sal Terræ. Hos plerumq; videas honoribus extolli, voluptatibus perfrui, rerum multiplicitate delatari. Hi sæpè nihil præcipiè nisi præesse cateris apposunt, à multis timeri gratulantur, rectè viuere negligenter, & recta vita famam habere concupiscunt, adulationes quarunt, fauoribus intumescunt: & quia in rebus sibi copiosè presentibus prompti sunt, ventura gaudia non requirunt. Cumq; eos multiplex actio occupat, à semetipsis alienos monstrant. & tamen si qua fidei tentatio exergat, quia in ea saltem specietenas continentur, hanc verbis, hanc laboribus defendunt, &*

*patriam Celestem vindicant, non amant, similes filijs Ruben, & Gad, qui ad pugnam se accinxerunt, sed caulas quinum fabricarunt, & filijs vrbes munitas, & licet hostes fidei superando trucidant, hereditatē terra promissionis .i. fructum fidei non amant, scq; pro illa pugnant, vt tamen sua pignora extra illam ponant, bruta animalia pascentes in campestribus, quia ad pascendum varijs desiderijs irrationabiles animi motus elaborant, quia aeterna lucis quanta fit claritas nesciunt, qui transitorijs occupationibus excecantur, & dum de terrenis rebus superbiunt, celestis sibi luminis aditum claudunt, vnde recte dicitur immanibus abscondit lucem. & hæc est arrogantium iustissima pœna, vt dum seiplos pro luminibus, & Doctoribus Ecclesie intruderent volunt: emulacionis typho, & Ecclesie luminaria extinguere cupiunt, (vt fecerunt de Theophilo & alijs) vel saltem illis æquari diuina quoque lux eis abscondatur, imò & occidat illis Sol in meridie, aberrantes à semitis antiquis, & rectis, quæ sunt in scientia Sanctorum, vt non mirum si in profundum tendant, cum & scriptum sit de superbis, & arrogantibus. *Vir qui aberrauerit à via doctrinae, in cœtu gigantum commemorabitur.* Pron. 21.*

Examen I I.

Contra tertiam Propositionem.

CHRYS. 1. Corint. Homil. II. *Multa facimus bona, non tamen recta sententia, & multos laudamus non eorum laudis gratia, sed vt alios per illos mordeamus. Et quod facimus bonum est; laudatur .n. qui recte operatur, mens autem corrupta à Satana fit sententia; siquidem non vt gratuletur fratri, sed vt alium ladas, hoc sæpè numero quispi. m. facit.* Id præ tedit eius Anonymus Aduocate, qui dum alios DD. & SS. æqualiter laudare insudat, tamen in eorundem criminationem discernit, mensuram, & normam auferendo, censuram s3. Ecclesie, per quam nedum Sancti p-bati, atq; laudati, sed et iam catalogo Doctorum repositi.

NAZIAN. oratione 3. de pace. *Hoc omnium miserrimum est. hæc criminatione non in nobis consistit, ac desigitur; verum ulterius se porrigit, ac magnum, & venerandum Religionis nostrae mysterium inuandem inuidiam trahit; tenent h3, qui nositarum rerum censuram faciunt, quod omnibus h3 propemodum contingit, qui de rebus alienis iudicare fas sibi esse putant: alij admodum aequi, & moderati sūt; illi enim peruersitatem nostram cum contra nos obloquuntur (vt fecerunt de Theophilo) ita damnant, vt doctrinam nostram ab omni re-*

prohibitionis nota vindicans. Hi verò in legem quoque ipsam quasi vi-
sij Magistram culpam referunt. Nōne in legem insurgit Anonymus,
dum Ecclesiz censuram traducit; imò & regulam de manu Ecclesie
suffuratur?

S. AVGVST. nullus nisi impius potest hanc normam rejicere,
quando nec Euāgelio crederem nisi Ecclesia catholica me commone-
ret autoritas. contra epist. fundam. Etiam perhibet præclarissimum
testimonium Ecclesiastica autoritas, in qua fidelibus notum est, quo
loco Martyres, & quo defuncta sancti montales ad Altaris Sacramē-
ta recitatur. x. de Civ. 21. Ergò quoloco DD. quo ceteri his inferiores
debeat collocari, & recenseri, ab eadē Ecclesiz autoritate accipiendū.
Quibus etiam titulis fiat quoque Sancti vocandi, ex eiusdem consue-
tudine accipiendum lib. 8. c. 23. Martyres .n. quos Civitas Dei tanto
clariores, & honoratiores ciues habet, quanto fortius adversus impie-
tatem potentium, etiam usq; ad sanguinem certant, hos multo elegā-
tius, si Ecclesiastica loquendi cōsuetudo pateretur, nostros Heroes vo-
caremus. Quare quibus titulis exornandi Doctores, non melius quam
ab Ecclesiz consuetudine, & autoritate cognoscimus, & sic loqui fas
est, ut & illa loquitur, & sicut vera Religio loquatur, qua nec fallit,
nec fallitur, non sicut iste Anonymus quasi omni vento doctrinae hinc
atque inde perflatus, & falsis vera permiscens. At quemadmodum
in Io. tract. 7. multa mansiones diuersas meritum in vita eterna si-
gnificant dignitates; alia enim gloria Solis, alia gloria Lune, alia
Stellarum propter quod secundum diuersas mansiones, diuersas clari-
tates tanquam in Cælo, sortiuntur in Regno; ita & in præsentī Regno
Cælorum, quod est Ecclesia, alios, & alios Doctores SS. sibi vendi-
cant maiores, sicut Stella à Stella differt in claritate; porro secun-
dum maiores, vel minores laudes, maior, vel minor claritas demon-
stratur. Ve verò sciamus quid sit laus, edisserat mihi coniunctissimus, &
dimidium animæ meæ, qui & omnium nostrum vox est, & interpret
Angelicus Doctor Aquinas.

S. THOMAS in Pl. 17. [Laus est dictio elucidans magnitudinem
virtutis.] Dictio ergò, qua vel plus laudatur aliquis quam par est, vel
minus eo quod est, laus non est; nam ex excessu lucis, nec videtur res,
ut est, sicut nec ex defectu eius discerni potest. Quare iux. graduatio-
nem virtutis, & nominis, graduatur quoque laus; vnde etiam de pri-
mo omnium ente scriptum est. [secundum nomen tuum Deus, ita, &
laus tua.] Laus ergò in omnibus quoque Dei seruis correspondere
debet gradationi virtutis, ut maior in virtute, maius quoque nomen
sortiatur, & laudem. Ad adulationem potius pertinet aliquem laudare
in quibus non est laudandus, 2. 2. q. 111. 2. 1. in c. vel plusquam laudari
merceatur.

AVGVSTINVS in *Pf. 63.* magis officeret laus indebita quàm tum in se est, Sanctis DD. quam inimicorum detractio: *Duo enim sunt genera persecutorum, vituperantium, & adulantium: plus persequitur lingua adulatoris, quam gladius interfectoris.* Audi pro Anonymo (eundem ep. 7.) *Non mihi placet, cum à carissimis meis talis existimor, qualis non sum, profectò non me, sed aliam sub nomine meo diligunt.* Erit ergò ne Ecclesia in persequentium numero adulatorum, dum Sanctos laudat, dum adulationes, & alia vitia virtutibus; & sanctitati contraria detestatur?

NAZIANZ. oration. 1. in Iul. Hæc assertio Anonymi Iulianicum factum imitari videtur; nam inter cætera hic gehennæ filius; *Martyrum quoque honore athenis inuidebat, ac proinde id moliebatur Iulianus, ut ipse quidem vim afferret; & interim non afferre videretur, nos cõra, & supplicia perferremus; & eo interim honore qui pro Xpi nomine patiētibus haberi solet, careremus, &c. facturū se putabat, ut artibus suis, callidisq; cõsilijs veritatē obrueret, ac nō potius quòd plura aduersus honores cõmminisceretur; hoc maiores glarioresq; redderet.* ¶ Iulianus in Martyres, hoc Anonymus in Doctores Ecclesiæ bellum gerens callidè, & veteratoriè excogitauit. Hic .n. ac si insigni honore Doctores expoliaturus esset (pleriq; .n. homines alios affectibus suis metuantur) gloriam Doctorum, nominisq; celebritatem, titulos, & encomia eorundem infirmans abstulit; satis enim infirmare deprehensus est; dum autoritate publica PP. & Ecclesiæ eosdè exhibitos Sanctis DD. destruxit, & à priuatis personis exhibita encomia consequenter repudiavit: quo factum est, vt dum nec hæc ista, aut illa recipit, nulla recipit, sic cum Martyribus Doctores quoque in gloriâ remanebunt. Si enim qui Sanctis DD. tituli exhibentur, rei laudatæ per excessum, vel defectum non correspondēt, iam res, de solo titulo remanebit. At cum non falsa adulatione laudentur, sed veri nominis gloria, & nobilissimis titulis DD. etiam quoad nos collustrentur; non est existimandum, vt eos plus velit Ecclesia existimari quàm sint; insipientia .n. erat illorum laudantium, quibus dicebat Apostolus: [Parco autem vobis, ne quis me existimet supra id, quod videt in me;] sed ita celebrantur vt sunt, aliàs infructuosa, inanis, aut certè falsa, & adulatoria esset ipsa laudatio.

AVGVST. Meritò dixit Propheta; *Pf. 140. oleum autem peccatoris non impinguet caput meum: quem locum sic memini me enucleasse. Nō crescat super caput meum de adulatione. Falsa laus adulatoris est: falsa laus adulatoris, hoc est oleum peccatoris. Propterea & homines, qui cum falsa laude aliquem irriserint, hoc etiam de illo dicunt. Vnxi illi caput. S'ed cum hoc longe sit à synceritate Ecclesiæ, vt minoris virtutis viri sublimioribus titulis celebrentur, cum vides Doctores maio-*

ribus encomijs celebrari, vt magis excellentes, magisque existimandos, scias declarari.

ADVOCAT. Hoc nullo modo potest subsistere; nam in ipsismet Ecclesie factis, plerumque sunt quidam celebriores, & tamen minoris sanctitatis ij pro quibus solemnitates indicuntur. Videmus ait Poza lib. 4. tract. 9. c. vlt. quod SS. Laurentij, & Stephani solemnia officia cum octauis celebrantur, quod tamen non fit in diebus festis Bartholomæi Simonis, & Iudæ. Inter DD. Sanctus Dionysius Argopag. semiduplici officio gaudet, cum tamen solemnia SS. Thomæ, & Bonaventuræ sub duplicis officij ritu cohonestentur. Quid? maioris meriti viri, nec in Menologijs memoria eorum recensetur. Celebris est Antipater in Apocalypsi, qui & crudelia tormenta præ multis pro Christo passus est, nec in Martyrologio recensetur. Clemens Ancyranus 28. annorum spatio tortus, martyrium consummauit, nec de illo fiunt celebritates quales pro S. Catharina, & Lucia breui compendio absumptis fieri cernimus. Sed & Chryssostomus, Iræneus, Epiphanius plura subiere pericula in hæresum profligatione, quam SS. Thomas, & Bonaventura, & tamen his in anniuersarijs honoribus minimè æquantur.

LEO MAGNVS in natali S. Vincentii. *Cunctorum dilectissimi gloriosas Martyrum passiones, quos distincta Regionibus loca meruerit, una fides faciat omnibus indifferetio honore venerabiles; propriam tamen sibi in hoc venerationis obsequio illi vendicant dignitatem, qui Ecclesiam Dei, & documentis præcæteris exexarunt, & patrocinij adiuuerunt.* Inter quos certè B. Vincentium, cuius confessione, & morte Christum incredulis prædicatum incunctanter agnoscimus, catholice studijs, celebremus qui, vt fidelium deuotionem Deo. Studiose commendaret, aliori charitatis feruens affectu, morti sese tandem fideliter obtulit, quo videlicet robur fidei in solidissima petra Christo fundatum sequacibus imitandum daretur, nec non, & semen Apostolica prædicationis per eum pluribus disseminatum ope sue intercessionis tutum, ac perfecta consummationis fruge refertum, in caelestibus demùm horrejs conderetur. Nunc ergò amplius propria veneretur, quæ etiã peregrina miratur: quatenus eis se largiorè exhibeat in beneficij, quibus se amabiliorem cognoscit in gaudio. Fiatque in eius exultatione celebrior latitæ ambitus, de quo fidei creuis afficitur. Vide Advocate quomodo præ cæteris potest aliquis Sanctus honorari. Primò ex feruenti passionis exemplo. Secundò ex disseminatione Euangelij. Tertiò ex beneficiorum elargitione. Quid ergò prohibet, vt quod de martyribus insignioribus dictum est, idipsum de excellentioribus dicatur Doctoribus? scilicet vt ex maiori fructu, vberiori, & vniuersaliori doctrina, & beneficijs, & gratijs fidelibus, Populis impensis,

vnus.

vnus prae alio, vel alijs, & vberiori exultatione recipiatur, vt vberiori exultatione celebretur.

CHRYSOLOGVS ferm. 66. Sed & in ipſis Eccleſiæ Doctōribus in encomijs peculiare quid cernitur, vnde ſibi glorioſos titulos vendicent; imò & in eo in quo ceteros excedunt, in eodẽ quoque ſeipſos adinuicem excedant. Differentiam inter ceteros Sanctos ſimplices, & Doctōres Eccleſiæ ne graueris audire: *Habet quidẽ ſimplicitas innocentia ſua gratiam, habet fidei fructum, ſcientiæ præmium habere non poteſt, palmam habere non poteſt virtutum. Aliud eſt otio, & ſecuritati ſua viuere, aliud eſt pro omnibus ferre vigilias, & labores. ſimplicitas bonum ciuem facit, non facit militem fortem, hinc eſt, quod ille cenſum ſoluit, hic ſtipēdia percipit, & honores. Ciuis aut cedit, aut ſuccumbit aduerſis: aduerſa miles ſuſtinet, & propellit: ille pugnare non didicit, hic non timere: ille cauet, hic ſemper vincit. Hec dicimus, vt qua ſit diſtantiã monſtraremꝯ inter eum, qui Chriſtianiæ fidei ſimpliciter accipit, & recipit Sacramentum, & inter eum, qui ſtudet ipſius fidei, & apprehendere ſcienter, & noſſe myſterium. Eodem modo inter Doctōres diſtantiã erit, vt qui plus apprehendunt, noſcunt myſteria fidei, notaq; & intellecta defendunt, pijs opitulando, inimicōs proſtigando; maiori honore, & celebritate digni habeantur.*

PETRVS DAMIANVS Opuſ. ix. in prol. *Sancti Patres, qui non in Eccleſia præceſſerant, licet omnium virtutum ex diuina fuerint opitulatiōe participes, nō tamen in omnibus exitiſſe creduntur æquales. Abrahā ſiquidem ceteris fide, ſimul, & obediētia præfuit. Iſaac miſericordia monogamia caſtitas decorauit, &c Ioannem ad recubitum Dominici pectoris virginitas extulit: Petrum verò præcipuus amor in Dominum ad percipiēda primi Paſtoris iura prouexit. Ita & in Doctōribus dictum eſt, vt dixit quoque Georgius in exhortatiōe ad Synodum Orient. Florent. quod omnes DD. Omnes omnia dicunt non pari doctrina, cæleſtiq; gratia, ſed eſt inter eos, vti ſanctitatis, laborumq; pro pietate ſuſceptorum; ita quoq; ſcientiæ, faciendiq; ac diuinae gratiæ, per quam hæc omnia dantur, & confirmantur, ordo quidam, & gradus, &c. Idcirco docti quidem omnes erant, ſed doctrina modo inter ſe differebant, & veritatem quidem omnes attigerunt, ſed iſte non tantum veritatis apprehendit, ſicut ille, &c. ſi enim ſanctitatis opinio, & corona quam adepti ſunt non fuit omnibus equalis (cum tamen omnes carni Deo fuerint, & germani ipſius cultores, & nullam ſibi putant fieri iniuriam, quod gradibus quibusdam differant, neq; inuidēt inferiores ſublimioribus) minus certè propter ſanctitatem pro æqua certabunt veritatis cognitione, aut moſteſtè ferēt ſi quis cognite veritatis differētiã inter illos conſtituat.*

ADVOCATVS. Cupio assignari differentiam, & gradum maioris,
vel

vel minoris cognitionis in DD. ut inæqualitas graduum dignoscatur.

AVGVSTINVS. iam iterum Thomam in istum conuentum aduocauit, tanquam omnium vocem, & interpretem, quæso ne dedignetur suum æmulum edocere.

THO. 3. d. 27. q. 1. 2. 4. 1. con. gent. c. 29. 30. Perfectio alicuius rei potest intelligi dupliciter, vno modo ex suo principio, altero modo ex sua forma, quæ si substantialis sit, inæqualitate non recipit, si accidentalis, magis, & minus respicit, ratione subiecti si absoluta sit, ut albedo, & etiã si respectiua ex maiori, & minori cõmensuratione ad id quod dicit ordinem, ut sanitas. Si respiciamus principium doctrinæ reuelatæ, tãto quis est perfectior, & illustrior, quo Christo principio doctrinæ reuelatæ appropinquat: tales fuerunt Apostoli, post quos Apostolici Ignatius, Iraneus, Polycarpus, & sequentium Patrum myriades. Si verò formam ipsam, scilicet scientiam Theologicam respiciamus (quæ dicitur scientia SS.) inæqualitas cernitur in Doctoribus ex maiori penetratione principiorum, deductione, & explicatione conclusionum, defensione, eiusdem scientiæ infusione. Hic autem est modus in quo possunt differre. Quare sicut in modo virtutum est inæqualitas in virtutibus, ut de vnoquoque; Sãctorum dici possit: [non est inuentus similis illi, qui conseruaret legem excelsum] itã de vnoquoque; DD. dici potest, non est inuentus similis illi, qui explicarit legem altissimis; & iuxta hunc excessum graduato commendatio Ecclesiæ. eiusdemque; festiuitates. nec. n. (ut Aduocato fiat factis) cum Ecclesia sollempnizat de aliquo Sancto, personam tantum veneratur, sed ordinem quoque; & gradum veneratur. v. g. cum celebrat festiuitatem Sanctorum Petri, & Pauli, Apostolicum quoque; ordinem colit, & licet non singulos æqualiter colat, omnes tamen colit, cum in ipsis Ducibus eisdem colat. Item cum præcipuos martyres colit, Vincentium, Laurentium, omnes martyres colit, sed hos præcipue præ ceteris colit, vel ex maiori fidei feruore, notioribus exemplis (nec enim semper attendit Ecclesia ad merita, spirituum .n. ponderator est Dominus) famigeratissimis beneficijs. Idem de Doctoribus Ecclesiæ dicendum, ut præ ceteris, ij magis celebrentur, quos præ ceteris notiores, famosiores, vicitiores habentur; sic sub æquali solemnitate præ ceteris Augustinum, Hieronymum, Ambrosium, Gregorium Ecclesia celebrari statuit.

CHRYSOLOGVS ser. in Steph. Protom. Satis etiam nunc, ut fecisti scribendo apparuit modestia tua, ceteros, non te ipsum laudando. sed nomen tuum laudet te [sicut enim Dominum prædiorum limitibus affixi tituli proloquuntur, itã nomina sæpe Sanctorum merita indicant, & testantur insignia] nomen tuum Th. idẽ est quod est abyssus, congeries aquarum multarum, omnes enim PP. docuisse in te vno

adu-

adunatos patet. murmuret Anonymus, tenebras expandat super faciem abyssi, Spiritus tamé Domini super aquas fertur, Th. doctrinā probando atque fouendo, vt ex hac incubatione, ornatus omnis Theologicus apparuerit.

Examen I V.

Propositionis Quarta.

CRYSOSTOMVS ad Galat. c. 2. ignorat Anonymus propriam vocem, vt Pſyttacus *ſi comprobatio contraria eſt inculſioni, & inculſio ſit*, circa id, quod recte regulæ in materia doctrinæ aduerſatur, ſequitur, vt comprobatio, vel approbatio doctrinæ ſit, quia recte regulæ congruit. Habet autem Eccleſia in corde ſuo tanquam regulam, doctrinam reuelatam tranſmiſſam, & acceptam ab Apoſtolicis, qui ipſi ab Apoſtoliſ, Apoſtoli à Chriſto, Chriſtus à Deo accepit: quare cum doctrinā Patrum confert cum corde ſuo, & per omnia illi conſonam deprehendit, probationis calculo ſignat: cum verò aliqua, vel aliquid diſſonum animaduertit, inter non recepta, vel apchrypha collocat.

GREGORIUS NAZ. de fide. [Cum aliquid eſt, quod legentibus ambiguum videatur in verbis, ad ſenſus debent verba conferri, quia non ſimplicitas verborum, ſed mali intellectus obſtinatio culpam olet.] At cum ſenſus noſter (dicendo Opuscula) DD. veriffimè habere authoritatem, quia approbantur ab Eccleſia) cum veritate concordet, & verba debent cum ratione ſynceriffima interpretari. cum verò abſque reſtrictione, ſed maxima ampliacione dicat Academicus diſputator, nec vnā ſolam propoſitionem Patrum ab Eccleſia probari, quod non cum veritate concordet, mali intellectus, & intelligentiæ materiā ſub ſubdola æquiuocatione ſubminiſtrat. Multa ſunt, quæ in Opusculis Sanctorum Patrum continentur, quæ dā ſunt, quæ dogmaticæ, quædam quæ contentioſè tractantur: quædam quæ ad pietatis doctrinam pertinent, quædam ſunt adiaphora, & impertinentia ad catholicam fidem: quædam tandem ſunt, quæ ab iſdem, vt teſtibus traditionis depromuntur: quædam quæ proprio ingenio, & placito edocentur. Cū ergò tot ſint ſenſus ſub tua propoſitione, ſi omnes comprehendiffi, magnam fidei catholice partem deſtruxiffi, dicendo nec vnā ſolam propoſitionem Patrum ab Eccleſia approbatam: ſi ſolum ad adiaphora, & ad propria placita te reſtrinxiffi, ſubdola fuit malitia (id quod nullus noſtrum negat) in ambiguum vocare, vt ſimplicitatem ſenſus in amphibologia occultando, aut aliàs quam dicta ſunt trahendo, & im-

Imperitis factum faceres, & peritos fatigares] idem epist. ad Pam. Hinc eò maiorem fidem, auctoritatemque apud te habiturus mihi videor, vt qui non rem priuatam, sed publicam utilitatem eurem.

ADVOCATVS. Sed quomodo vniuersaliter intellecta ista propositio absque talibus distinctionibus, nempe nec vnã solam propositionem DD. ab Ecclesia approbatam esse, vniuersam Christi Oeconomiam, & fidei plirophoriam euertit, edisseratis Patres?

PATRES VI. SYNODI. Audiat Aduocatus rationem, quia cū multa dogmata sint definita ex vnanimi consensu Sanctorum PP. & ad eorum normam scripturas interpretetur Ecclesia, simul, & semel tãquam probatam doctrinam antiquitus susceptit Ecclesia veterum DD. consensum, & suscipiendo, & vtendo probauit. vnde sic à nobis in ea Synodo pronuntiatum est act. 12. [Omnino necesse est non solum, secundum sensum sequi Sanctorum Patrum dogmata, sed & iisdem, vocibus vti cū illis, nihilq; penitus innouari.] & Acti. 19. [si ad scripturam pertinens controuersia aliqua excitata fuerit, ne eam aliter interpretentur Episcopi, quàm quomodo Ecclesiæ luminaria, & DD. suis scriptis exposuerunt.] audin Anonyme non vnã, vel alteram propositionem, vel interpretationem ab Ecclesia probatam, sed vniuersam doctrinam dogmaticam. audebis ne nec vnã solam propositionem approbatam pronuntiare?

ANTIOCHVS ho. 130. Si tam execrandū dogma concedes, in manifestam damnationem incurres: sequitur enim euidenter, quod si in materia dogmatica nulla propositio, nec vna sola probata est, quòd impune possit illi contradici. *At si nos sue catholica Ecclesia credimus, quemadmodum, & magna illa Ecclesia luminaria, & Doctores veritatis, Athanasius, & Basilius, Gregorius, Ioannes, Cyrillus magna Alexandrinorum Ciuitatis Episcopus; quare illos, qui præter horum dogmata senserunt, auersamus, repudiamus, & execramur.*

ADVOCATVS. detur hoc pluribus propositionibus Patrum iam per Ecclesiam definitis, & in libris eorum contentis; quid de nondum definitis dicendum? an istæ quoque propositiones in vniuersum probantur, cum Patrum Opuscula ab Ecclesia approbantur?

PATRES Concilij Ephesini. Sicut definitis semel piaculum est illis refragari; ita antequam definiantur, proximæ fidei reputantur, vt hæresi proximum sit illis contraire; nam tanta est sententiarum dogmaticarum, quæ in libris Patrum continentur auctoritas, vt rationabiliter Patres Conciliorum, veterum Doctorum auctoritate moti ad definiendum se accingant, quod & in praxi à nobis Ephesū congregatis præstitum est, definiendo contra Nestorium in declaratione fidei [Sequentes itaq; omniū SS. PP. confessiones, & intentioni eorū quibus vestigijs insistentes, profiteamur, &c

ADVOCATVS. Admittam saltem in materia dogmatica solam illas propositiones probatas, quarum Patres sunt testes, quod de Apostolica traditione descendunt; hoc autem non est Patrum propositiones probare, ut à Patribus docentur, sed ut ad eisdem ex canali Apostolicæ prædicationis transmittuntur.

LERINENSIS cap. 41. Ipse Patrum sensus index sui est, & traditionis Apostolicæ, & à cōsensu PP. indagamus, vnde *si qua nova exurgeret quaestio, ubi id minimè reperiretur, recurrèdum ad SS. PP. sententias, eorum dumtaxat, qui suis quoq; temporibus, & locis in unitate communionis, & fidei permanentes, Magistri probabiles existissent. & quicquid uno sensu, atquè consensu tenuisse inuenirentur, id Ecclesia verum, & catholicum absq; ullo scrupulo iudicaretur*, perperam ergò voces & terminos ignorās inter dictū Patrum concordia, & asserta, & traditiones distinguis.

NAZIANZ. Oratione 5. de Theol. Sed num sola dicta Patrum, quæ dogmata concernunt, probatis ab Ecclesia eorum opusculis, quoad principia probata sunt, & non quoad conclusiones? ò bellum Dialecticum. Nescis quod apud omnes perspicuum est, quod *esse in scriptura multa non dicantur, tñ ex his colligi, quæ ex eis necessario efficiant, ac probent.* sic & in dictis Patrū multa sunt, quæ ex eorum doctrina colliguntur, imò ab ipsīs ex scripturis, & traditionibus collecta: an ergo hæc non probavit Ecclesia cum eorum approbavit opuscula? Imò cum multa dogmata ex scripturis implicite, & obscure contenta, expressa, & clara reperiantur in Patribus, num hæc non probata ab Ecclesia?

AVGVSTINVS in Psal. 67. Imò & probatissimi dici debent, quia de his dicit Apostolus. *Oportet hæreses esse, ut probati manifesti sint in vobis, & propterea David: increpa feras aridinis &c. ut excludat eos, qui probati sunt argento.* id est qui probati sunt eloquiis Domini, eloquia quippè Domini eloquia casta, argèrum igne examinatum, & c. nam excludantur (dictum est à David, *appareant, emineant*, quod ait ille (Apost.) *manifesti sint.* Vnde & in arte argentaria excludores vocantur, qui de confusione massæ noverunt formam vasis exprimere. multi enim sensus Scripturarum sanctarum latent, & paucis intelligentioribus noti sunt, nec asseruntur commodius, & acceptabilius, nisi cum respondere hæreticis cura compellit, tunc enim etiam qui negligunt studia Doctrina, sopore discussi, ad audiendi excitantur diligentiam, ut adversarij resollantur, Deniq; quam multi scripturarum sensus, asserti sunt contra hæreticos, quos enumerare, vel commemorare nimis longum est, & præsentis operi non necessarium. Quorum tamen sensuum probati assertores, aut prorsus latebant, aut non ita eminent, ut eos eminere fecerunt superborum contradictiones, &c.

ad

ad hanc ergo vtilitatē pudentia diuina permittit *Tanros congregari inter vaccas Populorū, ut excludantur, id est ut emineant, qui probati sunt argento, ad hoc. n. hereses esse finuntur, ut probati manifesti fiant.* Volue Anonyme PP. Orthodoxorum scripta, & maior pars diuinorum istorum tractatorum, vel scripturas, vel traditiones explicat, vel dogmata ex iisdem elicit, vel eadem defendit, vt meritō tāquam probati excludores habeantur, qui vt probati essent, diuinitus permissum, vt hereses insurgerent. & vt magis eminent, nunc diuinitus permissum est, vt quos improbabilis facis, magis probatos faceres; & dum auara manu, nec illis, vel vnam solam probatam propositionem dones, satis superq; tuam doctrinam improbabilem, fallam, temerariam reddis; & magis non vna sola propositio, sed magna pars Patrum doctrinę probatissima, & eminentissima, maximē ob Ecclesię autoritatē, manifestissime comprobetur.

ADVOCATVS. quid dicetur de propositionibus illis, quę vel probabiles sunt elicite ē principijs fidei, vel ex Philosophia deproptę, quarum negatio, nec fidem adstruit, nec fidem destruit; num ad harum propositionum probationem Ecclesię censura se extendit?

NAZIANZ. orat. 3. de pace. In hoc etiam probantur, sed diuersa probationis modo. Scit. n. Ecclesia dogmata [quorundam concedenda, & permittenda, vepote nullo modo fidem nostram conuellentia; quorundam verò quę fidei soli donanda sint, quorundam quę rationibus quoque & argumentis sint inuestiganda, &c.] vna tamen est omnium probationis formaliter, multiplex eminenter iux. subiectam materiam.

ADVOCATVS. sed quā multa falsa sunt in DD. doctrinis, ane hic omnia probata.

NAZIANZ. de mod. in disput. seruanda. Etiam ab hac tua obiectione illa sa permanebit supra dicta doctrina, & quasi *ad hunc modum lapidantium impetum oratio (nostra) effugit, per medium istorum transiens. Orthodoxa quippe doctrina non lapidatur, quin potius belluas, hoc est sermones perniciosē ascendentes lapidibus, & fundis insectatur.* Sermo perniciosē satis ascendens, fuit tuus Anonymē, volens te nedum cum Ithamar, & Aaron, & Mosē adiungere, sed si fieri potuisset, ex eorum gradu deicere, & impossibiles reddere, periculum esset dicere fortassis, nec Moysem cum Deo allocutum, quando improbabilis esse Patres te edocere coneris; id infirmare studens, quod Deus non sit locutus per os Sanctorum dum nullam eorum propositionem approbatam admittis, & approbatas cum ijs quę ad normam fidei dirigendę relicte sunt iuxta subiectum materiam, vel ab eadem regula deuiantes nonnullas, ac subinde secundum eandem corrigendas, perturbata cōfusione permittes, dū multa falsa in Patrum scriptis reperiri, dicis nouellus Cham imitator. PP. aliquorū xerenda dete-

gendo, pronuncias, Certè tuarum quæstionum multitudinem fatigati, & euecti, sumus is, qui ciborum fastidio laborant. Quemodum enim illi postquam cuiusdam excellenti fastidium contraxerunt, omnes quoque cibos auersantur: eodem ipsi quoque modo, ex unius disputationis tedio, ad omnes disputationes tuas nauseamus; Quis dubitat Anonyme falsa illa, quæ interdum in opusculis horum tractantur, legimus nullo modo esse recepta, quæ ut cauenda, & cum discretionem legenda ab ipsamet, edosemur Ecclesia? Quare non propter falsa, quæ reperiuntur interdum, pondus authoritatis in cæteris aufertur.

HIERONYMVS. ad Miner. & Alex. Propterea opus est illud Apost. audire. *Omnia probate, quod bonum est tenete: & Saluatoris verba. dicentis: estote probati nummularij, ut si quis nummus adulter est, & figuram non habet, non signatur, & moneta publica reprobetur. Qui autem Christi faciem, claro præfert lumine, in cordis nostri marsupium recondatur, &c. Ego in adolescentia, & in extrema etate proficor, & Eusebium, & Origenem ueros esse doctissimos, sed errasse in dogmatum veritate, &c. & tamen omnes in explanationibus scripturarum, sudoris sui nobis memoriam reliquerunt. In terra aurum queritur, & de fluviorum alueis splendens profertur glareæ; Patulusq; diuor est cano quàm fluente. Meum propositum est, antiquos legere, probare singula, retinere quæ bona sunt, & à fide Ecclesiæ Catholicæ non recedere.* Si hac trutina, Patrum opuscula legenda, & appendenda didicisses, non tam pueriliter Anonyme aberrasses.

GELASIVS Papa dist. 15. c. S. Romana. Non frustrà à nobis in Concilio Romano cum 70. Episcopis decretum est, quæ Opuscula SS. PP. in Ecclesia essent recipienda, & ex verbis quibus recipienda mandantur expendendum est quomodo recipiuntur, atq; probantur. Certum enim est, quod dum liber recipi mandatur, non carta, vel atramentum, sed propositiones recipi iubetur; non recipitur autem ab Ecclesia propositio falsa, improbabilis, hæretica; superest ergò quod dum Opuscula venerabilium PP. recipiuntur, doctrina recipitur, atq; probatur, ut catholica, ut veridica, aut probabilis iux. formulam verborum approbationis. Nam si aliter probarentur, quæ non merentur probari, ut hæreticum dogma pro catholico, falsum pro vero, improbabile pro probabili censeretur, præiudicialis error esset in doctrina Religionis, & eadem censura peccendus dogma hæreticum adinueniens, &c. qui hæreticum dogma pro catholico dogmate recipi posse dogmatizat. In eo ergò gradu probationis remaneat recepti DD. in quo recipiuntur, atq; probantur.

Quidam ergò Doctores in ea Synodo ita probati sunt, quantum ad aliquid, ut ne in tantilla re liceat eis refragari. ita de B. Leonis PP. epistola

ſola ad Flavianum pronunciatum eſt v3. *Item epiſtola B. Leonis PP. ad Flavianum Conſtantinopolit. Episcopum deſtinatam . Cuius textum quiſpiam, ſuſq; ad unum tota diſputauerit, & non eam in omnibus venerabiliter receperit, anathema ſi.* Eodem modo ab Eccleſia receptum eſt ſymbolum Athanaſianum. 22. .q. 1. a x. non prout à perſona priuatis hæc edita ſunt, ſed cum per omnia continerent Orthodoxam doctrinam, merito recepta ſunt, vt tâquam regula fidei, vt ſunt canones Conciliorum, haberentur. Similiter quidam alij DD. recepti ſunt non quoad omnia, ſed quantum ad aliquos tractatus, vel materias, vel hæreſum confutationes, vt non liceat ab illis DD. in eo quo probantur, vilo modo diſcedere. vnde ſic deſinitum eſt à nobis, dum loqueremur de Ruffini operibus recipiendis. *Sed quoniam B. Hieronymus cum in aliquibus de arbitrij libertate notauit, illa ſentimus, quæ prædicatum B. Hieronymus ſentire cognoſcimus, & nõ ſolum de Ruffino, ſed etiã de diuerſis, quos vir ſapius memoratus zelo Dei, etiam fidei Religione reprehendiſſet, & de doctrina S. Auguſtini, quam à prædeceſſoribus Leone, Cæleſtino, aduerſus Pelagianos mirificè commendata, atque probata, vt contrarium ſentire non liceat, memini me ſcripſiſſe aduerſus Calumniatores doctrinæ Auguſtini, atque Hieronymi in ſpeciali, dicendo epiſt. 5. ad vniuerſos, quod adhuc maius ſcelus accreſcit, vt ſub conſpectu, & in præſentia Sacerdotum, B. mem. Hieronymum, atque Auguſtinum Eccleſiaſticorum lumina Magiſtrorum, muſca moritura (ſicut ſcriptum eſt) exterminans oleum ſuauiſſatis lacerare contendit.* Hic ergo primus, & ſummus gradus approbationis.

Alter verò gradus approbationis DD. eſt in generali, non imponendo cenſuram perſidiæ contradicторibus, ſed vt recipiantur tanquã vitales, & proficui, atque probabiles: vnde in talium acceptatione his verbis vſi ſumus. *Ad ædificationem noſtram eadem S. R. E. poſt illas veteris, & noui teſtamenti, quas regulariter ſuſcipimus, etiam hæc ſuſcipi non prohibet ſcripturas, & rurius item Opuscula, atq; tractatus omnium PP. Orthodoxorum, qui in nullo à S. R. E. cõſortio deniarunt, nec ab eius fidei prædicatione ſeiuncti ſunt, ſed communionis ipſius gratia uſq; ad vltimum diem vite ſua participes fuerunt, legenda decernimus.* Vnde exceptis ijs tractatibus, quos continent primi gradus, omnis alia doctrina in vniuerſum in hoc ſecundo gradu recipitur, vt veridica, probabilis, utilis, &c. Vnde ſi quæ doctrina ex oppoſito aliquam falſitatem continet, cum exceptione ſuſcipitur, vt patet de Eufebio, Ruffino, de Origene namque decretum eſt. *Origenis nonnulla Opuscula, quæ vir B. Hieron. non repudias, legenda ſuſcipimus: reliqua autẽ omnia cum authore ſuo diſimus eſſe damnãda, &c.* Vnde exceptis aliquibus tractatibus in particulari, non habent eandem authoritatem, ac illi, qui vt legendi, tâquam veridici, ac proba-

ti, probabileſq; Magiſtri propoſiti ſunt: & quando approbatorũ nullus eſſet gradus, in hoc ſatis probati ſunt, quod non improbableia, vel falſa, vel dogmata contra fidem continere teſtati ſumus, ſicut ab oppoſito factum cum recentis hæreticis, ſcripta eorum cum nominibus ipſorum [non ſolum repudiata; verum etiam ab omni Rom. & Apoſt. Eccleſ. eliminata] profeſſi ſumus.

Sed quoniam iu Paulum Oroſum impingendo, hanc quoq; ſedem ſubmordere viſus es. Relege Anonyme verba noſtra, & inde ex te ipſo redargues tarditatem, & imperitiam tuam. ſic ſcripſimus. [Oroſum virum eruditiffimum collaudamus, quia valdè nobis neceſſariam aduerſus Paganorum calumnias ordinavit hiftoriam.] murmurabant Pagani, quod ex quo Orbiſ Chriſto nomen dedit, paſſus ſit calamitates, alluiones, luem, bella, vt penè Romanum Imperium cum ipſo Orbe ad extremũ deductum conquererentur. Quid fecit Oroſius? maiora incommoda ex Gentilium hiftorijs (arguebat enim ad hominem contra Gentes) ante Verbi Incarnationem, mundum paſſum eſſe demonſtrat: quod argumenti genus ante Oroſum diligenter præſtiterant Tertull. Minutius Felix, & poſtea Arnobius. In quibus hiftorijs & ſi plurima e mentita reperiantur, non infirmatur authoritas Oroſij, quem gentium hiftorijs vti oportebat, vt ad hominem ex receptis hiftorijs reuincerentur. Qui etiam ſi non ad hominem locus eſſet, ſatis nobis fuit, hiftoriam illam probare, quod intentum demonſtraret ante aduentum Domini in carne, maiora infortunia contigiſſe, etiam ſi in multis circumſtantijs (quod eſt familiare hiftorijs vetuſtatis Gentiliũ) plura falſa reperiri contigiſſet.

GREG. NAZIAN. oratione de ſeipſo. nedum verbis, ſed oculari oſtenſione vaſtricię tuę detecta Aduocate. quare *quemadmodum q̄s, qui fabricandi, aut pingendi artem proſtiterunt, cum artis rationem expoſcuntur, fabrile, aut pictorium opus oſtendere ſufficit, vt negotio, ac moleſtia liberentur. Corpus .n. inquit ille ſermone eſt fortius;* ſic ad reuincendam proteruiam, non tam fortiffimis rationibus tecum actum eſt, ſed etiam decretalem Eccleſię tibi exhiberi opus fuit, vt ſaltem legeres, quę non intelligis, quo gradu, quo ordine, quo pacto Scriptorum Eccleſię authoritas recipienda, quam tam audacter proeulcare at ſtultis propoſitionibus ſategiſti.



Examen V.

Contra quintam propositionem Anonymi.

LERIN. c. 39. Cum Patrum consensus diuinas, & Apostolicas traditiones demonstrat, ad eos confugiendum est in quæstionibus dogmaticis, quibus tamen hac lege credendum est, ut quicquid vel omnes, plures uno eodemque sensu, manifestè, frequenter, perseueranter, velut quodam consensiente sibi Magistrorum concilio, accipiendi, tenendo, tradendo firmauerint, id pro indubitato, certò ratioque habeatur. Quicquid verò, quamuis ille Sanctus, & doctus, quamuis Episcopus, quamuis Confessor, & Martyr, præter omnes, aut etiam contra omnes senserint, id inter proprias, & priuatas opiniones, à communis publicæ & generalis sententiæ auctoritate secretum sit, ne cum summo periculo iuxta sacrilegam hæreticorum, & schismaticorum consuetudinem, universalis dogmatis veritate dimissa, unius hominis nouitium sectemur errorem. Vnus exempli gratia extitit Agrippinus, c. 9. qui primus omnium mortaliū contra sensum omnium consacerdotum, contra morem ac instituta maiorum, re-baptizandum esse censuit, nec iam hunc sequendo, martyrum lumen Beatissimus Cyprianus cum cæteris collegis suis, relicto reliquo Sanctorum Choro, aliquid nouellæ sententiæ firmitatis adiecit, quinimò tot rationum, & verisimilitudinum machinæ ab immenso illo assertorum numero, Agrippini sensum contra ceteros Patres sequentium, adductæ e. 8. tamquam fabulæ, tamquam superflua, abolita, antiquata calcata sunt c. 10. ipsaque contentio de vnius vel alterius sensu triumphauit. Iam verò si per illas vias incedis Anonyme, nullum ferè remanebit securum dogma in Ecclesia ab incurso demonij meridiano, si vnius contra omnes, vel ferè omnes, auctoritas potest præualere. Nullaque hæresis esset, quæ sub hoc clypeo iam pridem damnatas hæreses tueretur.

AVGVSTINVS. conati sunt Donatistæ ad suam perfidiam de anabaptismo hæreticorum adstruendam, obiectare lib. 3. c. 4. de Renouandissimi Martyris auctoritate, unde suam peruersitatem, non veritas impetu caderet, furtim conabantur. & profecto falsum quod dixerim in eandem sententiam, nisi me ad diligentem considerationem euocaret tanta auctoritas aliorum, quos vel pares gratias doctrinæ, vel etiam fortasse Doctores per gentes Latinas, Græcas, Barbaras, & ipsam Hebræam, Ecclesia toto Orbe Terrarum diffusa parere potuit, quæ ipsam quoque pepererat, qui mihi quoque nullo modo potuerunt fr-

stra

*stra noluisse istam sententiam, non quia fieri non potuit, ut in obstur-
rissima quaestione, verius pluribus vnus, paucius sentirent, sed quia
non facili pro vno. vel pro paucis aduersus innumerabiles eiusdem
Religionis, & unitatis viros, & magno ingenio, & uberi doctrina
praeditos, nisi pertractantis pro viribus, atq; perspectis rebus feren-
da sententia est. quomodo ergo æquus cessor Anonymè haberi potes,
placitum vnus, vel paucorum contra grauiorum auctoritatem, defen-
dendo?*

*S. HIERONYMVS ad Pammach. & Ocean. dicebat. Etiam
Lactantius in libris suis, & maxime in Epistolis ad Demetrianum
Spiritus Sancti omnino negat substantiam, & errore Iudaico dicit
eum ad Patrem referri vel ad Filium, & ad sanctificationem vtriusq;
Persona sub eius nomine demonstrari, &c. Quis mihi interdicere po-
test, ne legam eius institutionum libros, quia superiori sententia dete-
standa est? culpabile autem satis esset cum vno Lactantio istam dete-
standam sententiã sequi, & orthodoxorum Patrum, imò totius Eccle-
siaz iudicium, & consensum relinquere.*

*LERIN. Nec solus Lactantius, sed aliqui Patres, quod humanum
est, multa dixerunt, & communi Patrum sententiæ contradicebant,
& postea ab Ecclesia sunt proscripta. Sanctus enim fuit, qui terrenum
regnum post iudicij diem, futurum per mille annos promisit; Sanctus,
qui Angelos amore filiarum hominum captos, cum illis concubuisse
scripsit; Sanctus, qui beatitudinem Sanctorum, vsque ad diem nouissi-
mum distulit. Ergo nè vnum sequi possumus contra ceteros Sanctos,
& errorem vnus auctoritate lenire, & venenum mellito vnus Sancti
nomine circumlinire? id si fiat, mira eris rerum conuersio; siquidem
auctores eiusdem opinionis (ex c. 11.) Catholici cõsecratores verò he-
retici iudicantur. Absoluerantur magistri, condemnaretur discipuli,
conscriptores librorum filij regni essent, assertores verò gebenna susci-
peret eoq; minus vnus Patris contra ceteros auctoritatem vsurpare
fas est, quando iam etiam deprehensam habemus, fraudulentiam, qui
cum sub alieno nomine heresim concinnare machinantur
captant plerumq; veteris cuiuspiam viri scripta paulo inuolutum a-
ditas: qua pro ipsa sui obscuritate, dogmati suo quasi congruant, &c.*

*AVGVSTINVS. Itã fecit Iulianus Pelagianus, Chrysostrum a
suis partibus stare contendens, inuolutam eius sententiam allegans
contra quem sic scripsit 1. contra Iul. Pel. c. 2. Ita nè ista verba S. Io-
annis Episcopi audes, tamquam e contrario tot saliumq; sententiã
collegarum eius opponere, sumq; ab illorum concordissima societate
seiuungere, & aduersarium eis constituere absit? hoc malum de tanta
viro credere, aut dicere: absit inquam, ut Constantinopolitanus Ioan-
nes de baptisate paruulorum, serumque à paterna Chirographi li-
bra-*

haratione per Christum, tot, ac tantis coepiscopis suis, maximeq; Romano Innocentio, Charsaginenſi Cypriano, Cappadoci Baſilio, Gregor. Nazianz. Gallo Hilario, Mediolanenſi reſiſtat Ambroſio? ſi nēſarium eſt cogitare vnumquemq; Sanctorum concordia ſententiæ collegarum ſe opponere voluiſſe; ita nefandiſſimum erit, vniuſcuiuſque, quamuis ſanctiſſimi-viri, vel proprium placitum, vel exiſtimatum, comuni ſāctorum ſententiæ opponere, & opponi poſſe, in ſcholis Chriſtianorū introducere.

SERAPION lib. contra Manich. in Bibliot. PP. impij homines *Dum ſe cum Patribus ſentire, putāt PP. citando, parietes effodiunt; eū vel in parietes irumpunt Sanctis aſſigendo, quæ nunquam ſenſerunt, vel iam per rimulas, & ſciſſuras, ideſt errores quorundam parietum, hoc eſt voluminum Sanctorum intrare contendunt, vt perdant, ac maſtent. Ad illum ergo finem captant hæretici Orthodoxorum veterū ſententiæ, vt auctoritate talium virorum ſue perſidię teſtimonium perhibeant, ne ipſi ſoli, aut primi id ſenſiſſe videantur, eorundemque auctoritatem imperiti obijciunt, vt ſe quaſi rectē facere oſtendant, dū verba, & ſenſum, vt dicunt, Patrum imitantur. Quod ſi id non obtineant, ad alium finem lapſus, & foramina oſtendunt, vt quia erroris ſpeciem in vno, vel altero reperiunt, precipiti quadam ſeueritate correpti, totum opus effodiant, & authorem ſeueriſſimē damnent. Sed ſiſſi hoc eos frustrari contingat, lapſus, & foramina nedum oſtendunt, ſed & maiora faciunt, vel illos tuendo, eorundemq; patrocinium aſſumendo contra Patrum vniuerſitatem, viam faciendū hoſtilibus, vt peioribus ſciſſuris factis, aperto muro, hoc eſt Patrum doctrina proſtrata, in Eccleſiæ Ciuitatem irruant. Vides Anonyme eas ſemitas te inducere, quæ poſſunt facere vias irę Dei, & non trito itinere ambulare, & per illum callem dirigere tuos pedes, de quo dicitur. [eſt via, quæ videtur homini recta; nouiſſima verò illius ducunt ad mortem.*

ADVOCATVS. at quoties videmus vnum Sanctum alteri aduerſari, vnum contra vnum, plures contra plures? quid ergo prohibet, vt vnus in omnes inſurgat?

S. GREGOR. Nyſſenus lib. de vita Moyſi: *Inimici duo inter ſe colluctantes, Hæbreus, atq; Aegyptius, inter quos mediū factus eſt Moyſes, cum eos conciliare non poſuiſſet, Aegyptium interfecit; pietas ſunt, atq; impietas. primam Scripturæ ſacrę per Hæbraū ſignificatę inſtituunt, alteram ſecularis, atq; exterior doctrina (Gencilium, & Hæreticorum) nupis ſuis inſnuat, quam qui Moyſem imitatur, vno iſtu reluctantem occidit, nec aduerſus pyſſimam fidem inſurgere patitur. hæc nempe eſt lucta de dogmatibus, aduerſus externos. Rixæ verò, quæ inter Iudeos ſedari non potuit, ſunt noſtrorum (v3. catholicorum) de dogmatibus Eccleſiæ colluſationes. . . Non quidem de ijs, quæ*

iam definita sunt, aut ad fidem pertinere compertum est, sed in ambiguis, vel certè de ijs dogmatibus, quæ fidem non connellunt.

AVGVST. 2. de pecc. meritis, & remission. Multe sunt præter quæstiones fidei, aliz innumerabiles, *sive ad obscurissima opera Dei, sive ad Scripturarum abditissimas latebras pertinentes, quas certò aliquo genere complecti, ac definire difficile est, & multa ignorari salubè christiana fide, & alicubi errare sine aliquo hæretici dogmatis crimine.* in quæstionibus posterioribus lucta commendabilis, sic enim exercentur ingenia, & nihil prohibet, etiam vnum contra omnes, si meliori ratione fulciatur, sentire: ac si manus alicuius temeraria, in qq. fidei & pietatis Patres adoratur, manus omnium erit contra eum; ad hoc enim vniuscuiusque easis super femur suum Salomonis lectulum custodientium, propter timores nocturnos, ne infidiz Patribus sub alicuius Patris nomine struantur.

TERTVLLIANVS 3. contra Marcionem c. 15. Sed demus, vt *phætorica licentia, vel poetica, vel tandem hæretica* dici possit, quod possumus vnum Patrem, eumq; Sanctum præferre Patrum choro; an tantum debet furere Anonymus, ut ad quemq; Doctorculum horum temporum hanc licentiam extenderet; vt quemadmodum olim de Marcione dixi, *quasi locum in balneis* (semper enim primus esse quia cupit) ita fidem occuparet, & Sæctorum Sedes; imò omnes Patres vno solo horum temporum Doctore profigare lib. 4. contra Marc. c. 23. *Astus de Aesopi puteo modo huc apparuit & iam exclamat. heri vel nudius tertius Anonime in rerum natura apparuisti, & rudendo, vocis famam tibi comparare procuras, si Sanctis insultes* 3. c. Marc. cap. xv. *Nullus certè status differentiarum non nisi proprietatibus appellationum consignatur, quibus deficientibus si quando, nunc Græca Catechesis de alieno abutendo succurrit.* Certè hæc est differentia: inter veteres, & Neotericos; quòd veteres primas sibi vendicarint, tum ob antiquitatem (vt potè Apostolis proximiores, vnde & Patres, & Apostolici dicti sunt) tum quia primi fuerunt, qui posteris quæ acceperunt tradiderunt; Posteriores, & Neoterici, qui postea illa expolierunt, tamquam exclusores argenti, vt dictum est habeantur, & veluti superretractores, qui super ædificauerunt ijs quæ in Ecclesia tradita per Patrum manus, repererunt: indè illi tamquam primæ Classis legionarij, hi secundæ meritò nuncupantur: Sed tu aduersus primum cuneum, insurrexisti, ut vel vno solo Patre primam hanc victoriam aspiciendo, totum Christi exercitum debellares. modo vt nouellis nomen comparares, in primum, & in secundum cuneum insurrexisti, & moderno milite eoque vno, quasi Iouianonans, & Cælum armis terrigans, Castrorum Dei ordinatissimam aciem irrupere procuras. *Sed cuneo veritatis omnis destruitur barasti.* 1. contra Ma. c. 20.

Aduo-

ADVOCATVS. Sed quid tu Montanista Patrum curam geris, qui Patres eierasti, & Montanistis subscripsisti?

TERTVLLIANVS. Ob istas hæreses fateor me, non numerari in ea classe Gelasij, videlicet inter eos, qui in nullo à S. R. E. confortio deuiarunt: cæteri tâquam antiquitatis testis cui aliquando adhæsi, testimonium peribeo veritati, quando optimum genus argumenti est, cum veritas ab inimicis probatur. Cui si parere detrectas, cum Centuriatoribus Magdeburgensibus confisse, qui in multis Ecclesiæ dogmatibus, totam meam attestacionem, eodem friuolo prætextu recusare non erubescunt.

GREGOR. NAZIANZ. Orat. 3. de Theol. obiurget vos (Anonyme cum tuis) Paulus post gratiarum enumerationem acriter ita exprobrans. *Numquid omnes Apostoli? Num omnes Prophete (num omnes DD.) esto autem (vt & quem prætendis ad thronos nostros eue here; imò nobis eiectis intrudere) sis ipse altus, ac sublimis, & sublimibus sublimior, ac nubibus altior, si ita lubet rerum ab oculis remotarum spectator, & arcanorum auditor, post Heliam in sublime rap- sus, post Moysen Dei conspectione dignus habitus, post Paulum in Cælum euectus: quid tandem est quod alios quoq; unius diei momento. S. ANCTOS fingis, & Theologos creas, eruditionamq; ipsi velut inspiras, & multa eloquentium indoctorum conciliabula facis?* suadendo posse moderni cuiuspiam Theologi doctrinam tueri, contradicente hoc Patrum venerabilium augustissimo consensu: *Cur aranearum telis infirmiores illaqueas, ex eoq; tibi scitus, ac magnus videris; Cur contra fidem (his propositionibus) crabrones excitas? Cur Dialecticorum agmen nobis ex tempore producis non aliter, ac fabula olim gigantes? Cur leuissimos quoq; homines, & viri nomine indignos veluti colluuiem quamdam in unum torrentem cogens, ac verborum illecebris magis, ac magis effeminans, NOVAM officinam condidisti (illos edocendo contra Patres sapere) astute interim eorum amentia ad utilitatem tuam abutens, ex eaq; messem faciens? Quid si his quoque, nempe Patribus cõtradicis (vt in scholis Philosophorum vno auctore, cæteros impetendo) nec alia vita studia, atq; instituta vlla apud te preiisio sunt, ac linguam omninò imperare oportet, nec parturientem linguam vlla arte retinere poter; multa quoq; alia, & honorifica argumenta tibi suppetunt, ad quæ morbum istum non sine fruge cõvertere queas, Pythagora silentium, & fabas illas Orpicas insectare, recentioresq; arrogantiam horum verborum. Ipse dixit. Impete Platonis Ideas, animorumq; nostrorum in varia corpora immigrationes, & circummissiones, & reminiscencias, ac deniq; nò pulchros amores per corpora pulchra in animum subeuntet. Epicuri impium numinis contemptum exagita, nec non atomos, & Philosophia indignam voluptatem*

tem. Aristotelis icianam, & angustam providentiam, versutumq; item artificium, & mortales de anima sermones, & nimis humana, atq; abiecta huius viri dogmata confuta. Stoicorum supercilium deyce, Cyvicorum ingluviem, & scurrilitatem, impete vacuum illud cerie nugaram plenum (vt & spatium imaginarium) incesse Deniq; quæcunq; illi de Dÿs, de sacrificijs, de simulachris, de demonibus, tum beneficiis, tum maleficis de vaticinatione, de numinis, & animorum euocatione, & postremo de vi, & facultate syderum vanissimè disputant. Quod si de his rebus, vt paruis, ac sæpè confutatis disputationem insinuere recusas, atq; in tuis versari gestis, in ÿsq; gloriam, nominisq; celebritatem affectas, & hic tibi latam viam patere ostendam. De mundo, vel mundis philosophare, de materia, de anima, de naturis ratione præditis tam præstantioribus, quàm inferioribus, de resurrectione, de iudicio, de præijs, ac panis, de Christi supplicijs. Cæterum Ecclesiæ fundamenta non quatiās, ne sepem, hoc est Patrum doctrinā dissipes, ne te tortuosus coluber mordeat.

S. MARTINVSPP. in Concil. Lat. secret. 3. *Qui spirituales expugnāt Hierusalem .i. catholicam Ecclesiam, imitantur eos qui terrenam expugnaverunt Hierusalem, & festinant, & ipsi paternis abuti doctrinis, sicut Rapsaces patria voce contra Iudeos abusus, vt difficile nequitia eius potuit sentiri, ita, & isti faciūt. Nec in hor. orem Patrum, sed in simplicit̄, sicut ille Iudeorū, hoc callidè peragere nituntur.* Simulant quidam Nouitij Patres recipere, vt non deprehendantur loqui Azoticè, sed aduersus Hierusalem mysticam insidias parant, dū vnum ducem aliquem v3. Sanctum in re dubia, vel quæ sustineri non potest, vel quod peius est, vnum Doctorem modernum, vt sub eius vexillo quamplures modergi postea militent, sibi Ducem assumunt: vt hinc stante Patrum choro, hinc illo moderno, vel deiloquo aliquo Patre, in controuersijs exurgentibus non appareat vnanimis Sanctorum sensus, cum Doctores in diuersa studia scindantur, antiquorum omnium scilicet defensores, & vnus veteris, vel moderni nouitiolos scq;atores, ex qua scissione ad expugnationem Hierusalem paratur via.

GREG. PP. huius mali radicem breuissimè exposuit. Quod. hi 5. Moral. c. 18. *communem sententiam habere refugiunt (Sanctorum) neceteris æquales extimentur, & quedam noua semper requirunt, quædam alij negant, apud imperitorum mentes ipsi de scientiæ singularitate gloriantur.* Sed vetus est scarabeorum aduersus Aquilas simulas, & internicinam bellum, quod & Græci vocant a spondos polemos. Sed dum hæ in arduis ponunt nidum suum, hi in fimo tornando inantiter, & indecotè laborant.

Examē V L

Contra Propositionem Sextam.

BASILIVS de Spiritu sancto c. 7. *Qui consueta fastidiunt, ac vetera tāquam obsoleta submouent, ſunt, qui novas vocum fictiones recipiunt: quemadmodum qui in cultu studioſi ſunt ornatus, ſemper nouam formam præferunt communi.*

GREGOR. NAZIANZ. in laudem Athanaſij. *Fuit quondam tempus cum res noſtra ſlorent, ac præclare ſe haberent, cum nimis ſuperflua hæc, & verborum lepore, atq; arte fucata tractanda Theologiæ ratio, ad diuinas cauſas ne aditum quidem habebat: verū idem erat calculus ludere inuerſionis celeritate aſpectum fallentibus, aut omnigenis, & laſciuiſ corporis flexibus ſpectatores ludificari, quod noui quiſpiam, aut curioſi debeo, vel dicere, vel audire: ſimplex contra ingenuaq; oratio, atque doctrina, pietas exiſtimabatur. At poſtea quam ſexti, & Pyrrhones, & contradicendi libidine. incitata lingua, veluti quidam grauis, ac malignus morbus in Eccleſias noſtras inſuliciter irrepſi, quodq; Aſtorum liber de Athenienſibus narrat, ad nihil aliud vacamus, quam ad noui aliquid dicendum, vel audiendum; inde fit vt quidam nouelli, omni pietatis via ſublata, atq; deleta, hoc unum ſibi proponunt, vt quæſtiones, vel neciant, vel ſoluant (quemadmodum qui in theatris palæſtræ artem proferunt, eaq; certaminū genera, quæ non iuxta palæſtræ leges ad victoriam ferunt, ſed imperitorum dumtaxat oculos perſtringunt, ac laudē à ſpectatoribus captat:) & res huc redit, vt horum diſputationibus, & forum omne circumſtrepat, & conuiua omnia hujuſmodi nugarum tædio obtundatur, atq; & feſtiuum omne in feſtiuum fit, mæſtitiæq; plenum, & luctus omnis maiori calamitate, hoc eſt quæſtionum argutijs mitigetur, ac deniq; gynæcea omnia, ſimplicitatis alumna turbentur, & pudoris ſlor præcipiti hac contendendi libidine completur, quoniam, inquam, hæc ita ſe habent, adeoq; intoleranda eſt vis huius mali, vt periculum fit ne magnum fidei noſtræ myſterium in argutatricem artem deſtifficat. obuiandum omninò, curioſitati, ac nouitati, ex qua tot argutiuncularum profluunt ſcaruriginēs.*

CAPREOLVS AFRICANVS, qui Synodum Ephelinam interpretellauit, dixit tom. 2. c. 9. *epiſt. ad Synod. Ephel. Rogamus erpò, vt Spiritu S. cooperante quem in cordibus veſtris in omnibus, quæ a Chriſtianiſtis præſto futurum non dubitamus; NOV AS doctrinas, & ante hæc*
Chri-

Christianis auribus inuistatas priscę auctoritatis robore instructi, & medio pressigetis, &c. Sacerdotiūq; in unū congruens seueritas, cuiuscunq; disputationis prætextu, illos, quos olim Ecclesia debellauit, & hoc rursum tempore repullulascunt, doctrinam iam dudum proscrip-
tā denuo renasci pmississe uideatur. Quod si forte nouarū cōtrouersiarū incidere, id tempestiuē discussioni subiciatur oportet, ut vel rectē di-
ctum comprobetur vel condemnatione dignum explodatur. At uerō si quis in ea, qua olim ad iudicata sunt; denuo inquirere tentauerit; is sanē nihil aliud facere censebitur, quam de fide, qua hactenus ualuit apertē dubitare. Unde ad posteritatis exemplum, tum ut ea quoq; que iam olim pro catholica fide definita, & constituta sunt, perpetuam firmitatem obtinere ualeant, oportet ea omnia inconcussa, immotaq; conseruare, qua superioribus temporibus à SS. Patribus constituta sunt. Porro qui illam perpetuam stabilitatem retinere uoluerit, que de Catholica fidei ratione statuerit, is non propria auctoritate, sed antiquorum PP iudicio sententiam suam corroborare debet; ita ut partim ueterum, partim recentiorum sanctionibus, & sententijs placita sua comprobans, unam eademq; ueritatem iam inde ab initio ad præsentem usq; temporis articulum decurrentem se docere, & tenere ostendat. Cū ergo Anonymus nouam opinionem posse, ait, introduci ex nouo, eoque rationabili fundamento: si id prætendat tentare contra iam definita, quocunq; disputationis prætextu, vel (quam putat) demonstratione; ei silentium indicendum: quod si seruare noluerit, igne uallandus. Quod si in nouis controuersijs aliquid noui afferre uoluerit, priorum, & posteriorum Patrum sententijs, sententia sua probanda est, que illicò à ueritate cadit, dum noua fingitur; uera enim, firmaq; sententia ab isto tempore usque ad initium, à subsequētib; usque ad primos Patres Apostolicos perpetuò decurrit.

CYRILLVS ALEX. in eodem Conc. c. 21. dixit ob istas aureas sententias aduersus nouitatem ego fui in causa, ut ad posteriorum exemplar: *hac Religiosissimi, pijsimiq; Carthagenens̄ epistola, quod dilucidam sententiam in se contineat, Synodi gestis insereretur. Vult enim antiqua fidei dogmata obtinere; noua uerò, & absurdè excogitata, & impiè diuulgata reprobari, ac proscribi omnes Episcopi simul exclamauerunt. Hęc omnium uox est. Hoc omnes asserimus. Hoc omnium est uotum.*

ADVOCATVS. Nescio quid præiudicii ex noua opinione sufficienti fundamento probata inferri potest. Orthodoxiz, si impietatis titulo notari non possit.

CYRILLVS ep. ad Cleric. Constantiopolit. t. 1. c. 10. maximum certē præiudicium, nam à priori non possunt semper haberi demonstrationes ad nouam opinionem fundandam, ut uera sit, à posteriori tū

ex nouitate probare possumus, quod falsa sit. Exemplum afferunt de Nestorio [qui malè habet vniuersos, cum Orientis, tum Occidentis quoque Episcopos, quod doctrinam de Christo, nequaquam sinceram, sed peruersam profeminat: ad cuius demonstrationem, publicamq; redargutionem vnum hoc sat est, quod eiusmodi in illis exegetibus legatur, cuiusmodi à nemine vnquam in Ecclesijs dicta comperiuntur.] Doctrina ergò quæuis, vel hoc solo Nouitatis titulo est de integritate suspecta, cum à nullo in Ecclesijs dicta deprehendatur.

ADVOCATVS. At hoc rationi est frænum immittere, vt in principiis sistat, & nouas conclusiones elicere non possit.

CALESTINVS. At hoc non est reperire nouam opinionem, sed latitantem veritatè nouiter explicare. at tu nouas opiniones feri posse pronunciaſti ep. ad præsbyt. & diac. contra Nest. t. i. Conc. Ephes. [Palam est autè eiusmodi sermones **NOUITATIS** non aliundè, quàm ab inanis gloriæ cupiditate proficisci. Nam vbi primum quidam acuti, & perpicaces, prudentesque videri volunt, statim in id incumbunt, vt **NOVI** quidpiam commententur; quo hac nimirum ratione apud ineruditos, simplicesq; mentes momentaneam aliquam acuminis gloriæ consequantur. Sed quis vnquam vera potitus est gloria, quæ sibi ipsi sapientis nomen arrogaret? etenim Deus noster mundi huius infirma elegit, vt per illa confundat fortia, & stultos rursus, quò per hosce confundat sapientes: Nam quis in mundi huius sapientia gloriatur, nisi ille, qui se ex hoc mundo esse profiteretur, quiq; se discipulum esse inficiatur, qui de hoc mundo se non esse apertè alicubi profiteretur? Vna hæc solida gloria, vt quemadmodum (Apostolus ait:) qui gloriatur, in Domino gloriatur, &c.]

ADVOCATVS. Imò hoc in gloriæ Dei cedit, quod sit multiformis gratia Dei, eiusdemq; cognitio, & nouiter augeatur, & noua detegantur, quæ non prius apparebant, & noui partus humani intellectus lucem aspiciant.

LERINENSIS c. 16. mirari satis nequeo, tui sicut & quorundam hominum vesaniam tantam excæcitate mentis impietatem, tantam possemò errandi libidinem, vt contenti non sint tradita semel, & accepta antiquitus credendi regula, sed nouo, ac noua in diem querant, streperq; aliud gestiât Religioni addere, mutare, detrabere. Quasi non celesse dogma sit, quod semel reuelatum esse sufficiat, sed terrena institutio, qua aliter perfici, nisi assidua emendatione non possit, cum diuina clament oracula. Ne transferas terminos, quos posuerunt Patres tui. In institutione terrena, in scientiis humanis partibus, detur ista gloriola, vt sint noui fetus tãquàm noua monstra, quæ admirationi sunt, non quia mira, sed quia rara. at in sacra doctrina, vbi reuelatione opus est, non inuentione; eò dogmata acceptabiliora, quò à nouitate remotiora.

22. *Desita*, dixit Apostolus, *prophanas vocum nouitates, non dixit vetustates; imò planè quod è contrario sequeretur ostendit. Nam si vitanda est nouitas, tenenda est antiquitas, & si profana est nouitas, sacra est vetustas.* Depositu[m] Doct[ori] catholico custodiendu[m] m[an]datur ab Apostolo, hoc est vt vnusquisque Pastor, vel Rector, non quod inuenit, sed quod creditu[m], quod accepit non excogitauit, seruet, hoc est ex Lerin. c. 27. *Rem non ingenj, sed doctrine, n[on] usurpationis priuata, sed publicè traditionis: rem ad se perductam, non à se prolatam, &c.* Nec idcirco ingenia obruuntur, vel partus suffocantur Anonyme, quia antiquis dogmatibus adicere potes splendorem, gratiam, venustatem; *Intelligatur ergò te exponente illustrius, quod antea obscurius credebatur Per te posteritas intellectu[m] gratuletur, quod ante vetustas non intellectu[m] venerabatur: eadem tamen que didicisti ita doce, vt cum dicas nouè, non dicas NOVA.* Noua dicuntur, cum contra, vel præter antiquorum placita, publicè receptas doctrinas introducuntur nouellæ adinuationes à recentioribus, vel partus ignorantes parentes eorum: item nouè aliquid dicitur, cum super antiquorum dogmata superextruimus, vel eadem perpolimus. Cum noua introducuntur, profanæ voces introducuntur, & tunc data hac licentia c. 3 x *torreo dicere quantum excindendæ, atq; abolendæ Religionis periculû consequatur. Abdicata etenim qualibet parte catholici dogmatis, vel antiquæ doctrine, per subintroductionem nouæ; alia quoque, atq; item alia, ac deinceps alia, & alia iam quasi ex more, & licito abdicantur. Porro autem singulatim partibus repudiatis, quid aliud ad extremum sequetur, nisi vt totum pariter repudietur? sed & è contra si nouitia veteribus, extranea domesticis, & profana sacratis admitti ceperint, proserpat hic mos in vniuersum necesse est. vt nihil post hac apud Ecclesiam relinquatur intactum, nihil illibatum, nihil integrum, nihil immaculatum; sed sit ibidem deinceps impiorum, ac turpium errorum lupanar, vbi ante erat castæ incorruptæ sacrarium veritatis. etiam ipsa gentilitas in suo supersticioso cultu ex Platone lib. 5. de legibus valuit, vt prisca per visiones, & inspirationes asserta, intacta seruarentur, nec noua villo modo approbatis sollempnitatibus miserentur, vt in his omnibus legum conditor ne minimum quid innouares. Quis ergò noua innouare audebit, prisca, & veraci Religioni, & publicæ receptæ doctrinæ addendo, cum tantum Gentiles detulerint ipsorum superstitioni?*

Nouè autem dici nihil prohibet, si nihil de antiquitate destruendo nouæ deductiones fiant. semper superest aurum, quod de fodinis veterum nouo labore promatur, absque eo quod pro plumbo argentu[m], vel argentum pro auro substituat[ur]. Quot expositiones difficilium locorum sacræ Scripturæ in lucem proferri possunt nouiter, salua eandem

dem intelligentiâ, quam Prisci PP. tradiderunt antiquitus, vel ab ipsis inchoatâ, vel virtualiter traditâ, vel saltem linearâ, aut adumbratè poneretur diligentia expoliendâ? Quot apparentes contradictiones temporum, locorum, personarum, & visionum, Patrum vestigijs insisterendo conciliari de nouo possunt? Quot solutiones nouiter hauriri possunt? è Conciliorum, & Patrum antiquorum lectione, ad nouitias, prophanasque hæreticorum euertendas nouitates similiter, & earundem confutationes, maiori utilitate, & fructu aduersus extorres dimicâdo, quàm vel in Philosophorum placita, quæ nihil pietati efficiunt, vel in Theologorum priuatas opiniones cauillationum, distinctionum, inuentionum agmen ducendo, & in thæatro, & foro de imaginato sæpe triumpho classicum canere, ac si Troia capta esset? Nouè ergò dicere, ut laudabile est, sic & vetera, noua inducendo, proculcare, sacrilegum. Sed benè res se habet, quod & si noua plausibilia facere possint quidam, & uerisimilia, tamen facere non possunt, ut eis adhibeatur fides, ut de Palephato scriptore nouarum commentationum, & fabularum factum est, quod si fieret, dixit ille.

Doctrina Palephatia testatur uoce papyrus.

S. HIERON. in cap. 4. Amos. fermè nulla hæresis est quæ apparatus non afferat fundamentum, quod non existimet esse uerum Ecclesie fulcimentum: *Spiritualia .n. uerba componunt, quedam signenta sine fundamento, & parietibus tectum desuper imponentes. Nec hoc sunt heretici impietatis sine contenti, sed legerunt foris legem Dei, de Ecclesia recedentes, & singulis dogmatibus suis, quæ peruerso corde simularunt, confessiones, & testimonia sociare conati sunt; & conari facere probabile, quod est pestiferum dogma. Iudas Galilæus exempli gratia in com m. Tit. 3. Inter cætera, hoc quasi probabile proferebat ex lege, nullum debere Dominum nisi solum Deum uocari, &c. quod & alij in alijs dogmatibus præstiterunt, fidem imperitorum occupantes; solent enim esse sæpissimè, etiam in omnibus facultatibus multa falsa, quæ sunt probabiliora ueris.*

LERIN. c. x. non desunt argumenta apparentia, quibus unaquæque opinio improbabilis, aliqua probabilitate colorari possit, maxime spiritui Philautæ loca arguendi subministrante, ex qua fallunt sæpè Scriptores sua propria, quæ quantūcūque deformia amari solent non secus ac simiæ suos etiam deformes factus diligunt. Rem exemplo demonstrō. De rebaptizatione hæreticorum, tempore Agrippini Africani nouitia, de qua supra dictum est, surrexit opinio: *Sed forsè tunc ipsi nouitiæ aduentioni patrocinia defuerunt? Imò uerò tanta uis ingenij adfuit, tanta eloquentiæ flumina, tantus aduersorum numerus, tanta uerisimilitudo, diuinæ legis oracula, sed planè nouo, ac malo more intellecta, ut omnis ista conspiratio, nullo modo destrui posuisset ui-*

T e c

dea-

514 *Speciales contradicte. Anonymi refutantur.*

*deatur, nisi solam tanti moliminis causam, ipsa illa suscepta, ipsa de-
fensa, ipsa laudata nouitatis professio destituisset.* Quas rationes veri-
similes, & apparentes non reperiret humana astutia? Quos alienos fœ-
tus fouendo non excluderet? nonne oua Origenis nouitiæ inquam no-
uitates ab Ario foræ pullos excluderunt? *Oua aspidum rupe uni,* scri-
ptum est in Esaia, & quod consotum est erupit in regulam. Semper sic
ab initio processit diabolus, vt semina iaceret nouitatis, vel oua ad fo-
uendum proponeret, nouitia, s3. & inaudita in Ecclesia, quæ postea ca-
lore æstuantium ingeniorum, vel potentia Principum foræ, paulatim
antiquitate contempta in apertas hæreses proruperunt. Non illicò ad
abnegationem Dei processerunt impij, sed quibusdam gradibus in a-
postasiam terminarunt, videlicet à probabilitate, & verisimilitudine
ad peruersa dogmata, ab his ad indifferentiam, & adiaphoritam, vè-
ditando Ecclesiæ, & Conciliorum decreta pro rebus indifferentibus,
& pietati non præiudicantibus, donec ad nudum nomén inuicem sa-
cro sanctæ fidei plerophoriam, apud dementatas mentes redigerent.

NICEPHORVS. cum ergò tot tantaque pericula possit parere
attentata nouitas, nedum in rebus, sed etiam in uocibus nouandis, mi-
ra, & sollicita debet esse cautela, quod & hoc exemplo manifestum
fiet. lib. 8. c. 42. Fuit quidam Triphilius in Cypro Episcopus, humanæ
litterarum eximius professor, qui cum Episcoporum hortatu ad
populum verba faceret, offensus ruditate dictionis (illud autem ex-
ponebat. *Surge tolle grabatum tuum, & ambula*) pro grabato lectu-
lum posuit. Quod molestè ferens Spiridio Trimmythundis Cypri Epi-
scopus; *Num tu quidem,* inquit, *præstantior es eo, qui grabatum dixit;*
ex Episcopali Sede exurgens, factum, & supercilium, qui oratione noua
, & affectata sese efferret, obiurgauit. Quid in eos, qui passim nouas
res, & frequentissima noua uocabula, & affectata, rem non explicantia,
sed obumbrata à uasra, & subdola mente, & ad fallendum adaptata in-
ueniunt, non eructaret?

CÆLESTINVS Papa (Lerin. c. 43. referente, & exponente eodem
S. Vincentio LERIN. *Ergò corripiantur huiusmodi, non sit eis liberum
habere pro uoluntate sermonē.* Hic aliquis (subdit Lerin.) *fortasse ad-
dubitet, qui nam sint illi, quos habere prohibeat liberum pro uoluntate
sermonem, uetustatis PRÆDICATIORES, an nouitatis inuenteres?*
Ipse dicat, & dubitationem legentium ipse dissoluat, sequitur .n. Cæ-
lest.) *Desinat, inquit, si ita res est .i. si ita est, ut apud me quidam
Vrbes, & Prouincias uehras criminantur, quod eas quibusdam no-
uitatibus consentire, uoxia dissimulatione faciatis: desinat itaq; in-
quit, si ita res est incessere nouitas uetustati.* Ergo hæc (subdit Lerin.)
fuit B. Cælestini beata sententia, non ut uetustas cessaret obruere noui-
tatem, sed potius nouitas desineret incessere uetustatem.

Exa-

Examen VII.

Contra Septimam Propositionem.

BASILIVS ait de Spiritu S. c. 7. mira hæc temeritas, vt discipuli supra Magistros se efferat, et nouelli elato supcilio. Certè istorum verba sunt ex noua sapientia iniusta ab ipsiis, qui in artificio, pugnisq; verborum potiti sunt. Proinde quod à maioribus nostris dictum est, & nos dicimur.

PACIANVS ep. ad Sympronianum. Quid? parua nobis de Apostolicis viris, parua de primis Sacerdotibus, parua de Beatis. Cypriano Martyre, dicas etiam Athanasio, vel Gregorio, currit auctoritas? An volumus docere Doctorem? an sapientiores illo sumus, & spiritu carnis inflammamur aduersus eum, quem aeterni Dei testem nobilis cruorum, & clarissima passionis corona produxit? Quid tot earum paruum Sacerdotes, quos per totum Orbem eum eodem Cypriano pax una solidauit? Quid tot annos Episcopi, tot Martyres, tot Confessores? Age si illi usurpando nomini huc auctores non fuerunt, nos idonei erimus negando? & nostram potius auctoritatem PP. sequentur? & emendanda SS. cedet antiquitas? & iam putrescentia vitijs tempora canos Apostolica antiquitatis eradent?

PETRVS VENERABILIS ep. contra Petrobusia. Non paruum, vel in Regno Dei Calorum, vel in Ecclesia Dei locum Doctores tenet Ecclesia Dei: cum vel de Regno Calorum, vel de Ecclesia Dei dicas ipse Deus. Qui fecerit, & docuerit magnus vocabitur in Regno Calorum. & Apost. in epist. ad Corinth. in sublimi, hoc est tertio post Apostolos, & Prophetas gradus eos constituit: tum dicit quosdam quidam posuit Deus in Ecclesia primò Apost. secundo Prophet. DD. deinde virtutes, &c. Audite igitur quicumq; talium aliquid animo versatis: audite magnos Sanctos, & post Apostolos, & Prophetas præcipuos DD. Ecclesia, & si filij eorum estis, Patribus, si discipuli Magistris acquiescite, nec quamlibet acutos, qualesbet subiles intellectus vestros præpostero ordine eorum velitis sensibus anteferre: quia vt veritas ait, perfectus omnis eris, si sit sicut Magister eius.

LERINEN. Si hæc vox nouitia ad nouitates introduendas recipiatur, necesse est, vt fides Beatorum Patrum, aut tota, aut certè magna ex parte violatur c. 33. exemplo enim Nestorij vnusquisque Magistellus dicere posset, se penetrasse melius, quod Patres veteres nec penitus agnouerunt. vnde Patres Concilij contra eum talia protulerunt c. 41. Inuerti sumus in Nestorij sceleratam præsumptionem, quod

sacram Scripturam se primum, & solū intelligere, & omnes eos ignorasse iactaret, quicumque ante se Magisterij præditi divina eloquia tractassent: vniuersos scilicet. Sacerdotes, vniuersos Confessores, & Martyres, quorum alij explanassent Dei legem: alij verò explanantibus confessissent: totam postremo, etiam nunc errare, & semper errasse adseueraret Ecclesiam, quæ ut ipsi videbatur, ignoros, erroneosque Doctores, & sequuta esset, & sequeretur. Id ipsum, & alij Hæreticorum iactarunt, se supra Magistros sapere gloriantes, & primitus illis veritatis lumen effulxisse.

ADVOCATVS. Sed nonne scriptum est: *super senes intellexi*, quod ergo inconueniens sequitur, si alicui nuper datum sit, quod nec in veterum Magistrorum mentem deuenit.

AMBROSIVS in Pf. 118. ex Ecc. 8. Ecc. 32. *Non mihi videtur se ipsum laudare Propheta, & præferre senioribus cum legerit. Non te prætereas narratio seniorum, ipsi enim didicerant à Patribus. Næc & alibi Sirach dixit sapientia? Vbi sunt senes, ne multum loquaris. Sed nouis quibus se præferat senioribus, inueteratis scilicet in peccato, & ueterano impietatis, atque senio perfidia delirantibus.* Sed & aliud est, loqui super senes, aliud contra, vel præter senes. Supra senes loqui possumus, hoc est innixi humeris gigantum, laquearia attingere, innixi Patrum doctrinæ, obscuras conclusiones, quas non attigerunt explicare; præter autem, vel, quod peius est, contra senes obloqui, est pietatis viam obferare.

ADVOCATVS. nonne scriptum est Ecc. 37. *Anima viri sancti enunciat aliquando vera, quam septem circumspicis sedentes in excelso ad spectandum.*

LERINENSIS c. 37. scripturis perperam adductis Christum Dominum ausus est tentare diabolus dicēdo. *Mitte te deorsum, scriptum est. n. & e. idem nunc per suos antea ambulones pronunciat, & dicit Orthodoxo. Filius Dei esse vis, & hereditatem Regni celestis accipere mitte te deorsum. i. ex istius te sublimis Ecclesia, quæ etiam templum Dei putant, doctrina, & traditione (Patrum doctrina) dimitte. Adhæc si quis interrogat quempiam hæreticorum, sibi talia persuadentem. Unde probat, unde doces, quod Ecclesia catholica (Patrum) vniuersalem, & antiquam fidem dimittere debeam? statim ille. Scriptum est enim, & continuo mille testimonia, mille exempla, mille auctoritates parat de lege, de Psalmis, de Apostolis, de Prophetis, quibus non, & male more interpretatis, ex arce catholica in hæresis barathrum infelix anima præcipitetur. Iam verò illis, quæ sequuntur promissionibus miro modo incautos homines hæretici decipere consueuerunt. Audent etenim polliceri, & docere, quod in Ecclesia sua. i. in communionis sue conuenticulo, magna, & specialis, ac planè personalis quædam sit*
Dei

Dei gratia, adeo ut sine ullo labore, sine ullo studio, sine ulla industria, etiam si nec queratur, nec pesant, nec pulsant, quicumque illi ad numerum suum pertinent, tamen ita diuinitus dispensentur, ut Angelicis euecti manibus .i. Angelica protectione seruati, nunquam possint offendere ad lapidem pedem suum .i. nunquam scandalizari. & c. audent quoque se super omnes sapere, scripturas extorquentes, efferre, dicendo c. 26. Venite ò insipientes, & miseri, qui vulgo catholicis vocitami, & discite fidem veram, quam prater nos nullus intelligit, qua multis ante seculis latuit; nuper verò reuelata, & ostensa est, sed discite fortim, atque secretim i delectabist .n. vos, & c. & iterum. Nobis auctoribus, nobis Principibus, nobis expostoribus, damnate qua tenebatis, tenete qua damnabatis, reſcite antiquam fidem, paterna instituta, maiorum deposita, & recipite & c. que nã illa iadè horreo dicere, sunt .n. tam superba, ut non modo affirmari, sed ne refelli quidem sine aliquo piaculo posse videatur. non fuit Anonyme hæc propositio. in mente tua solum orta; nam V Vitcleph simile protulit apud Valdensi. 1. lib. 2. a. 3. c. 77. dicens. Certum videtur, quod vnus idiotam mediante Dei gratia plus proficit, quam multi graduati in scholis, suæ collegijs; imò tua propositio amplior, quàm idiotam, & simplicem super Theologos ille efferat, tu super PP. addito scripturæ testimonio superextollis. & nescis (ex Glossa ordinaria) ibi sermonem esse de anima viri sancti prædita dono sapientiæ, qua consiliarios, & mundi sapientes excedit, non autem, quod supra sapientissimos Patres, in quibus tum sapientia, tum scientia Theologica, quæ scientia Sanctorum dicitur, simplices sapiant, & intelligant.

ADVOCATVS. Sciuit barbarus Madianita nomine Iethro res ordinarias, quæ tamèn Moyſi mentem effugerunt, & si miraculis, & reuelationibus præditus esset. Multæ prærogatiuæ huic Prophetæ cõcessæ sunt; minores verò denegatæ; tardæ .n. fuit linguæ, & impediti sermonis. Similiter, & multas Deus reliquit veritates non manifestas, quas & paruuli indagare, & assequi possunt.

GREG. in 1. Reg. c. 16. *Moyſes tam plenus extitisse dicitur; Num: 11. ut de spiritu eras Dominus tulisse, & alijr dedisse doceatur.* Fuit autem iste spiritus etiam sapientiæ, & scientiæ ad alios regendos. nec repugnauit prudentiæ politicæ Moyſi, ut loceri sui consilium auscultaret, ex c. 9. lib. 4. *Habent enim propriam mentes humilium, ut spiritualia dona habeant, sed in his, quæ habent se non attendant; ideo S. Spiritus, qui dona tribuit, ea eis, ab extimatione tollit, ut in virtute conuersationis hæc habeant, & tumorem elationis nã habeant.* ibidè. præterea etiam, quod sciebat, eratq; omnibus notissimum, ac si nesciret (cum tamèn esset, scriptura testante, eruditus in omni sapientia Ægyptiorum) concilium Iethro auscultauit. Porro ex linguis impedimen-

to tantum abest, vt Moysis sapientia obfcuretur, sed inde magnam colligimus sapientiam ex illo effectu; nam vbi cū Deo locutus esset dixit (in Ezech. Ho.8.) *Ex quo n. locutus es ad serum tuum impeditioris, & tardioris lingua sum, ac si aperte diceret. Postquam a te verba vite audio, confusum me in verbis prioribus agnosco, &c. & Daniel sublimem visionem videns per plurimos dies elanguit, & egrotavit, quia & hi qui in virtutibus fortes sunt, cum altiora Dei conspiciunt in sua sibi met extimazione infirmi, atq; imbecilles fiunt, qui etiam defectus, & si ex natura Moyſi congenitus esset, non fuit correctus à gratia, ne super id quod superioré se vidisset in se, super alios se extulisset. Quanto melius esset Anonyme cum Moyſe balbutire, quā cum ceteris sapientibus garrere, vel cum Iacob claudicare, quā Esau audaciam habere, & manus contra chorum Patrum, & Ecclesie Magistros armare.*

CASSIANVS de incarnat. Domini c.30. Semper per eadem ferrā reciprocas, sed super reliquos patres tuum Anonymum posse sapere, & intelligere insidiosè vis inferre. Tace *impudentissimè, catholice, & sancta plebis grauis, & excitoſa contagio;* tace inquam nec in Ecclesia loqui audeas. Tu ergò, *emendator priorum anistitum? tu conditor veterum Sacerdotum? tu Gregorio excellentior? tu Nectario probator? tu Ioanne præstantior, omnibusq; orientalium urbium Sacerdotibus? qui & si non eiusdem nominis, cuius hi, quos nominavi, eiusdem fidei fuerunt. Quod quidem quantum ad causam hanc pertinet, sufficit: quia cum de fide agatur, omnes in eo idem sunt quod optimi, in quo consortes sunt optimorum; sufficit tibi horum pro rerum imitatio, non sublimis super ipsos affectata iactatio: in summa, rerū non adeptio tantum, sed imitatio etiam ipsa laudanda est, quia nunquam ferè aliquis eius rei portione ad plenum caret, ad quam suadere, & peruenire contendit.*

BERNARDVS ep. 190. si his documentis non acquiescis breuī compendio in præceptis laberis; nam iisdem vestigijs ambulauit Petrus Abailardus, qui *Ecclesiasticorum DD. vnā de hac re dicit esse sententiam, & ipsam ponit, ac spernit, & gloriatur se habere meliorem, nā veritas, cōtra præceptum sapientis transgredi terminos antiquos, quos posuerunt PP. nostri.*

ADVOCATVS. iuste quidam essent hęc repulsę, si Patrum auctoritatem enuerarem, vt faciunt hæretici, sed nos recipimus SS. Patres; verum hanc opponimus exceptionem, quod sæpe contingit, inferioris notę homines illa scire, & attingere, quę oculos PP. effugerunt.

BASILIVS Eunomij contra quem disputauit hæc erat similis causatio; summis enim laudibus Patres efferebat, sed suorum oblitus verborum

borum exceptiones ponebat, nimirum quod *simplicior erat fides, & omnium communis, qui aut esse, aut videri Christiani cupiant*; nimirum illa, quam ipse contra Patres tradebat, & quæ Patres effugerat, cui ergo quòdam vt respondi, respondeo. *Quid ais? pia illa Patrum traditio, & amussa (vt ipse appellabas) & regula, & id quo iustus iudicatur, instrumentum rursus fraudis, ac simulati artificij, cæteraq; huiusmodi nuncupabitur? si. n. ys, qui verè Christiani sunt, non accommodatur, sed ys qui videri, quàm esse malunt; q. id nam aliud quam quod dictum est, de ipsa putare conuenit? Qui igitur nisi demens diceret, & amussim veritatis, hostibus veritatis? Nam qui appellari Christiani quam esse verè maluerunt, cum, vt multos seducant, hanc simulationem subeant, longè profectò ab omni, quod rectum est, atque ab omni veritate absunt. Quare vti obliquum nunquam dirigetur, vt apud Ecclesiasticum legitur, sic ea quibus veritas indicatur, ys qui mendosam vitam elegerunt nunquàm conuenient, quamuis huic videatur; quo autem rursus ipsam carpit, eo adiuu sibi ad oppositio- nem eius subaperiat. Quapropter eandem, & regulam appellat, & certioris indigere additionis confirmat, quod summe ignorantie signum dicerem, si cui gratum fore putarem etiam hoc subostenderet. Regula .n. & amussis (ò doctissime tu) in quàm nihil eis deest, vt sint huiusmodi nullam quæstionem suscipiunt: nã cur aliquid deest, illi additio congruit, quæ verò imperfecta sunt, nunquàm rectè amussis, & regula appellabuntur non inibus. 1. con. Euno. Vel ergò similis nominis cù Euno. illo, ne videaris conuenire in dogmate, confitearis necesse est, si Patres recipis, vt regulam dogmatum, vt in omnibus, & per omnia in materia dogmatica; cum illis sapias non contra illos; vel si in aliquo excipias, in quo tibi licitum sit contraire, vtpote non illis, sed tibi reuelato desuper, vt non infallibilitatem, sed tortuosam quandq; esse earundem autoritatem, cum concorditer in dogmate tradendo conueniunt, ac proinde dum eorum autoritatem fingis te recipere, simulato mendacio, fraude, & artificio, in eorum autoritatem confis- res, altera manu, vt dicitur, ferens lapidem, altera pauem.*

CASSIANVS. Si videretur Anonym. concordare cum Eunomio non est amplius laborandum 2. de Incar. c. 1. *Nam sufficere debet ei ad excipiendam iusta damnationis sententiam priorum hereticorum iusta damnatio: quia cum easdem radices habeat, atq; eiusdem scrobibus emergat, satis iam in authoribus suis ipse damnatus est, maximè cum id ipsum, quod ipsi asserunt, etiam hi, qui proximè ante hos malè secuti sunt, benè condemnarint, vt sufficere his abundè iam in alterorum suorum exempla debeant, vel horum scilicet, qui emendati, vel eorum qui condemnati sunt. d; emina corrigi queunt, habent*
in

in suorum correctionibus melioram: si corrigi non queunt, habent in suorum damnatione sententiam. Sed quando hæc exempla deessent 1. lib. c. 6. præiudicium secum damnationis exhibuit, qui iudiciū vniuersitatis (Patrum) impugnat, & audientia locum non habet, qui a cunctis statuta conuellit.

GELASIVS ep. 3. ad Honor. *Quid ergo tendimus ultra definita maiorum? aut cur nobis non sufficit, si quid ignorantes cupiamus, qualiter ab Orthodoxis PP. & senioribus singula quæq; vel vitanda præcepta sunt, vel aptanda catholice veritati? Cur non his probatur esse decreta? nunquid aut sapientiores illis sumus, aut poterimus firma subtilitate constare. si ea, quæ ab illis constituta sunt subruamus, & c. O si studerent (aduersus hæreticos) maiorum nostrorum libros, responsa; cognoscere; illic modis omnibus cerneretur, nihil esse prorsus, quod ab istis fuerit ventilatum, & ab illis non fuerit magna veritate contritum; siue quantum attinet ad scripturas, & dogmata tradenda, vel mores informandos, vel non sufficienter expositum, vel fideliter consignatum, vel non rationabiliter sancitum, & expressum.*

Examen VIII.

Contra Propositionem Oslauam.

BASIL. in Prouerb. Nescio discernere an in Anonymo maior sit nequicia, an astutia, qui cum hucusque apertissimo Marte Ecclesie Doctores adorsus sit, modo eisdem mira, & fucata calliditate, ita odio exponit, vt repugnent Doctoribus Populi credere, illisque erudiendos se tradere, quum audiunt catholicos, eorum scripta (quod tamen nunquam somniarunt) scripturis canonicis adæquare. Certè (in Prouerb.) *improba astutia Israelitas deciperunt Gabaonite. Versus est astutia mala, & Absalon, qui equitatis specie subditor, & rebellium multitudinem in patris perniciem cogit.* Non secus sub specie fæderis, pietatis, vel Religionis, vt Gabaonite, vel Absalon procedunt isti, qui vt fucum faciunt SS. Thomæ, & Bonaurentis simulantur contraire (singendo fædus cum reliquis Doctoribus, vel pietatem erga canonica scripta) eo titulo, quod à suis discipulis (vt fingunt) eorum opera, cum diuinis oraculis parificentur: bis tamen profani, bis impij, ex fictione, & mendacio, & subdola impietate; illa, imponendo DD. tam selectis, tam turpem notam ista, vt nullam deinceps monstrent habere authoritatem (vel ad summum non tantam) si parem illis cum scriptoribus canonicis, tribuerint authoritatem: & ex impari Doctorum, & Canonicorum Scriptorum (vt

re

rè est) malè colligant, Patribus, & DD. infirmam debere esse auctoritatem, cum in summa arce auctoritatis canonicos Scriptores fateamur esse locatos.

LEO MAGNVS serm. 4. de incarnat. non nouum est hoc sub boni specie, pietatis dogmata adoriri. etiam Manichæi multa bona simulant, contra quos scripti, quod *speciem pietatis, & castitatis sibi assumunt, sed hoc dolo actuum suorum obscæna circumtegunt, & de prophani cordis penetralibus, iacula, quibus simpliciter vulnerentur, emittunt, ut sicut ait Propheta, sagittent in obscuro rector corde.*

AVGVSTINVS ep. 19. ad Hier. satis tritum est in Christiana schola, & iam olim à me dictum, in canones digestum est, quod *solis eis scripturarum libris, qui iam Canonici appellantur, didici hunc timorem, honoremq; deferre, ut nullum eorum authorem scribendo aliquid errasse firmissimè credam. ac si aliquid in eis offendo litteris, & videatur contrarium veritati, nihil aliud, quam mendosum esse codicem, vel interpretem (nempe priuatum) non assecutum esse quod dictum est, vel me minimè intellexisse non ambigam. Alios autem ita lego, ut quantumlibet sanctitate, doctrinaq; præpolleant, non ideo verum putem quia ipsi senserunt: sed quia per illos authores canonicos, vel probabili ratione, quod à vero non abhorreat, persuadere poterunt.* Sed hoc de priuatis DD. accipiendum; nam de communi sensu Patrum in materia dogmatica cum traditiones proferunt, aliàs etiam dixi, & fides Patrum sic defenditur, *sicut contra impios, & Christi professores inimicos etiam ipsum defenditur Euangelium.* 2. contra Iul. cum enim de traditione, seu de verbo Dei non scripto per manus PP. tradito constet, maximè Ecclesia decernente, æqua agraphi, & scripti verbi ratio decurrit. Cæterum cum de aliquo particulari Doctore sermo est, ut etiam dixi: *hoc genus litterarum ab auctoritate canonica distinguendum est, non .n. sic leguntur, cum in dogmate tradendo non conspirant, tãquam ex eis ita testimonium proferatur, ut contra sentire non liceat, sicubi fortè aliter sapuerint, quàm veritas postulet.* ep. 48. ad Vincentium. Quæ cum ita sint per se nota nedum in scholis, sed etiam in populari multitudine; mirum est, quod nouandi cupidus architectus tam crassam ignoratiam Orthodoxis attribuat, quod docuerint, Patrum, aut Doctorem volumina sacris voluminibus adæquari.

ADVOCATVS. Ipsa luce clarius est adeò pugnare quosdam pro Thoma, vel Bonauentura, tãquam pro aris, & focus certarent.

BASILIVS 1. contra Eunom. Videat Anonymus, & audiat eius Advocatus, quam iisdem gressibus incedat, ut fecit olim Eunomius: ille enim quondam snxit hostem quem feriret, sic nullo eum oppugnante, responsiones edidit: *ut in specie responsionis doctrinam suam*

componeret, &c. quasi necessitate propter calumniantes ad hos sermones venerit. & hoc modo, auditorum benevolentiam (venatur) quæ fitio inde facile deprehensa, quod cum huius causa, quam dicere simulat, accusatorem nominare habuerit neminem, accusatoris persona relicta, ad respondendum aggressus. Nec ex clementia nominatis eos, qui sibi molesti erant dicere abstinuit, cum omnes, qui aliter quam ipse sentiat, laceat: verum aperte mentiri, & certas accusatorum personas adducere, dedecus sibi putavit: Nam si nuncupare aliquos posset, dixisset profectò, & exclamasset, &c. qua ergò de causa, quando scribebat reticuit? Nunc interrogetur, nunc respondeat, qui sunt, qui eum incusarunt? qui sunt, qui prius detrahendo, necessitatem sibi respondendi effecerunt? qua ex parte Orbis terrarum venerunt? qui fuerunt iudices? apud quos certamen hoc subijt? quod in iudicium hæc accusatio delata fuit? &c. Quam ergò necessitatem respondendi tunc habuit? sed ut arbitror, etiam si voluerit mendacio uti, non poterit. Quare nihil verius, quam hunc dicendi modum ad decipiendum ab ipso excogitatum fuisse. Sed hæc hæcenus.

Nò dissimiliter Anonymus aduocato accidit; quasi .n. ad retudédã audaciam imaginatorum Doctorum, sequentium, ut fingit, scripta Doctorum cum scriptoribus canonicis in aula se constituit, omnesq; nervos intendit, ut à recte existimationis, & fame, quam ob doctrinam sibi compararunt, arce deiiciat, ideoque ad iudices veritatis eos accusat, ut emulorum gratiam, & benevolentiam aucuparetur. Qui verò sint isti contra quos pagnat, aerem verberans, non designat, quos utique designasset, si reperisset huius inanditi paradoxo reos. Ergò nunc interrogetur Anonymus de authore tam perniciosi dogmatis quis fuerit, quibus libris sit exaratum, vbi predicatum. Certè etiam si mendacio uti voluerit, nec poterit: quare consequens est, hunc dicendi modum versipellem ad seducendum, decipiendum, è gradu suo Doctores illustres eiiciendum sub titulo imaginatorum hostium, recenter excogitatum. Quare sic, ut naturale omnibus hominibus lacescit patrocinari, & aduersarios calumniantes repellere; ita oportet pro DD. traductis patrocinium suscipere, & calumniatores etiam in imaginatos hostes exemplare.

ADVOCATUS. Nimia est ista correctio, in accusatorem inuehi, & de mendacio criminari, & si ex zelo recurrentem ad iudices veritatis, & doctrinæ, qui etiam si finxerit imaginatos hostes, de periculo potuit iudices aduertere, & facere cautiore.

S. BASILIUS. Hom. quod Deus non sit author malorum; *Talia facientes, diabolum imitantur; diabolus verò dicitur, quoniam idem, & in peccato nobis cooperatur, & accusator noster est.* Cui ita proprium est mendacium, ut mesiq; ejus serus, & genitura appellari possit, cum
 dia

diabolus pater mendacii nuncupetur. Quare quicquid veritatis, & fraudes imitantur, & mendaciorum sunt fabricatores; mendaces quoque sunt, de quibus dicitur in Ps. 114. *mendaces filij hominum in stativis, & sunt quoque illi falsa habentes anima iudicia, quos, & Propheta deflet dicens: vobis dicentibus tenebras lucem, & lucem tenebras, amarum dulce, & dulce amarum.* Tales fuerunt Magistri erroris tum veteres, tum recentes, qui mendaciorum plaustra onerant, & in Academicis catholicorum exonerant, & Ecclesie Magistris imponunt, quæ nec per somnium cogitarunt, ut in gravissimum odium, & invidiam catholicam Religionem adducerent, & suos errores occultarent.

HADRIANVS PP. 5. q. 6. c. 10. & quia iux. *canonicas Patrum sententias, qui calumniam illatam non probat, penam debet incurvere, &c.* item *qui alijs falsa intulerit, puniatur, & pro falsitate ferat infamiam.* luce ergo clara convertum est, nullum catholicum tractatorem, differentiam PP. & Scriptorum Canonicorum ignorasse, & oppositum impostoris docuisse: quare non est nisi manifesta calumnia aduersantium, qui fingentes impugnare hoc paradoxum, quod fingunt, pena canerent, & in rectè, & orthodoxè dicta, caprata benevolentia tanta audacia sub specie zeli irrumperent, quo extento collo, & manu in umbras prosliterunt repellendas, in Sanctum Thomam iacula dirigentes. Pro Sancto verò Thoma sic loquitur Innocentius.

INNOCENTIUS V. in serm. qui incipit, *ecce plusquam Salomon hic.* Huius DD. sapientia *pro cæteris (excepta canonica) habet proprietatem verborum, modum dicendorum, veritatem sententiarum; ita quod qui eum tenuit, nunquam inuentus est à veritatis tramite deviasse, & qui eum impugnavit, semper fuit de veritate suspectus.* Canonicam ergo scripturam semper excepimus, & adhuc à nemine equiparatas audiuimus, nisi à delatoribus ad iudices veritatis, falsò accusantes, falsò criminantes, ut meritò talionis pena affici debere pronunciatum sit.

Examen IX.

Contra Nonam Propositionem.

HILARIUS. lib. II. de Trin. *Non ambiguis nos, & erraticis indefinita doctrina studijs, Deus per Apostolum, loquens, vna fides, vnum baptisma, dereliquit, vel incertis opinionibus ingenij humana permittit, statuis per se oppositis obicibus, libertatem intelligentiæ, voluntatisq; concludens, ut*

Sapere nonnisi ad id tantum, quod predicatum a se fuerat, nos sinneret, cum per definitam fidei indermutabilis constitutionem credi aliter, atque aliter non licet. Sola ergo fidei constitutio ad credendum cunctos adstringit sub poena perfidie, nec enim possumus esse arbitri Religionis, cum Religionis opus in obedientia consistat officio. lib. 1. aliorum verò Doctorum placita sub discrimine salutis æternæ recipere nequaquam astringimur; vnde nonnisi impostura est, quod Thomistis, vel Bonauenturistis in omnibus, & per omnia sit credendum, & sub lethali culpa eisdem esse acquiescendum.

S. CYPRIANVS. in causa quæ ante plenarij Concilij definitionem circa anabaptismum hæreticorum nobis videbatur indifferens, & arbitraria, sic cum collegis meis scripsi ad Stephanum Rom. Urbis Episcopum ep. 72. ad Steph. Papam. *In hac re, nec nos vim cuiquam facimus, aut legem damus; cum habeas in Ecclesie administratione voluntatis sue arbitrium liberum unusquisque præpositus rationem actus sui Domino redditurus.* Quantò magis nemini in arbitrarijs, & adiaphoris præiudicandum insinuaui? cumque hic sit communis Orthodoxorum sensus, satis insipienter tribuitur discipulis Bonau. & S. Doctoris, quod ingenia hominum captiuent, vt in iis, quæ ad fidem non pertinēt, nullus Thomæ, vel Bonauenturæ possit refragari.

ADVOCATVS. Id ex zelo Anonymi videtur processisse ne alix scholæ claudantur; ad tantam enim altitudinem quidam scripta S. Th. extulerunt, vt etiam iurarent in verba Magistri. non certè id facerent, si non in omnibus, & per omnia Doctori Angelico esse credendum existimarent.

NAZIANZ. de pace orat. 1. *Peruidet zelus, clemens spiritus, benigna charitas, vel potius ipsamet benignitas, æquanimis spes, zelus accendit, spiritus mitigat, spes expectat, charitas constringit, nec bonum quod in nobis est dissipari, ac diffuere sinis, quamuis aliqui fluxe, fragilisque nature simus, atque tribus vnum, aut cum nobis inest manes, aut cum conuulsa, labefactataque est, in integrum restituitur, aut cum abscissit reuertitur, non secus ac planta, quæ manibus per vim abstracte, simul atque missa sunt. statim ad sese, suamque primam naturam reuertunt.* Sed zelus adeo ardens tui Anonymi est, vt non constringere velit diuersa sentientes, etiam si id impune in adiaphoris, & arbitrarijs fieri fas sit, sed magis distrahere, vnamque Academiam contra aliam plus æquo extimulare, Scotistas contra Thomistas, & scholam S. Th. inuisam reddere, vt pugnantis ad inuicem veteribus scholæ, Thomistica, & Scotica, tertius subintraret, & nouam suam cathedram erigat; timebat enim fortè faciliorem repulsam passurum, si iunctas dexteram reperisset: quare dolo, machinis, calumniis concordiam harum veterum scholarum adorsus est.

AD-

ADVOCATVS. Non hoc nouum; nam etiam sciens Paulus in Act. 25. quia vna pars esset Sadducęorum, & altera Phariseęorum, exclamauit in Concilio. *Viri fratres. Ego Phariseus sum, de spe, & resurrectione ego iudicor: & cum hac dixisset, facta est discussio inter Phariseos, & Sadducęos, & soluta est multitudo.* Scitę etiam, & ille. *Noli pugnare duobus.* Catull. in epitalam.

CHRYSO. in eum locum. Magna certę est differentia; impietas enim tunc certabat cum Orthodoxia, hæresis Sadducęorū cum catholico dogmate Phariseęorum; nimirum resurrectionis, in quorum partem catholicus Paulus inclinate debebat, quod & præstitit: *unde seditione orto, scriba depugnabant dicentes. neque malum inuenimus in homine isto. Vidit, & adit tribunus, quod illum a criminibus excusarent Pharisei, & sententiam tulit pro illo, & maiori cum fiducia eripit eam, & hac quę dicta a Paulo, plena erant sapientia.* At nunc catholicorum non dogmata cum impietate, sed pietas salua pace charitatis, cum ipsa pietate decertat; nimirum de deductionibus conclusionum ex principis, & dogmatibus. & non zelo, sed inuidia periculis. Anonymus inter duas has inclytas, & famigeratas scholas iurgia seminat, & qui medius sedem suam vult collocare, nec cum hac, vel illa parte concurret, sed virgulam censoriam arripiens, modo Thomamodo & eorum vult verberare, vt nec Thomista sit, neq; Scotista, sed sit velut vespertilio Æsopicus, qui alitibus se adiungens, contra quadrupedia militet, & sub castris quadrupedum in aues insiliat.

IRENEWS. his adaptari potest, quod olim scripsi de mulieribus quibusdam à Gnosticis delusis, atq; corruptis, quę nec amplius illis adhærebant, nec ad pœnitentię lamenta festinabant, quod nec foris, nec intus essent lib. r. c. 9. quod iis accomodatum est, qui hærent inter sacrum, & laxum, hoc est, qui neutrales nemini adhærent.

NAZIANZ. in Apolog. imò, & hoc designauit quondam quę sunt iij. qui sermonibus omnibus, magistrisq; sese subijcunt. *Itaque ex omnibus id quod melius certiusq; est elocturi, ac sibi ipsis hoc est malis iudiciis confidentes, à disertis postea verbis, & ad persuadendum comparatis subinde cę, cumferuntur, atq; versantur, omnibusq; sermonibus ob-uti protriq; Doctoribus permutatis, etc. doctrinas se-ctidiunt.* Omnia irridentes, & aspernantes.

ADVOCATVS. Et hæc pugna Scholastica, & nouarum cathedrarum erectio, satis diuersitatem ingeniorum attestatur, & demonstrat, tantum ergo abest, vt Anonymus taxandus veniat, va ex noua inuentione coronis sit redimendus.

HIEROTHEVS. Date veniam Patres, vt contra versuciam de humana sapientia venientem, etiam aliquid proferam quod ex seculi litteratura depromptum. Videre mihi videor rursus per Anonymum, Sin-

ris

nis artes innouari; variis enim artibus antiquum Palladium submoueri procurat, & illius loco, equinam illam machinam nouarum rerum sub Græcanica multitudine denotatam, intra mœnia collocari, vt Troia caperetur, & destrueretur, cuius consilii executores.

Tydides sed enim, scelerumq; inuentor Vlysses,

Fatale aggressi sacro auellere templo

Palladium, cæcis summa custodibus arcis

Corripuere sacram effigiem, &c.

Et hanc imitatus Anonymus, cæcis PP. custodibus murorum Ecclesie, veteres solennium DD. cathedras sensim amouendas meditatus. Sed peior astutia Teucrorum imprudentia; nouæ enim molis magnitudine multi alleciti, vetera fastidientes, aliis reclamantibus, machinam introducendam contendebat interim.

Scinditur incertum studia in contraria vulgus.

Siquidem

Talibus insidijs, periuriq; arte Sinonis.

Credita res.

Verum

At Capys, & quorum melior sententia menti,

Nouam, insidiosam, & insidias veriti, & velut canes venatici subodorati eam molem.

Præcipitare ixbent, subiectisque vrere flammis.

Aut terebrare cauas uteri, & tentare latebras.

Et proculdubio detectæ, si Laocoonis lancea cauas ligneas penetrasset: sed tandem illud consilium executioni mandatum, nempe

Duci intra muros hortatur, & arce locari.

Sic vos incauti, & male feriati Teucri

Diuiditis muros, & mania panditis vrbis

Instantes operi, immemores, ræcique furore

Et monstrum infelix sacrata fissitis arce.

Inde prodeuntes milites, Troiam incenderunt, & flammis absumperunt; Non secus euerso Palladio, in introductione nouæ machinæ elaboratum. Cuperent enim inexperti, nouitatibus dediti, nouam molem etiam si contra PP. saperent introduci; sed reluctantur sapientes insidias subolfacientes, verbi Dei lancea latebras insidiosas quatunt. Sed si nouitatibus plena moles, quod absit, introduceretur, bone Deus, in Ecclesiam ipsam insidiosos irrûere, sacra omnia contemnere, nihil intactum ab Harpyiarum manibus relinqui, omnia flammis absumi cerneremus. Sed ne Anonymus obiiiciat, me velle (vt obiiicit Nazianz. Inliano oratione 1. in Iulian.) allegoricas expositiones fabularum Ho-

me-

mericarum afferre ad nostra exprimenda, ac proinde per *Canum ad urbem ducere, aut per saxa, & scopulor ad litus contendere*. De nostro, & ex nostris loquamur, & diaboli astum ex Cypr. lib. de unit. Eccles. vitemus, qui videns idolatriam prostratam, & templa sua deserta, excogitavit novam fraudem, *ut sub ipso Christiani nominis titulo fallat incautos. Hæreses invenit, & schismata, quibus subverteret fidem, veritatem corrumpere, scinderet unitatem. Quas detinere non potest in via veteris cecitate, nempe idolatria, decipit novis itineris errore, &c. transfiguratur se in Angelum lucis, & Ministros subornat suos, veluti Ministros iustitiae, asserentes noctem pro die, interitum pro salute, desperationem sub obtentu spei, perfidiam sub pretextu fidei, Antichristum sub vocabulo Christi; ut dum verisimilia mentiuntur, veritatem subtilitate frustrerentur. radix vero tanti mali est, quæ ad veritatis originem non rediit, nec caput queritur, nec Magistræ celestis doctrina servatur, ut DD. & Pastores audiamus, retineatur antiquitas, novitas explodatur. Quæ si quis consideret, & examinet, tractatu longo, atque argumentis opus non est. Probatio est ad fidem facilis compendio veritatis.*

A DOVOCATVS. verè id pronunciareretur, si hæretica novitas introducenda.

HIEROTHEVS. etiam timendum ne novitæ adinventiones in rebus grauibus Theologicis tum speculationem, tum praxim concernentes; tandem in aenas erumpant Gnosticorum. Quare ut à simili cû Cyp. dicam ep. 62. lubricitas ingenii, *per omnia frenari à nobis, & regi debet, ne diabolo insidians, & servire cupienti ad nocendum detur occasio, quando & Apost. dicat: nolite locum dare diabolo. & ep. 4. Liberanda est vigilantè de periculosis locis navis, ne inter scopulos, & saxa frangatur. Exuenda est volociter de incendio sarcina, priusquam flammis supervenientibus concremetur. Nemo diu tutus est, periculo proximus. Nec evadere diabolum. Servus Dei poterit, qui se diaboli laqueis implicavit.*

GELASIVS PP. ep. 3. *Est quidem error ipse nefarius, tantò perniciosior ad subripendum, quanto ad fallendum verisimilitudinis colore versutior. Præstante Domino, adest fidei cath. pura veritas, concors uniuersorum PP. de prompta sententia, quæ & subtile virus summe prauitatis exponat, & humano generi salvando, conferat de scripturarum confessione medicinam. Nullatenus igitur discessionum rerum nondum abundantia corda conturbet, donec & occultum vulnus appareat, & saluatio singularis eluceat: quoniam iam quantalibet arte falsiæ, spiritus perditionis armetur, sancto gladio spiritus principalis, & detegitur; & necatur.*

Exa-

Examen X.

Contra Propositionem Decimam.

Hilarius lib. 6. de Trin. *Demonstrandum arguta malitia velamen, ut per quod se virus latens contegit, per idipsum proditum fit, & reuelatum, & ad blandientis veneni intelligentiam, publica conscientia sensus introeat.* Venenū sub istis verbis latere ex memorialis lectione, & ajs, quæ hucusque dicta sunt, satis monstratur; siquidem inter clarissimā luminaria Ecclesiæ, candelæ exiguæ volunt annumerari. Sapidum illius exteri dictum de huiusmodi.

*Omnes videmur nobis esse bellii
Et festiui, sarpeda quum simus.*

Illi enim veri sapientes dicebantur, hi putidi, & marcidi, qui Patribus aduersantes se sapere plus iactant, & cum non sint, ut dicitur, *Amicos tragædos emulantur*, cum ii, qui cum Reges non sint, voce, gestu Regiam maiestatem æmulantur. Callidi quoque demonstrantur, dum impetunt, quos fingūt dicere post ponendos veteres Bonauenturæ, & S. Thomæ ex Illustribus titulis, quibus duo hæc luminaria Ecclesiæ exornantur: & insuper commentantur nos dicere modernos alios contemnendos, ac si apud ipsos habere velint diuitem Deum & vnā candelā super aliorū sortem esse, cæteris extinctis: sed hæc contradic̄tio, & impostura est (ex lib. 8) [Proficit verò semper contradic̄tio stultorum. ad iustitiæ demonstrationem quia quæ ingenio insipientis &c. aduersus veritatem coaptantur: dum inconcussa, & immobilis est, necesse est, ut quæ è diuerso sunt, & falsā intelligantur, & stulta.]

LERIN. c. 27. *Quis est tam inuidus hominibus, tam exosus Deo, ut Religionis profectum prohibere conetur? quod fieret, si posteriores DD. tollerentur, & extinguerentur. Crescat igitur oportet, & multū, vehementerq; proficiat, tam singulorum, quam omnium tam vnius hominis, quam totius Ecclesiæ, ætatum, ac seculorum gradibus intelligentia, scientia, sapientia, sed in suo dumtaxat genere, in eodem s3. dogmate, eodem sensu, eademque sententia. ut non diuersa, & aduersa Patribus edoceant, sed iisdem consona, & consecraria, ut nihil in modernis DD. appareat, quod non in antiquis antea latitauerit, sicut apparet, quod eadem membra sunt iuuenum, quæ prius latentium, eadem effigies, ut nec additionem, nec mutationem eadem identitas patietur. c. 39. [ita etiam Christianæ Religionis dogma sequatur has decet profectuum leges, ut annis scilicet consolidetur, dilatetur tempo-*
rc

re, sublimetur ætate: incorruptum tamen, illibatumque permanset; & vniuersis partium suorum mensuris, cunctisq; quasi membris, ac sensibus propriis plenum, atque perfectum sit: quod nihil præterea permutationis admittat, nulla proprietatis dispendia, nullam sustineat definitionis varietatem.] Verum quia multi volunt addere, mutare, detrahere c. 26. [quasi non caeleste dogma sit, quod semel reuelatum esse sufficiat, sed terrena institutio, quæ aliter perfici, nisi assidua emendatione, imò potius reprehensione non possit.] mirum quod esse luminaria affectent Ecclesiæ, qui luminaria extinguere volunt, & faces se pro luminibus substituere.

AMBROSIVS. Differentia magna est inter nocturnas Iudeorum faces, & luminaria Sanctorum. illis exierunt Iudæi ad comprehendendum Iesum: sed bene res se habuit; nam tunc cum exierunt cum facibus, & laternis, *emerunt funus sepulchri sui*, & offenderunt in lapidè offensionis, & petram scandali. suis enim facibus utebantur, non quæ illos præirent, & offensiones, & foueas demonstrarent; caliginosa, & picea mixtura, luminis pabulum, lucè quoq; reddebat obscura; sed Doctorum lumen clarum est. in Pl. 118. *Super ea verba: lucerna pedibus meis verbum tuum. Lumen est, de quo scribitur, lumen iusti, semper inextinguibile, lumen autem impiorum extinguetur.* Hoc lumen erat lucerna, quæ lucebat in tabernaculo testimonij, hodieq; lucet in Ecclesia vir sapiens. Hic est oculus Ecclesiæ, &c. Hæc lucerna verbum Dei, prout à Patribus explicatur. *Sequamur ergò lucernam hanc, sicut lucernam, & sicut in nocte ambulemus ad lumen. Multa fouea, multi scopuli in istius seculi caligine non videntur. Præfer tibi lucernam, quam Propheta monstrauit, vide quo debes transferre vestigium, contuere ubi pedem ponere debes mentis interna, per singulos cura sit gressus, nulli credas tuum, nisi præcunte lucerna istius luce processum, & ubi putas, quod luceat, ibi gurgis est, videtur lucere, sed pobnit: & ubi putas solidum esse, vel siccum, ibi lubricum est.* Non sumus inuidi, ut unicam exhibeamus Anonyme lucernam, multas habemus lucernas, nempe Doctores Ecclesiæ, nullus catholicorum eas extinxit, ut vna, & sola, ut iocaris, remaneret. *Accende omnes, &c. quia multa sūt tenebra, multa sunt lucerna necessarie, &c. istas lucernas lex significauit semper lucere debere in tabernaculo testimonij (hoc est in Ecclesia) non illas quas accendunt Iudæi quotidie. Illa sub umbra lucent, et extinguuntur quotidie, quia quod faciunt non vident, quod legunt nesciunt, &c.* Ordo tamen est in omnibus, ut nec secundum situm, uel gradum omnes locantur, & inæqualiter lucem participant. Cauendum ergò ne vel priora, & antiquiora luminaria auferantur, ut detur nouis facibus locis, uel ita ponant in numerum noua, ut confundantur, & uetera, uel equaliter compareantur, ut nulla discernatur æqualitas.

29 **CHRYSOSTOMVS** in gen. Hom. 3. Ordo hic necessario servandus, quando etiam ordo celebratur initio creationis inter lucem, & tenebras. Nam suam cuiq; rationem distribuit. Nam ab initio cuiq; suos terminos præfixit, quos perpetuo absq; impedimento custodiret: id est cuilibet, qui mediocriter sapit, contueri licet, quando ex eo tempore usq; in illud præsent, neq; lux terminos suos transgressa sit, neq; tenebræ suū ordinē præterierint, confusione, & deordinatione introducta. Cavendum ergo est ne sub hac specis pietatis, novis luminibus antiqua luminaria adoriantur, vel confusione, & deordinatione introducta, dum pretendunt moderni esse luminaria summa, nec minora velint esse in Ecclesia, dum volunt æquiparari maioribus, & cum multa velint esse humana, nulla sint lumina, sed quid oportebat iocari de cædela Parascæves, & sub illa similitudine S. Thomam taxare, quasi pro illo commendatur, ut reliquis luminaribus extinctis, solus ipse remaneat. Impositura hæc est, quæ etiam in Sancti gloriam cedit. Chrys. Hom. 5. sup. 2. ad. Cor. *Quæ admodum .n. lucerna quando ipso illustris est, innumeras albas incendere potest, extincta vero neq; seipsam illuminat, neq; alias lucernas incendere valet, &c.* ita de hac sublimi lucerna illustri dicendum, quod etiam si per improbabile sola remaneret, innumeras incendere posset. *& flumen, quod in nobis est* [Ecclesiæ] Doctoribus, innumeros tam Doctores, quæ discipulos velut archæippo proposito faciemus. An hoc denegabimus S. Doctori Thomæ Angelico, qui in Doctorum sublimium recensitus est: choro tantum ambitio conatur prævalere, ut super alios velit præminere, maiora, & lucidiora obfuscare, si possit, saltem æquiparari si non possit.

IRÆNEVS lib. 3. in præfat. *Quæ admodum .n. serpens Evam seduxit, promittens ei, quod non habebat ipse, sic & multi sunt, præcedentes maiorem agnitionem, & mysteria inenarrabilia, &c.* Nunc autem quantum non ista sunt in vipers, extenditur malum in homines. *Eccl. 9. lib. 4. c. 20. Plantatus est Ecclesiæ Paradisus in hoc mundo. Ab omni ergo ligno Paradisi escas manducabis* ait Spiritus Dei, id est ab omni scriptura Dominica, secundum Patrum interpretationem, & sicut luminaria Ecclesiæ exposuerunt: manducate: superelato autem sensu, non accepto à PP. ne manducaveritis, neq; tetigeritis univर्सam hereticam diffensionem. *Ipsa .n. confitentur semetipsos agnitionem habere bonis & malis, & super Deum ipsum, qui fecit eas, iaculantur sensus suos impios, supra ignem se ipsas, quam sit mensura sensationis, Quapropter. & Apostolus ait. non plus sapere quam oportet sapere, sed sapere ad sobrietatem, ut non illorum hæreticorum manducationes agnitionem, qui dicebant se super Doctores; imò & Apostolos sapientiores, ut Gnostici, Manichæi, &c. Eam quæ plusquam oportet sapit, projectantur de Paradiso vita, in quem Dominus inducit eos,*
qui

qui obediunt praconia eius; admirum ut Doctoribus, quos in Ecclesia posuit, aurem accomodemus, & eorum potius optemus esse discipulis, & auditores, quam uelle esse eorum praecceptores, uel cum iisdem praecceptoribus consideremus.

LEO BYZANTIVS lib. 2. contra Eurych. & Nest. c. 2. 3. 4. Vetus haec quoque calliditas Nestoriana, & Eutychiana: Cum .n. illius sectatores nacti essent aliquem, qui Synodum reciperant, percontabantur quem nam ex Patribus solitus sit, & placeat tractare, & exercere, & deinde si forte respondeant, quos percontati sunt, aut magnum oculum Ecclesiae Ioannem, aut duo magna lumina, duos illos inquam Capopadacia, aut clarissimum Athanasium; illi continuo mutant personam, non .n. patiuntur ne nominari quidem solum: ne tamen in ipso primo congressu deterreat quae illaqueare uolunt, atq; ita auolet. hosi, inquit, sunt isti Patres, non tamen meliores, quam Nasrates; si uero rogas nomina, lege prius, inquit, & quanti sunt, quorum miser inquit nomina adhuc dedicisti, & ad sequendos illos novos contra antiquos, multa alia munera, & auxilia pollicentur, & primum gradum in Magistratibus, & eruditorum, quos habet concilium. O malorum immensitatem, non prius discedunt, quam succumbant; siue in scitiis, siue in uigiliis, siue in orationibus, quae cumq; illaqueare solent eos, qui uos omni cura uos suam custodiunt. Deinde postquam captiuos uentis, & obediunt in quibus uolunt, habet si monachus sit, hortantur ad legendos libros Gentilium, si tamē idoneus ad eos regulos uideant; & postquam simplicitate Ordinis Monasterii multum inueterat; quod nihil sit ieiunium, uel vigilia, uel secessus (si quidem uirtuti practicae .i. in abstinentia posita obiectant, & neq; nomen uisum pati possunt, aequo animo ad uiuendum habitum hortantur, quod si ad studium uirtutis potestatis .i. in ciuitate uersetur, impedimentum promittunt se in Ordine Clericorum cooptaturos, aut alio modo auxiliaturos, modo fiat pariter impietatis eorum; sin autē sit secularis, dona ei accommodata promittunt, non quidem uerum dicentes, hoc .n. est in eorum malis deus, sed sic tamē est fallaci spe seducētes, cogunt inhiare ipsi: Ecce quod tendit nouella ambitio, ut cum fluminibus Ecclesiae uoluit in caudalibus Ecclesiae collocari, & omnem non mouere cessat lapidem, suasionem, promissione, & huiusmodi obtinere quod optat, ut etiam si non pertingeret, ut dicitur, leonina, assumatur uulpina.

PHILOTHEVS. Iam de lectione librorum Gentilium mentio facta est à Leone Byzantio Venerabili Patre; excitatum est in mentis meae phantasma Lucianicum, de calumnia non retinere credens, quod multum ad propositum confert: date quae ueniam, ut illud in media proferam: Refert ergo Lucianus, quod cum nimio affectu erga Herphestionem teneretur Alexander, et in eam infamiam deuenit, uocatus

è viuis excefferit, voluit ut mortuus inter Deos Hephæstion habere-
 tur. Continuo ei templa Ciuitates pleræq; dicarunt, delubra condi-
 derunt, aras, sacra, ferias nouo Deo sanxerunt. Capitale erat, si quis
 in hac parte vel cunctaretur, nel neglectim coleret. Narrabantur ia-
 summa, vixæ Hephæstionis vmbæ, prædicabantur illius responsa. Ita
 demum Alexander captus est, ut fidem quoque adhiberet, gloriaretur-
 que quod non modo Dei genitus esset, sed Deos quoque, & ipse face-
 ret. Sic igitur affecto Alexandro, locus assentationi, & calumniæ aptis-
 simus fuit. Nam perinde, atq; oppugnaturi vrbes non qua probè mu-
 nita sunt alto, præcipiti, ac solido manium opere hostes inuadunt, sed
 vbi sentiunt quam minime muniri; muros accessu faciles, collapsos,
 hæc omnibus viribus certatim contendunt, quo citra difficultates ir-
 ruere, ac potiri rebus queant: ita, qui criminandis aliis desudat, quod
 in auditoris animo languidum, fragile, facile sub tactu vident, in eam-
 partem traducunt, coguntque machinas suas. Demum quando insultus
 hostiles nemo præsentit, nedum non obniuitur, expugnant iam intra
 muros cuncta igni, ferroque deuastat, excidunt, populantur, &c. arma
 sunt istis aduersum absentes, fallacia, mendacium, periurium, suppli-
 cium, impudentia: denique innumeræ imposturæ, ac malitiosæ cautio-
 nes omnium maximæ præsens, & longe efficacissima assentatio calum-
 niæ cognata; immò soror, &c. hæc foris recti iudicis, ceu fundamenta
 suffodit, ac subruit. Iatus coniurati cum hostibus proditores, irruen-
 tes adiuuant, manus porrigunt, portas aperiunt, & modis omnibus cõ-
 mituntur, vt Auscultatorem calumnia sibi seruum faciat. Sunt autem
 proditores, de quibus dico, nouandi cupido, natura humanis ingeniis
 confita, præsentium item fastidium, sequax eorum animus, quorum
 admiratione capitur. Nescio enim qui fiat, vt omnes amore sui im-
 modico admiratio furtim rapiat, & suspicionibus allester.]
 Et hæc ille Ethnicus ad taxandam euanidam Alexandri superstitione,
 qui vt homines enetheret ad Deos, machinas bellicas, assentationes, ca-
 lumnias admouit, foris, intus, vt penè totam rempublicam quateret,
 ac pessundaret. Liceat mihi eadem stratagemmata ad præsens instituta
 adaptare. In pari fere causa Anonymi cum Alexandro. Siquidem ca-
 co sui amore raptus Anonymus, ac si non Ecclesia, sed ipse potestatis
 haberet referendi inter Diuos, & Deoiores, quos cuperet, multos re-
 cecluit, ac recensendos putauit, quos nunquam in albo annotauit Ec-
 clesia, vt grauissimi criminis reus fiat, qui obstitit, qui reluctatur, ne
 supersticiosa ista fiat additio. Verum vt rectè philosophantes indebitos
 Hephæstionis honores recusantes, assentationibus, calumniis, veluti
 Ciuitas obsessa impetiti sunt intus, & foris inimicia circumdati,
 ita, ut in toto hoc memoriali apparet, assentationibus, calumniis, falla-
 ciis, mendaciis nouandi cupiditate attentatum est, vt Ciuitas Dei ex-

ternis, & intestinis bellis quati videatur, dum eius fundamenta, præcipui, s3. Ecclesie DD. eo maxime ariete coccussi, nempe nouandi cupiditate, quæ sola posset totam, si admitteretur, dextruere venerandam antiquitatem; velociter ergo supplico P. P. Amplissimi ad tantum malum sopiendum accurrat.

SIRICIVS ep. ad Eps. Afros. *Valde cupimus obseruari, quæ Apostolica, & PP. constitutione sunt constituta. Scriptum est. n. fatis, & tenets traditiones nostras, siue per verbu, siue per epistolas, &c. exierunt. n. nonnulli, qui statuta maiorum continentes, castitate Ecclesie presumptione sua violauerunt, voluptates Populi sequentes, Dei iudicium non timentes, &c. Hac itaq; fratres, si plena vigilantia fuerint ab omnibus obseruata, Patribus suum honorem, & reuerentiam deferendo, cessabit ambitio, dissensio conquiescet, hæreses, & schismata non emergent, locus non accipiet diabolus seruiendi, manebit unanimitas, iniquitas superata calcabitur, charitas spiritali feruore excitabitur, pax prædicata labijs concordabit.*

Examen XII.

Contra Propositionem Duodecimam,

HIERON. tom. 9. in regul. Monach. [Sunt quoque nonnulli, qui rugata fronte, demisso supercilio, verbisq; trutinatis, auctoritatem Doctorum sibi vendicant (ut satis in Anonymo uidimus) non quod ipsi dignum aliquod arrogantia nouerint: sed quod simplices fratres quædam videntur sui: conparatione nescire. Euenit etiam interdum, ut cum modicum scientiæ quis habuerit, elatus in superbiâ, discere desinat, & paulatim eo quod nihil additur, subtrahitur, ut uacuis disciplinis penitus remaneat: ferumq; quod acutum erat, hebetetur; sed etiam Prophetam horrere, eloquentis est, non Christum sapere sapientis: iniuriam fuisse uirtutis: aliena possidere, potentia: innocentem circumuenire, astutia: humilem despexisse, nobilitatis. Sic erroribus plena sunt omnia, & ad hoc usque veritas obscuratur, ut in gremio mortis iacuisse beatitudo dicatur. Nobis uero nil placet, nisi quod Ecclesiasticum est: & quod publicè dicere in Ecclesia non timemus. In his tamè ita facere solemus, quando enim Philosophos legimus, quando in manus nostras libri ueniunt sapientiæ secularis; etiam cuiuscunq; materiæ, quæ sanæ doctrinæ aduersantur; si quid in eis utile reperimus, ad nostrum dogma conuertimus: si quid uero superfluum, de idolis, de amore, de cura secularium rerum, de alijs repugnantibus regulis Orthodoxæ; hæc radi-

mus, his caluitium inducimur, hæc vnguium more ferro acutissimo defecamus.] quid ergo culpantur eruditi uiri cum hæc deprehendunt etiam in libris Orthodoxis, si admonear, notant, deferunt, & à Cenſoribus Romanis præfertim eradi procurant?

ADVOCATVS. Hæc est inuidia, & æmulatio Delatorum, qui procurant Scriptorum opera infamare; propterea nedum vt iudices, sed nec vt testes; imò neque vt Delatores, uel accusatores audiendi sunt.

HIERON. vel quicumque sit author libi. 2. Prou. c. 15. quomodo æmulatores dici possunt, qui re ipsa multa deprehendunt, quæ censuræ, & expungit Ecclesia; quomodo nec in testes admittendi sunt cum scriptum Prou. 14. *Liberat animas testis fidelis, & profert mendacia versipellis?* liberat animas Christus, qui est testis fidelis, vt in Apoc. 2. ipsi legimus, & sicut Apost. ait: [Testimonium reddidit sub Pontio Pilato, bonam confessionem.] & profert mendacia diabolus, qui rectè appellatur versipellis: qui mala quæ faciendæ suggerit, bona esse pronunciat, & gaudia promittit æterna eis, quos ad inferni tormenta præparat. Item liberat animas catholicus, D.D. qui testimonia scripturarum fideliter, idest rectè prædicat, & profert mendacia hæreticus] itè idè [animas liberat, dum ea præcidi, & auferri procurat à libris, quæ homines à vera, & sana doctrina possunt abducere] versipellis mendacia vult quoque pro veritate haberi, vnde & in alia littera dicitur: [incedit autem mendacio dolosus, lubauditur, animas eorum, quos suo errore decipit.]

ADVOCATVS. Quot deleri è libris doctissimorum virorum procurarunt nonnulli, quæ non falsa dogmata, sed vera erant, & imposturis, tamquam falsa promulgata?

HIERONYMVS Apol. ad Pammach. *Si rusticani domines, & uel Rhetorica, uel Dialectica artis ignari, detraherent mihi, qui Ecclesie Defensorum patrocinium suscipio, & personam repræsentor, tribuere ueniam imperitiæ, nec accusationem reprehenderem, ubi non uoluntatem in culpa cernerem, sed ignorantiam: nunc uero cum disertis homines, & liberalibus studijs eruditi, magis uelint ledere, quam intelligere, breuiter à me responsū habeant, corrigere eos debere peccatis non reprehendere Patet campus: sicut è contra acies aduersarij; dogma meum manifestum est: & ut Virgilianum aliquid inferam, illum aspice contra: qui uocat. Respondeat aduersario; aliter tenens modum in disputando, aliter uirgam in docendo, & me in suis libris, qui uel præferimiserim, uel addiderim, per imposturas, docent. reprehensores non audias, sequor Magistros. Delicias a doctrina est; pugnantis iubar diuare de muro, & cum ipse unguentis delibatur sit, cruentum militem accusare formidinis. Nec hoc dicās, statim iacturam, ut uis rā, quod*

ceteris dormitibus solus certauimus, sed hoc dico cautius eos postea pugnare, qui me uiderint vulneratum. Nolo tunc certamen adesse, in quo tantum te protegas, & torpente dextera sinistra clypeum circumferas: aut ferendum tibi est, aut cadendum, non possum te existimare uictorē, nisi aduersarium uidero trucidatum, &c. Noli ex obliquo, unde non putaris, non poteris uulnus inferre, directio pene gladio, turpe tibi est hostem dolis ferire, non uiribus. iam ergo si ostenderis poteris, quae tibi impossura facta sunt, tua erit uictoria. Fortē hic est solus error tuus, & haec causa querimonia, quod quatinus haereticos uiderimus, tu in te dicere confugis, & nisi illis pepercerimus, te putas esse uictatum. an idē panem tibi non damus, quia haereticorum lapidē ibi dimimus, &c. Nō ergo me tacere iulē ne accuses. Depone gladium, & ego scutum abijciam. In uno tibi consentire non poterō, ut pars aut haeretica, ut me catholicum non probem, aut semina malarum doctrinarum non suffocem, si ista est causa discordiae, simultatis, tacere non possum, mori possum.

NAZIANZ. de fide contra Arian. Cum id tuum sit probare adueritate, nec ullam praetensarum impositionum ostendas, potius tu calūniator, deprehenderis, & superbus, qui censoriam uirgulam sapientum nequaquam pateris. Memini me olim librum de fide scripsisse aduersus Arianos, & amico tradidi legendum: a quo magni per se postulabatur, ut interim dissimulato anthono, doctis uiris, & prudentibus legeret, ut si quem monisset, quod illi plus, aut minus possum uideretur posset praeciorum consilio emendare. Nemo est, qui sibi tam arrogat summa doctrinae caelestis assumat, ut putet se omnia mysteria siquid uoluerit prehensa retinere, cum Paulus Apost. dicat: qui ergo putat se aliquid scire, nec dum scit, quemadmodum oporteat scire, &c. Cor. 15.

AMBROSIVS ep. 12. lib. 7. Satis sapienter fecit Orientis lumen, sapientiā eum humilitate coniungens, eoque praefertim, ut scripsi ad Sabinum, quia ex nimio nostro amore, & spiritu philautiae, unumquodque fallunt sua scripta, & aurem praetereunt, atque ut si quid etiam deformer delectant, sic etiam scriptorem indecorum, indecoros sermones sui palpant. Incautius plerumque aliquid promittitur, aliquid accipitur male uolentius, aliquid exit ambiguum, &c. propterea eundem oblectant, ut libros nostros emendaret, dicens: Assume igitur donec uolo animo aurem uersuta, & pertracta omnia, sermones uentilia, si in hi non fueris blanditia, & suauis uerba, sed fidei sinceritas est, & castissimae sobrietas. Notam appone ad uerbum dubij poteris, & fallacis hactere, ne quid pro se esse aduersarius interpretetur. Est ut uincatur se congradi caperit. male se habes liber, qui sine assertore non defenditur. Ipse igitur pro se loquatur, qui procedit sine interprete. Habetur hic tantum, non egreditur a nobis, nisi a te acceperit auctoritatem, & quis

quis ergò habere non debet censuras operum suorum, quando Ecclesiaz lumina sua oper a Censoribus crediderunt.

ADVOCATIVS. De hoc conquerimur, quod cum per legitimos Censores alicuius Tribunalis inquisitionis, per Vniuersitates multa opera probata sint, adhuc priuati Censores reperiantur, qui iterum sub incudem eadem opera reuocanda procurent, & in examen vocare quod permittunt sacra Tribunalia; immò & probant.

CLEMENS ALEX. lib. 7. Strom. probati, vel approbatores ii sunt, qui (tâquam probi argentarii *nummum Domini adulterinum discernant ex falsa impressione.* cumque hæreses, & variz opiniones subdolz sint falsa numismata; propterea maiori cura opus est, & *providentia examinatur, quemodo sit exacte, & perfectè viuendum, & quanam sit vera pietas, & rectus Dei cultus;* Hæc ergò sunt, quæ sub probatione cadunt, quæ pertinent ad fidem, mores, & cultum. Et primus Cenfor horum authoritatiuè definiens est Pontifex Romanus, vel Concilia approbata à Pontifice. Vnde & primus est librorum Cenfor. Censores Magistrales non authoritatiuè decedentes, sunt DD. Theologi, qui per modum disputationis, & inquisitionis Scholasticæ colligunt quid cultui, moribus, fidei consonet, vel dissonet. Quæ semel à Romano Pontifice probata sunt, rursus non improbantur, nec improbari possunt circa cultum, bonos mores, fidem: quæ à DD. priuatis probantur, iterum progressu temporis improbata cernuntur. Quare nullum præiudicium sit Tribunalibus particularibus sanctæ fidei, si quæ Opuscula de eorundem licentia prodeunt, postea à Sede Apostolica improbata sunt. Primò enim certum est, quod cum duobus, vel pluribus Theologis opera ista relecta sunt, licentia imprimendi conceditur. Certè aliud est licentia, aliud approbatio. in licentia, permissio sola denotatur; & propterea non magnum est, si multi sic permittuntur, vt nec apex deleatur. In approbatione, adest testimonium, & testificatio probatoris. at vbi reperitur tale testimonium Tribunalis talia opera sic probantis? & dato, quod tale testimonium adestet, non absolutum est, & quoad omnia, & singula, sed respectiuu est, & in quantum viris grauibz visum est posse probari, & quatenus meliori calculo subdi potest, qualis est Romanæ generalis inquisitionis (cui præsidet etiam personaliter Romanus Pontifex) à qua tamquam à stipite, tamquam rami, Tribunalia cætera succum hauriunt, eandemq; tamquam matricem authoritatis, & potestatis agnoscunt, & reuerentur. Quid? ipsi quoque libri DD. à Gelasio probati, quia nec per singulos apices probati sunt; progressu temporis in aliquibus rigidiori censure suppediti, & tamquam cribro ventilati, inuentum est quid emendandum, & quid etiam reiciendum. Ergò ne isti Censores librorum Patrum bonarum conscientiam abiicerunt, quia paleas aliquas denotarunt,

stant, vel aliquam iniuriam DD. Ecclesiam irrogant? Solus Anonymus est adeo compulsus, & delicatulus, ut nec manus suos, qui eos vultu neribus, & cicatricibus scateat, velis obseruari. Et quomodo de contradictione Anonymus non erubescit, dum veteres Patres floccipendens dixit, eorum Opuscula etiam à Concilijs, vel Pontificis approbata; nulla falsè conitari posse, & Opusculis heteroclitis tantam tribuit felicitatem, ut si positivè, nedum permittenti, ita probarentur, ut probantur Patrum opera, non sit possibile in eis falsum reperiri? adeo ut quicumque falsitatem deprehendi posse dicat, ve temerarius, malè conscientie, infamator, & detractor tribunalium inquisitionis Ordinariorum, & Vniuersitatum haberi posse pronuncietur. eodem ore captidum, & frigidum est, & multo magis id deprehenditur, cum alias sit obseruatum, quosdam à minoribus tribunalibus in euulganda doctrina suspensos, Romam appellasse, ad petram inquam illam, quæ est Refugium veritateis, grauatissimè, & oppressis; & modo conuerantur inuicem à Censore librorum, eorum libros suspendi, eo se protegentes pallio, quod ab Ordinarijs locorum, vel inferioribus Tribunalibus sanctæ fidei, de eorum licentia, & beneplacito lucem aspexerint: quod sanè nihil aliud est, quam velle ramos in radicem insurgere, & Hierarchicum ordinem perturbare.

RVPERTI Abb. lib. 7. in Ge. Iustior querela nostra est, quæ nos expurgare curamus, quæ incautè, vel dolosè dicuntur in Orthodoxiam: alij nostros puteos veræ sapientie humo (veluti fecerunt Philistij) opplettes puteos (quos fecerat Abraham) hoc est erroribus, obstruere conantur, ac nouitatibus; & Patribus excellentioribus in Ecclesia valere dicere conantur: illud idem, quod Gerare dictum est Isaac, factem factis usurpant. Genesic. 26. *Recede à nobis, quia potentior factus es quam nos sumus, sed semper quocumque baretis exurgat, semper usque, & praesto Christus adest, & de suis aliquos preparat scientia, & formosiora munera suo, qui stare valent aduersus loquaces hereticos, & mera veritate scripturarum sitientes potare paruulos? unde, & magno labore puteos ab humo repurgant, nedum quos pura aquæ æmulatores limpida aquæ admiscunt, sed & lutulentos quoscunque reperiunt fontes, exhaurire satagunt, ut purè fluant, & quod est admirandum, adeo in traditione persistunt Catholici tractatores, ut iisdem nominibus veræ doctrinæ puteos appellari velint, sicut petrus appellabatur, id est, eadem veritate, & eodem spiritu veritatis fecit eos intelligere scripturas, quo athenes illorum, &c. scripserunt uasimand, & sic. in verbis, quibus PP. nostri vs sunt in illis explanandis, uti voluit, ne nouitas in Ecclesia inducatur.*

AVGYST. de verbis Apostoli. ser. 22. Non ergo aliena calumnia re debeant, sed sua potius emendare imitatores Philistium: & cum ali-

538 : *Speciales contradicti. Anonymi refutantur.*

quid in eorum libris emendandum deprehenditur, non ad calumnias confugere, sed si ipsi non repurgant suos turbidos fontes, repurgatoribus non irasci, eosque imitari in labore, zelo, tenacitate, verusque traditionis etiam retinendo nomen. *Respondere debent, si Deum timeant, cum aliquid non deprehenditur sanæ doctrinæ consonum, dum manus suis errare, diabolice est per animositate in errare manere, melius quidem si non erraremus, vel quod secundum etiam faciamus ut errorem aliquando emendemus.*

ADVOCATUS. Si vndique sordibus, & facibus huiusmodi liberis scaterent, tolerabile esset, ut repurgarentur, & inhiberentur à Censoribus: nunc verò, quia vnum, vel alterum interdum, ambigè dictum, vel incautè scriptum reperitur, non æquum videtur, tanta contentione insistere, ut quæ tanto plausu recipiuntur Opuscula, supprimantur, & suspendantur.

EPIPHAN. ep. ad Ioannem Constantin. *Propter unum verbum, vel duo, quæ contraria fidei, multa hereses abiecta sunt ab Ecclesiis, ergo mirari non debes, si cum in quocunque opere, reperitur verbū aliquod, quod fidei, moribus, vel cultui non consonat, eliminandum, vnde & una stilla veneni, paruum vulnus, mortem potest inferre.*

HORMISDA. Sicut de Faustis statuerimus olim, quamvis multa bona diceret in suis Opusculis; nullo modo recipiendum propter multa, quæ à Pelagianismo deprompta in iisdem immiscuit; sic pariter ut pronunciamus, atque prænucciamus ep. ad Possessorem, ita observandum in omnibus libris, vbi aliquid expungendum est: *Neque quæquam, nec alios huiusmodi accipi debere, quos in auctoritate PP. non recipit, examen cathol. fidei, quos constat, aut Ecclesiastica disciplina ambiguitatem posse gignere, aut Religionis præiudicium comparare. Fixa sunt à Patribus, quæ fideles sectari debeant instituta, siue interpretatio, siue prædicatio, seu verbum Populi aificatione compositum, si cum fide recta, & doctrina sana concordet, admittitur, si discordat, aboletur.*

Examen XIII.

Contra Propositionem Decimam tertiam.

GREGO. PP. ep. 31. 12. lib. registri. *Cavendum est, ne manibus astrationis, aut recuperationis, siue indifferentionis, aut dehonorationis quidam minus in vultum Domini, vel Prædicatores d. Ecclesie, quia eorum vexatio, seu detractio ad Christum pertinet, cuius vices in Ecclesia legatione fungimur.*
hu-

hucusque lingua, & manus tua Patres omnes proficiat, tunc specialiter conatu, qui fuit tuus scopus, Doctorem S. è gradu deicere, & à summimitatis loco precipitare insudasti Anonyme, hic enim tibi scopus præfixus est in tuo memoriali, ut doctrinam S. Thomæ denigres. Et nunc asseris magnam partem doctrinæ S. Th. è Bellouacensi suffuratum.

Ad idem GREG. NAZ. Basilio 31. 2. *Defus nos tantò maledictissime accessero Anonyme, &c. neq; .n. quicquam aliud proferre queas, in quo à nobis lapsus sis, nec ulla in re nobis conscj sumus nos iniquè aliquid in te commississe, tua censurando, atq; vitinam nunquam conscj sumus, nisi quod fraudem, in quam induti sumus, vel de qua tradidimus, serius quidem quam oportuit, sed tamen aliquando perferimus; nonne ut fraudulentos traducis nostros; dum ingeniorum florè Thomam Aquinatem de fraude, & furto criminari quasi alienos fratres tibi supposuerit? Obiiciunt ergò. Quicquid uniuscuiusq; voluntas tulerit, prout moribus comparati sunt, vel nostra causa irascuntur, videris Anonymè, quod nos, postea quam opera nostra usus fueris, velut sordidissima vasa, & instrumenta proieceris, aut adminicula ea, que fornacibus supponuntur, que simul atq; fructura firmata, & cõpacta est; subduci solit, atq; pro nihilo haberi. Hucusque cum opera nostra indigere sibi quidam persuaserit, & super nostra construxerunt in angulis, in compitis, in triviis sèper resonabant, vj. Augustinus ait, Nazianzenus asserit. S. Th. edocet; nunc quia novella superadificarunt (vitinam non fœnum, nec stipulas) vale instrumentis dicunt, & pro nihilo ducunt, Doctorumq; opera in dubium vertentes, quæ tamen semper antiquitas contestata, & venerata est: dicentes, transeat Augustinus, transeat Thomas. hederam, quæ inter noxias herbas annumeratur, imitantur; nam in tantum assurgit, in quantum parieti, vel vltimo innititur, sed amplexu suo parietem inclinat, vel enecat arbores, vnde Romæ Flamini Diali non erat fas tangere hederam; immò, & nominare nefas. In nostris, & de nostro quidam fructificarunt, & cum humi reperent, nostris adheferunt, & parem se existimante hedera cum cedris Dei, vel ipsos prosternere nituntur, vel doctrinam oppugnando, vel de furto, & rapina infamando (verum hos sanè valere sinamus, & quæ dicant dicere: nemo linguæ libertatem coercebit.*

ADVOCATVS. *Quid verbis opus est rem agere, vbi facta ipsa, manifestum præbet experimentum? adèd ad scydera extollitis S. Thom. ut propemodum, ut supra arguebam, cum scriptis canonicis eius lubricationes adæquare sint, cum tamen à veritate, & tempore sit decretum, maiorem doctrinæ partem S. Th. ab aliis suffuratam sibi adaptasse, ut de illo dici possit, quod scriptum est Hierem. c. 17. *Pardix fecit, que non peperit, fecit divitiæ, & non in iudicio, &c. quem locò**

exponens, qui hic altis Ambrosius dixit, *quod ea est natura perditionis, quod aliena deripiat oua, & foveat suo corpore, atque hac sua fraude, de alienos studeat partum accipere.* Sic fecit Aquinas, quod alienos partus furando, sibi adaptauit, & suo calore ingenii, fetus alienos excludit.

AMBROSIVS. Hoc tibi probandum est, quod ut probes lib. ep. 7. *Emergenda est amantata illa non manipulari sententia;* hoc est proferenda est talis ratiocinatio, quæ nequaquam trivialis, & pedanea, veluti quæ à gregario milite proficisci solet, sed quæ fortis, & eximia, & multo est robore vallata.

ADVOCATVS. Nullum firmitus argumentum desumi potest in investigando auctore alicuius operis, quam si tempus, in quo quis scripserit, aduertatur; multa enim opera spuria detecta sunt, quæ ex temporis circumstantia coherere non poterant cum eo qui proferebatur auctore: exempli gratia: cum tributa sunt epistolæ Cyrilli ad Hieronymum descriptæ; mox detectus est supposititius partus, à tempore; siquidem multo ante Cyrillum sanctus senex Hieronymus tatis concesserat. Item cum tributa sunt Hieronymo commentaria in Prov. Salomon. mox detecta est impostura; siquidem in c. 21. curat Hieron. Papam Gregorium, qui id dicit in Hom. in Euangelium, qui tamen multo post Hieronymi tempora in Ecclesia floruit. Idem in casu nostro contingit. S. Thomas defunctus perhibetur anno 1274. circa quæ tempora summam Theologicam, quam nec compleuit, edidit: at multa in p. 2. & 2. 2. reperiuntur, quæ iisdem verbis à Vincentio Beluacensi multo ante descripta fuere; constat autem Vincentium excessisse è uiuis anno 1440. potius ergo Vincentius auctor, dictorum tractatum, quam S. Th. luce meridiana deprehenditur.

HIERONYMVS in Catalog. in Victorino: *Diuersos marina discrimina transuadentes inueniunt casus, si turba ventorum fueris uentemior, formido est; si terga iacentis elementi moderatior crispauerit unda, pertimescunt insidias: ita mihi (ut dixi de Apocalypsi Victorini, in his operibus S. Th.) uidetur, & est periculum, & obiectatorum latratibus patens, de egrigij. viri Opusculis iudicare.*

CLEMENS ALEX. 1. Strom. iudicandum omnino est, ne tanti uiri gloria obnubiletur; iniuste .n. se gerit, qui sibi aliena usurpat, & ita quam propriam iactans suam augens gloriam, & emittens uariatione, is fur dicitur est à scriptura. dicitur itaq; Ecclesiast. *Fili ne sis mendax, is fur dicitur est à scriptura. dicitur itaq; Ecclesiast. Fili ne sis mendax, is fur dicitur est à scriptura. dicitur itaq; Ecclesiast. Fili ne sis mendax, is fur dicitur est à scriptura. dicitur itaq; Ecclesiast. Fili ne sis mendax, is fur dicitur est à scriptura.* *deducit .n. mendacium ad furtum. Tam autem fur id quod habes surreptum, uerè habet, etiam si sit aurum, etiam si argentum, etiam si oratio, etiam si decretum.* Alienum tam est, & propterea furtum est, mendacium loquitur. Quis ergo tam perfrictæ frontis erit, qui sanctissimum incauet peccati tam grandis lusei, & mendacem perniciosam qua-

ne merito inter Pseudodoctores annumerandus esset? hoc enim titulo Pseudopropheta dignoscebantur; quod non sua, sed à veris Prophetis dictata, enunciarent interdum. Propterea ceco ego ad Prophetas ziv Dominus Hier. 23. *qui faratur verba mea vnaquisq; à proximo suo.* Cumque restitutioni semper obnoxius sit, qui aliena rapuit; vt non dimittatur peccatum, nisi restituatur ablatum; cum hoc peccato excessit ille tam Sanctus, qui Sanctiorum albo ab Ecclesia annumeratur? nugatur sunt Anonyme, criminationes tue, vt quod tui similibus est familiaritate, nostris cura imponere. & lib. 5. *Furti in seipos, tui similes Anonyme, admitti, si tempus superesset, adducere possemus, Qui enim quæ sunt eorum propria tam euidenter à se inuicem suffurantur, & quidam fures alio confirmant: vel inuitis autem ostendantur à nobis acceptam à furpasse veritatem.* & eis quæ erunt sui generis claculum tradidisse. *Quis n. ne à se ipsis quidam abstinens, à nostris vix abstinendum.* Mores ergò suos aliis non debent affigere.

ADVOCATVS. adducere ad inconueniens, non est soluere argumentum; adhuc vrgemus temporum supputationem.

AVGVSTINVS. ad supputationem temporum, vt dicemus, recurrandum est. sed id docui lib. 33. contra Faullum c. 6. prius fundamēta antiquæ præscriptionis operum Angelici proponenda sunt, siue sine ostēnsua, siue ad impossibile, antequam tua argutula nouitas, tamquam vitreum telum confringatur: (& quando cetera argumēta decissent) Nihil, phrasis, modi, procedendi vniuersalis S. Doctoris, vt semper vna, eademq; facies appareat eloquio: um castorum. Propterea successio à temporibus S. Th. usq; ad præsens, in qua nedum discipuli S. Doct. sed exteri, oculati etiam impugnatores, vel sub nomine Doctoris communis, vel fratris Thomæ, vel S. Doctoris, aut defenderunt, vel impugnarunt; fortissimum præbet argumentum, & infirmant hæc ipsa, quæ in controuersiam adducis, & si dicti Scholastici Vincentium non Thomam autorem habuissent, vel non laborassent in illo defendendo, vt fecit Figidius Rom. vel nec in aronam ad conferendum manus cum hoste defendissent, vt fecerunt Scotus, Durandus, innumeri, & breui compendio se expedissent non agnoscendo Thomam inter Scholasticos Aquilam, ad inter fures Fopicum græculum; hæc ergò successio dum hæc S. Doctoris opera agnoscit, eidem testimonium perhibet, quod eorundem sit author. parum hoc tibi videtur? *Quæsi verò, & in litteris secularibus non fuerint certiissimi authores, sub quorum nominibus, postea multa prolata sunt, & idè repudiata, quia vel hæc, quæ ipsorum esse constaret minimè eo.auerunt, vobea tempore, quo illi scripserint, nequaquam innoscere, & per ipsos, vel familiarissimos eorum in posteros prodire, cãmendariq; meruerunt, Nonne (vt alios omittam) sub Hippocratis medici nobilissimi nomina, qui quidem h-*

542 *Speciales contradicē. Anonymi refutantur.*

hri prolati, in auctoritate à medicis nō recepti sunt? Nec eos adiunxit, nonnulla similitudo rerum, atq; uerborum, quando comparati eis, quos uis e Hippocratis esse constaret, imparas iudicati sunt, & quod ab ea tempore, quo & cetera scripta eius non inuenerunt, quod uerò eius affent. Hos autem libros, quibus illi, qui de transuerso proferantur comparati respiciuntur, unde constat esse Hippocratis, unde si quis hoc neget, nec saltem refellitur, sed uidetur, nisi quia sic eos ab ipso Hippocratis tempore usque ad hoc tempus, deinceps successione series cōmandauit, ut hinc dubitare dementis sit. Platonis, Aristotelis, Ciceronis, Varronis, aliorumq; eiusmodi authorum libros, unde nouerit homines, quod ipsorum sint, nisi eadem temporum fibrim succedentium contestatione continua. Stulti multa de historicis Ecclēsiasticis conscripserunt, non quidem auctoritate canonica, sed aliquo adiuvandi studio, sicut discendi. Unde constat quod cuius sit, nisi quia his temporibus, quibus ea quisquis scripsit, quibus potuit insinuare, atq; edidit, & inde in alios, atq; alias continuata notitia, latinusque formata ad posteror, etiam usq; ad nostra tempora peruenit, ita ut interrogati cuius quisque liber sit, nō habitemus quid responderi debeamus? Sed quid pergam in longē praterita: ecce istas litteras, quas habemus in manibus, si post aliquantum tempor uita huius nostra, uel illas quisquā Pausani esse, uel has negot meas; unde conuincitur? nisi quia illi, qui nunc ista nouerunt, notitiam suam ad longē, & post futuras posterorū successiones traiciant? hęc ratio sola tuam audaciam potest euincere.

CLEMENS ALEX. lib. 7. *Sunt quidem quidam communes hominum iudices, nempē sensus; unde à sensatis quoque non oportet recedere in inuestigatione rerum singularium, qui autē sunt eiusmodi Sophistæ, ut qui à recta uia exciderint, merito etiam fallantur in plurimis singularibus, propterea quod non habeant uerorum, & falsorum iudicium plene exercitatum in ipsis, quæ oportet eligere. Fallitur certē Anonymus, & tanquam cœcus in meridie palpat, quando euidentissimis documentis nedum ex supputatione, sed ex confessione ipsius Belouacensis apparet, nō esse ipsum authorem earum, ut prædicitur rerū, sed ipsam Aquinatem.*

ADVOCATVS. *Proferantur loca, & racebimus. & tunc de mandato confessus allata sunt à Tharasio Patriarcha opera Vincentij & iniectis oculis à Tharasio in primam partē speculi moralis c. 3. hęc lecta sunt. Interdum etiam ea, quæ ipso, uel à maioribus meis scilicet ueteris DD. uel in quorundam scriptis notabilia reperi, nomine meo. i. auctoris insinulauit. c. 4. dicit esse opus nouum, partium compilatione, & aggregatione. & iterum pium furtum humiliter fateatur: Ex meo ingenio pauca, & quasi nulla addidi. & iterum, ipsorum igi-*

tur

cur est auctoritate, meum autem sola partium ordinatione, & iterum c. 7. audiat iterum me, Lector, non per modum auctoris, sed incoparis, ubique procedere. & iterum c. 13. de singulis questionum articulis brevitur, ac succinè peveniendo transiit, quoniam de hac materia multa, & varia scripta à Prætoribus, nempe Prædicatores, & alijs ubiq; cognatis loquens verò de parte morali ait. In tertia vero parte virtutes, & vitia describendo, non potui, ut supra iam dixi, omnium librorum moralium, etiam quos in promptu habedam, omnes fere in unum colligere, sed de multis pauca pro modulo meo eligere, aliquid oporteret volumen in immensum extendere. Vide, inquit Tharasis quomodo excerptor, nò auctor fuerit Vincentius, & è scriptis suorū Fratrum! inter quos insignis erat S. Thom. (suum opus collegit.)

ADVOCATUS. Prasumptio ista, non tamen demonstratio, quia alii famigerati DD. esse potuerunt, ex quibus opus istud confarcinavit Vincentius, qui fuerint Vincentii contemporanei, & ætate priores S. Doct.

THARASIVS. quid si inter DD. quos citat Vincentius citatur S. Thomas, nonne esset evidens demonstratio, quod non Thomas à Vincencio, sed Vincencius à Thoma tua scripta collegerit?

ADVOCATUS. Id si deprehendero, me funem contentionis nò amplius procedere, sed præcidere spondeo, ac promitto.

THARAS. Legitur lib. 16. c. 74. speculi doctrinalis, & expressis verbis S. Thomas citatur à Vincencio sub his verbis: *Thomas de Aquæ no] cum autem Angelus sit medius inter Deum, & homines secundum ordinem naturæ, ut dicit sibi modus doctri hominem composuit, &c.* quæ verba expressè ut iacent sunt in qq. disput. q. xi. de verit. 2. 3. in corpore. cap. 72. eiusdem lib. *Thomas] sciendum autem quod aliquid recipit in aliquo dupliciter, uno modo, ut forma in subiecto, &c.* post multa concludit, & sic patet quod quantum ad hominem prophetiam prophetia non potest esse habitus. quæ verba dicuntur q. 12. de veritate. 2. 1. & à c. 32. vsq; ad 95. sequens tractare de prophetia, quicquid dicit S. Th. eadem q. de prophetia quatuordecim articulis distributa, & 2. 2. q. 101. fere transcribit. & c. 101. idem Vincencius tractans de raptu ait. *Thomas de Aquæno] est autem raptus, prout destruitur à DD. ab eo, quod est secundum naturam ad id, quod est suæ naturam, ut nature superioris obiecto. quæ verba habentur in disputatis supra & 2. 2. quæst. 174.* cum ergò eadem verba sub nomine S. Thomæ referantur, & in vettustissimis codicibus ante exortas istas citationes inspiciantur exarata, iam acta causa est, & vanitas modernâ, & novellam imposturam effugat.

ADVOCAT. Sane negari non potest quin multa excerpterit ab ætioribus DD. quare idè argumentum propositum de furto revertet
Tha-

THARAS. Hæc est magna laus Aquinatis; quod non suo tidens ingento, antiquatum Patrum monumenta percurrerit, sed ex omnibus scriptoribus flores delegit; & de selectissimis floribus mella formauit utilissimum, velut apis argumentosa. Preclarum exitit illud exterum documentum Macrobiu. x. Saturn. *Apes quodammodo debemus imitari, quæ organantur, & flores carpunt, deinde quicquid assolunt, diffringunt, & succum variam in unum saporum mixtura quadam, & proportione spiritus sui mutant: nos quoque quicquid diuersa lecturæ quadrantes, commiscuamus stylo, ut in ordinem, & dom. digressæ, coalescant: hic fructus doctrinæ Angelici, qui tanquam sapientis antiquorum omnium exquisiuit sapientiâ, non suâ credens phantasiam; ut hoc est mirum quod es si multi eisdem flores carpant, non mel fabricentur sed fæci; nam faciunt quoque suos fauos Vespe. In promtu ratio est diuersitatis; nam ut quidam etiâ exterus dixit: [Quemadmodum & sicut pès, & semina terram ingressa sibi, quod ex ipsarum natura est utrumque vel acre, vel amarum, vel dulce, vel salsum, vel aliud quid eiusmodi] In primis quæ ex eo plurimam; quod sibi maritati propinquitate maxime coniunctum est arripiendo, cætera deinceps aterahendo. id est pro crates de natura humana ita de apibus, & vespis, diuersis, ac diuersis scriptoribus dictum, quod selectiores humores aterahentes, mellem, crassiores, & anariorès attrahentes, postea venena componunt; nec sciatis tua opera firmare, ni quoque; ut vespe, apium alucaria imitant. Sed mellem magis apibus argumetosa demonstratur Aquinas; cum ad pedes crucifixi Nazareni, qui est floridus, magis dilectior, quam in idibus, unde tanta erat copia scribendi (quod modo ergo poterat iussu suo ab authoritatibus) ut quandoque quatuor, quandoque quinque Amanuentibus dicarè. si in ætate tribuitur; quod et miracula fecit, quot articulos composuit, erit ne miraculum alienos codices transcribere, & pro suis vendicare.*

ADVOCATVS. Sed & multi post Thomam maiores codices descripserant.

THARAS. Non pondere, nec multitudine libri existimantur, sed certum, & sententiarum maiestate. rectè ille in Marsum Poetam auctoritate multorum librorum Amazonidum.

Sapienter in libro memoriarum Poetas vixit
Quam laus in tota Marso Amazonida.

IOAN. 22. in Bulla canon. 23. plurimæ opera S. Thomas in Dei laudem, fidei dilatactionem, eruditionem; floridissimum, clara, cum sciens esset; famosa, cum cognitus, non absq; speciali Dei infusione perfecit. si exarasset Bellouacensè, nec diuina, nec clara, nec famosa; nec Dei reuelatione spouiali accepta, & sine falce dici posset.

PIVS V. in Bulla, mirabilis Deus: *De consensu & quas alibi.*
Ci-

*Einibus, S.Th. adscriptus est, multa qua deinceps exortæ sunt ha-
reses, confusa, & confusæ dissiparentur: quod & ante sepe, & liquidò
nuper in sacris Tridentini Concilij decretis apparuit. In Concilio au-
tem Tridentino rota materia de iustificatione è prima secundæ S. Th.
in canones redacta. Clemens Octauus in Breui ad Deputatos Neap.
Doctrinam S. Thomæ etiam commendauit: Ex multitudinẽ,
& ingenti librorum copia, quos scripsit, ut alias dictum est. Sileant er-
gò nouelli Impostores, & robustissimæ, & manifestissimæ, uel serò tan-
dem se subdant ueritati.*

Examen XIV.

Contra Propositionem Decimam quartam.

LERIN. c.25. *Qui ueritatem sequi nolunt, sed suas phanta-
sias, quas uel inuidia dictat, uel æmulatione commouet, simi-
les mihi uidentur ijs, qui in medio pelagi expositi sœuissimæ
tempestati, sunt fortunæ ludus, trochi in morem à uen-
tis, & fluctibus agitati. Hæc miseranda conditio, quantis illi cararũ
uolubus, quantis turbidibus exagitantur? Nunc etenim quò uentus
impulerit incitato errore rapiuntur, nunc in semetipsos reuersi tanquã
contrarij fluctus reliduntur, nunc temerarij ea quæ incerta uidentur
approbant, nunc irrationali metu etiam quæ certa sunt, expauescunt,
incerti quæ eant, quæ redeant: quid appetant, quid fugiant, quid te-
neant, uel dimittant. Non secus accidit iisdem, quos imitatur Ano-
nymus, qui contrariis ueluti fluctibus agitati, incerta approbare uolũt,
certa relinquere, nempe ueteres excutere, novos Doctores subintro-
ducere, modo illos traducendo, modo laudibus extollendo, nunc ad
littas contendendo, ut placidissimam teneant ueritatis stationem, nunc
in altum elatæ mentis, nouitatum uentis uela expandentes, nescientes
quid uelint, quid æsulent, & facientes operationes in aquis multis
commoti sunt, & turbati sunt sicut ebrius, & omnis sapientia eorum
deuorata est; relictis enim ratiocinationibus, ad maledicta, & crimi-
nationes se conferunt, nec enim contenti sanctum, quem Dominus mi-
rificauit deprimere, furem denotando; rursus eundem aggrediuntur,
qualitatem doctrinæ impetendo, & confirmando, quod non fuerit S.
Th. reuelationibus diuinis instructus.*

*CYPRIAN. Quod olim scripsit, hoc ipsum nunc repeto ep. 68. Scio
somnia ridicula, & uisiones uideri; sed utiq; illis, qui malunt corripere
Sacerdotes credere quam Sacerdoti. Sed nihil mirũ, quando de Ioseph
fratres sui dixerunt. Ecce somniaser ille uenit; nunc ergo uenite.*

occidamus illum: & somniator postea quod somniavit consecutus est, & occisores, ac venditores confusi sunt, ut qui verbis prius non credidissent, factis postmodum crederent. Non dissimiliter videtes quidam celebrari à multis Scriptoribus, & eleuari Tho. manipulum super multos, ac propterea principatum invidentes, eundem S. eliminare conati sunt, in illum insurgentes, & criminantes. *Etce somniator venit.* Sed exitus invidos demonstravit, in dies enim Thomæ doctrinæ crevit in millia, aduersarijs calumniatoribus passim decrescentibus, ut discant posthac ceteris, non verbis, saltem factis doctrinæ veridicæ tanti Doctoris autem accomodare.

ADVOCATUS. Reuelationibus huiusmodi credere, semper in aene adiudicatum, & periculi plenum; ijs enim deceptus à mulierculis Tertullianus, animam esse corpoream dogmatizauit. Theodorus, & alij Montanistæ iisdem multis inescarunt. A diabolo deceptus visionibus varijs Vincentius quidam, ex Euseb. lib. 5. c. 15. Donatista, falsa dogmata sparsit. *Quæ ex prætextu visionum Euchusiastæ portenta in Orbem non inuexerunt?*

GELASIVS. Propterea cum Concilio 70. Episcoporum statuimus, quod cum reuelationes d. 25. c. 5. Rom. *ad catholicorum manus perueniant, B. Pauli Apostoli sententia præcedat. Omnia probate, quod bonum est tenete.* Discretionem ergò spirituum opus est, & alijs documentis ad discernendum inter animam somniantem, & Deum reuelantem. Et maxime tuæ securitatem habent, cum à Sede Apostolica comprobantur.

ADVOCATUS. Esto ex approbatione Ecclesiæ vim habeant reuelationes, excipimus S. Thomæ reuelationes, eo quod testimonia, quæ de ijs circumferuntur in S. Vincentio Ferrer. additiua, & assuta artificiosè deprehensa.

GREG. PP. in 1. Reg. c. 25. *Fallaces verbosissimi insistant, examinantibus Prælatibus, locum loquendi non tribuunt.* Scias Anonyme, quod si solum hæc legeres in vno Vincentio, posset ut cumque fieri apparatus tua cauillatio. Nunc verò cum S. Antoninus Præsul Florentinus (ut alios omittam) certissimum ferat de reuelationibus S. Tho. testimonium; imò & eorundem quedam Iulij Tertij approbatio passim referatur; nonnisi aduocatus cauillosus deprehenderis. Cumque de ore tanti Doctoris dulce mel fluere videatur [dulcis enim fama Sanctorum dulciter, velociterque currit] & mirâ dulcedinem faucibus benè dispositis instillet, solum pro te tuis Symmictis amarum mel aliud videtur, ac si Pontica herba zglethron, perniciosissimi mellis condendi materiam ministrarit.

HIERONYMVS in quadam ep. ad Aug. *Inò, ut vulgè de quibusdam proverbium est, melle litum gladium, tuam linguam agnosco; nã*

ex doctrinæ melle S. Doctoris, quam adducis de priuatis reuelationibus, S. Doctorem vulnerare contendis: sed nescis quod nullo modo à te adductus locus v3. [quod priuatis reuelationibus Fides nostra non innitatur,] priuatas reuelationes infirmat, sed potius firmat: cum inter reuelationes Fidei nostræ habentur, quod eas non debeamus spernere, sed probare. [Prophetica autem reuelatio (docuit aliàs Aquinas 2.2. q. 171. in proem.) se extendit non solum ad futuros hominùm euentus, sed etiam ad res diuinas, & quantum ad ea, quæ proponuntur omnibus credenda, quæ pertinent ad fidem; Et quantum ad altiora mysteria quæ sunt perfectorum, quæ pertinent ad sapientiam.] vnde sicut reuelationibus factis Prophetis, & Apostolis fide diuina assentiendum, sic priuatis reuelationibus ex sapientiæ dono, vel ex prudentia infusa; satis ergò etiam demonstratur ratiocinatio tua: subdola quoque deprehenditur, dum ad alios sine graui autoritate tales reuelationes factas ostendis, & ad alios extendendi quoque anam præbes, qui si eas iactarent, audirent merito, quod dictum est. [Hæc dicit Dominus, cum ipse non miserim eos & visiones à corde suo loquuntur. hi quoque operarij subdoli, qui se in Apostolos, vel Prophetas transfigurant; subdolos certè est, qui aliud fingit, cum aliud agit, vt sub contemplatione Euangelicæ prædicationis contegat rapacitatem. Tales enim Prædicatores, vt hominibus placeant, necesse est adulari, vt adulando placeant, & placendo decipiant. ea quæ commendatur dicunt, non ea quæ ædificat. audientes. Plerique eorum non tam pecuniam desiderant, quam honorem, arbitrantes se summis opibus esse ditatos, si ab omnibus collaudentur: sed nec pecunias, idèd spernunt, quia non habent, sed quia in reconditis habent, &c. & non mirum, ipse enim Sathanas transfiguratur se in Angelum lucis. Non tam facilè somnijs, aut aliquibus quasi Angelis lucis fides adhibenda, ne fortè transfiguret se Sathanas in Angelum lucis, & decipiat, ac fallat incautos.] S. Th. in 1. ad Cor. 11.

IOANNES: 22. *Non absque speciali Dei infusione sua opera Thomas perfecit. & cum suscepturus esset Magisterium accepta reuelatione illud Tho. vt in ipso adimpleretur ostensum: Rigans montes de superioribus suis, de fructu operum suorum satiabitur terra.*

CLEMENS VIII. in Breui ad deput. Neapolit. in suis libris describendis, interdum Sanctos Apostolos Petrum, & Paulum colloquenter, locosq; aliquos Dei iussu enarrantes habuit, & quos deinde conscriptor expressa Christi Domini voce approbatos audit. Hæc Anonyme testimonia Apostol. Sedis si attendisses, iam pridem periculosam phantasiam tuam ab istis imposturis liberasses.

Tu verò Lector, quæ de supputatione temporis, in quo scripsit Summam S. Thomas, lege sup. lib. 3. c. 1.

Examen X V.

Contra Propositionem De cimam quintam.

GREGORIUS N. AZ. ep. ad. Cesar. 18. 22. *Sum quidem Pastor exiguus, exiguiq; gregis auxiliator, minimusq; inter Ministror spiritus; ceterum gratia nequaquam angusta est, nec locis circūscripta, &c. de Ecclesia nobis sermo est, pro qua Christus mortuus est, & de eo qui hanc D. o. s. s. t. a. & conciliet, (quales sunt Pastores, & DD.) & ut quondam dixi de Basilio, dicam de Thoma, neminem [anteferre possum, hæc autem quasi Deo teste, dicam, cum morum integritate, tum doctrina purgato, soli; omniū, vel certè potissimum ijs viribus subnixo, ut perditissimo huic tempori, vigentique hæreticorum loquacitati, linguæ; prurigini utraque re obfistere possit?]*

ADVOCATVS. Quomodo purgatum in doctrina asseris, qui multa habet expurganda, & in primis qui maculam originalem in Virgine Deipara posuit? at merito hæc sententia interdicta, & perpetuum silentium illi impositum.

S. GREG N AZ. Nihil hucusque circa materiam Conceptionis B. Mariæ Virginis ab Ecclesia definitum, nunquã ex silentio ab Apostolica Sede indicto S. Thomæ opinio proscrip̃ta, solum in involucro silentij velata est. quare illud de Theol. orat. 2. *Saltem inter nos conveniat, & mystica mysticè, & sancta sanctè proloquamur, nec in profanas aures, que in vulgus efferrî nefas est, projiciamus.* Hoc est ut iuxta Apost. sanctiones. nec coram imperita plebe, & sermone vulgari, & absque delectu pium privilegium alteram sententiam impugnando; & quod peius est erroris insimulando tueamur. Grande enim detrimentum fidei est, dicere ad fidem pertinere quod de fide non est; ut excludere à fide, quod de fide est. orat. ad Arian. [Barbarorum bello detestabilior est nostra confusio, quod non exteris exteri, nec ignotus ignoti, quæ res nonnulli quoque solatio calamitatem leuat; verum alij alios, & quasi domestici domesticos populamus: aut si mauius eiusdem corporis membra consumimus inuicem, atque consumimur: neque id graue, & indignum, sed quod animo ita comparati sumus, ut dispendiū nostrum, ac decrementum, accessionem, atque incrementum interpretemur.] ipsimet hæretici. orat. 1. de Theol. [qui in dogmatibus nihil præsidij, roborisque constitutum vident, hoc in nostrarū rerū imbecillitate (nempe inanibus contentionibus, & censuris) uenantur. cur accusatores nostros iudices constituimus? cur hostibus in perniciem

nostram gladios porrigimus? & cum ipsi his uocibus (nempè censurando, quod non censurauit Ecclesia) calumniam struamus, quo tandem adducere queamus, ut Philosophiam nostram amplectantur? cūque suapte solertia mala inueniant (hæretici) quando tandem ab oblatibus abstinebunt? hæc nobis bellum ciuile, atque intestinum: culie hæc illi, qui pro uerbo acrius certant, quàm Verbo ipsi sit gratum, inuixerunt. Nec hominibus mente captis dissimiles sunt, qui suas domos incendunt, uel liberos dilacerant, uel parentes protrudunt, pro alienis, & hostibus] eos habentes, notam erroris, priuata autoritate, & damnabili temeritate affigentes, in qua si perseveret Anonymus, censuras Ecclesie non timendo, ipse uideat, & sibi consulat. Quod si nobis piè tacentibus, nec mussitantibus præiudicium obijciat, & S. Thomæ sententiam præiudicatam asserat, iam clara uoce loquente Ecclesia Principe nullum præiudicium illatum S. Doctóri, nobis tacere fas est, nec respondere insipienter loquentibus. *Nam bene tacet, ait Ambrosius. in Luc. c. 23. qui defensione non indiget. Susanna tacuit, & uicit; melior enim causa, quæ non defenditur, & probatur. & si solus in stadio currens, quam meliorem causam suam in obijciendo præiudicio probarit, & nullo alio præsentente, qui disputeret, uincere sibi uideatur iam illud Lucianicū in imaginibus pro responso accipiat. Haud est difficile iuxta prouerbiū cum solus curras uincere.*

THARAS. Præstares saltem P. Venerande ne sibi sapere credatur Anonymus, tantam loquacitatem retundere ne saltem alij ansam consimilis erroris ex omnimodo silentio, calumniantibus non respondendo accipiant.

Ad hæc Greg. ep. ad Celestium præfectum, ad Aduocatū Anonymi se conuertens dixit: *Quoniam silentium, & rusticitatem mihi obijcit. Vir elegans, & urbanus; age fabulam minimè inscitam, atque de musis alienam tibi narrabo, ut experiar num huc saltem ratione ineptam istam loquacitatem composere queam. Cygnos quondam cauillis insectabantur hirundines, quod nec cum hominibus consuetudinem habere, nec canendi artem in publicum proferte uellent, sed circa præta solum, & flumina canerent, ac solitudinem amplecterentur: nec breuiter solum canerent, sed id etiam, quod canerent, sibi ipsi canerent, perinde atq; ipsas musces suppueris: contra nostræ (inquirebant) sunt urbes, nostri homines, & statim, garrulusq; nostro mortalibus delinimus, fortuna s; nostras ipsi exponimus; mirum ueteras illa, & Antica, Pandionem, Athenas, Thereum, Thraciam, peregrinationem, affinisiam, contumeliam lingua exactionem, præterq; omnium. & quomodo ex hominibus in aures mutata sumus. At Cygni enim garrulitates offensus, vix quidem eas dignas duxerunt; quas alloquerentur, ut autem eo adducti sunt. At o præclare (inquirent) in-*

se

solitudinem quoque quisquam concesserit, ut musicam nostram audiat: cum Zephyro pennas nostras inflandas permiserimus, iucundum quoddam, & concinnū modulamur. Quocirca, si non multum, nec apud multos canimus: at illud errō in nobis præclarissimum est, quod modū in canēdo tenemus: vos verō, & in ades admissas fastidiunt homines, & canētes auersantur, & sanē iure optimo, quippe qui ne excisa quidem lingua flere queatis: verum ipse ad ipsum vocis usum, calamitatemq; vestram deplorantes quauis alia auro, qualibet lingua vltimij & canora loquaciores sitis. Intelligis quid loquor (ait Pindarus) proinde si meam quoq; taciturnitatem factū dia tua præstantiorem compereris, silentio nostro inepte obrectare desine: alioqui prouerbum dicam, non minus verum quam breue: Tum. v3. cantaturos Cycnos, cum grāculi tacuerint.

ADVOCATVS. Sed quomodo potest sustineri, quod docuit S. Th. 3. p. q. 25. a. 3. loquens de adoratione Imaginis Christi Domini, eam non esse adorandam adoratione latrice, cum oppositum determinetur in 7. Synodo.

GREG. NAZ. in Eccles. *Gravissimum malum est calumnia; hæc .n. Sapientum animabus insidias struit, ac generatam bonorum virorum constantiam, oblationemq; labefactare molitur.* & in laudem Athanasij. & non est mirum (cum hoc malum peruersi spiritus solibus excitatum, atq; inflammatum sit) vnde varium illi quidem (S. Th.) ac multiplex ut strenuo rectæ doctrinæ patrono bellum inferretur aduersus .n. qui obstitit, ac contra nititur, maxime manifesta esse acies hostilis solet; quare veritatis telis destituti, ad calumnias se conferunt: solers quippe, & ingeniosa ad excogitandum malum est impietas, atq; ad suscipiendum facinus mirè audax; quomodo autem modo hominibus parcerēt, qui dignitati non pepercerunt? Notissima sunt exempla Arrianorum in Athanasium, qui calumnijs causam agere putabāt, veritati succumbentes, falsa crimina obijcientes. Sed ueritate iudicialiter comperta, risu simul, & indignatione conuentus solutus est. Ruff. 10. hist. c. 17. haud dissimilis in S. Th. tua: criminatio, dum Ichonomacorum patronum facis, quem uides eorundem uerbis suis destructorem.

THARAS. *aperiatur codex S. Th. ut impleatur calumniatoris facies ignominia, & discat loqui ueritatem.* Greg. *aperiatur Tharasis, in dicta q. S. Th. arguens dicit. Christo debetur adoratio latrice ratione diuinitatis. sed imagini Deitatis eius, qua est anima rationali impressa non debetur adoratio latrice; ergo multo minus Imagini corporali, qua representat humanitatem ipsius.* Ecce argumentum, audi Anonyme solutionē. [Ad 3. dicēdum, q̄ creaturæ rationali debetur reuerentia propter se ipsā, & ideo si creaturæ rationali, in qua est imago Dei exhibe

setur adoratio latræ, posset esse erroris occasio, vt 13. motus adoran-
tis sisteret in homine, in quantum v.g. res est quædam, & non refertur
in Deum, cuius est imago, quod non potest contingere de imagine
sculpta, vel picta in materia sensibili. In qua ergo clausula, vel verbo
inuenitur doctrinæ Angelicæ à sexta discrepare Synodo? An Hæretico-
rū cauillationes soluere (vt hic facit S. Doct.) est hæreticis subscribere?

EPIPHANIVS. 7. Syn. tom. 5. hæc est infania. an ignoras Tharasi
quanta fuerit cuiusdam Gre. Epi, hæreticorum partes agentis audacia,
qui multos Patres adducere conabatur in 7. Synodo in sui patrociniū.
& ibidem quondam dixi, quod [quicumque rectè sapit, nunquam hæc
ad subuersionem sacrarum Imaginum pertinere intellexit.

THARAS. Verè ita est. vetus quidem hæc hystoria, sed quotidie
renouatur. sed age videamus clarius mentē Doct. Angelici in art. 3. S.
Tho. inquit v. Imago Christi sit adoranda adoratione latræ, & re-
spondendo concludit: sequitur quod eadē reuerentia exhibeatur Im-
agini Christi, & ipsi Christo; cum ergo Christus adoretur adoratione la-
træ, consequens est, quod eius imago sit adoratione latræ adoranda.

EPIPH. Episcopus. hoc ipsum à me prius pronunciatum [qui Im-
ginem Imperatoris videt, in se ipsum Imperatorem contemplatur, &
qui imaginem eiusdem adorat, ipsum Imperatorem adorat, huius .n.
formæ, & figuræ est imago, & quemadmodū despiciens imaginē Impe-
ratoris, non aliter castigatur, quam si ipsum Imperatorem contumelia
affecisset.] cum tamen illa ipsa imago præter lignum, & colores. nihil
sit; eodem modo, qui typum, siue figuram alicuius ignominia afficit,
in illum ipsum, quem typus representat iniurius est, quoquidem ip-
sarum rerum naturæ representatur. hoc etiam vniuersi mortales agno-
scunt, Patresque Sanctos ita tradidisse norunt, & eos qui aliter do-
cent, Ecclesiæ Cathol. in dō naturæ rerum contradicere.

Ad hæc ADVOCATVS Anonymi. Sed quomodo iam ab errore
vindicare potest D. Angelicus cum 2. 2. q. vlt. a. 2. ad 1. dicat simplicia
votæ esse inepta ad statuendam Religionem, cuius oppositum definitum
est à Gregorio 13. &c.

GREGOR. orat. 2. de Theol. à Theologicæ contemplationis
monte belluas procul abesse monstratur, & lapidibus (qui sunt veri
& solidi sermones) conterendas: idè siue pardus sit, simul cum varijs
suis notis, ac maculis emoriatur, siue leo rapiens, ac rugiens, ac querēs
quam nam animarum, aut ditionum deuoret. siue porcus egregias,
& illustres veritatis margaritas conculcans, siue lupus Arabicus, & ex-
ternus, & his quoad sophisticas, & captiosas disputationes acutior:
siue versuta quædam animæ, fideq; dubia prædita, ac præ temporum
varietate alia, atque alia, nouaque subinde in rebus suis concucere
arbitratur formam assumens, &c. Hæc est Anonime tua astutia, vt Th.

pro-

proscribas ab Ecclesia, fingere, calumniari eum dogmata postea proscripta, descripsisse. Iam tua fraus est detecta, quo enim non pertingit Leonina, vulpinam assumpsisti. in laud. Athanasii. [Quemadmodum enim qui firmam quandam arcem expugnare in animum induxerunt, si eam accessu alioqui, captuque difficilem esset prospexerunt, ad artem se conferunt, atque arcis Praefecto pecunijs, aut fraude ad suas partes pertracto; ita iam nullo negotio, & labore arcem quoque ipsam in ditionem redigunt, aut si maus quemadmodum, qui Sampsoni insidias struxerunt; crinem prius, in quo vires postas habebat abstulerunt, atque ita demum Iudicem in potestatem acceperunt, et ique postea pro libidine insultant, pristinaeq; ipsius potentiae partem ex aduerso potestatem adepti sunt: sic quoque; Philistini nostri, ut submoto, atque è medio sublato nostro robore, ac detonsa Ecclesiae gloria (saturant) impietatis dogmatibus, & actionibus] aduersarij oblectentur; sunt autem DD. capilli, & robur Ecclesiae. inter hos Aquinas, ut omnium nostrorum vox, & interpres; quare dum hos discernere, vel calumnijs, vel maledictis conantur Philistij, Ecclesiam eneruari, & ad illudendum tradi procurant filij Balaam; diligenti studio cauendi, & propulsandi.

ADVOCATVS Anonymi. Nonne Thomas particularis Doctor fuit: quid ergo officit sanctitati, & doctrinae, si dicamus errare potuisse: sicut nec officit, quod Cyprianus assernerit baptizatum ab haereticis, rebaptizandum, cuius oppositum Ecclesiae autoritate damnatum est. Non est calumnia ergo mea ubi etiam S. liberum correctorem suorum dictorum voluit; multo magis Ecclesiam exoptauit.

THARAS. Errorem nullum deprehendes, si doctrinam S. Thomae attentè legas, & cum decreto Ecclesiae conferas. legatur verba Doctoris Angelici, & ita lectum est. *Videtur quod non debeat aliquis voto obligari ad Religionis ingressum. Per professionem enim aliquis voto Religionis adstringitur. Sed ante professionem conceditur annus probationis secundum regulam S. Benedicti, & secundum statuta Innocentij 3. qui etiam prohibuit ante annum probationis completam, eos per professionem adstringi. Ergo videtur, quod multo minus adhuc in seculo existentes debeant voto ad Religionem obligari.* Ecce argumentum. sequitur responsio. *Ad primum ergo dicendum, quod duplex est Religionis votum, unum solemne, quod hominem facit Monachum, vel alterius Religionis Fratrem, quod vocatur professio; & tale votum debet precedere annus probationis, ut probat obiectio: aliud autem est votum simplex, ex quo aliquis non fit Monachus, vel Religiosus, sed solum obligatur ad Religionis ingressum, & ante tale votum non oportet precedere probationis annum. Non discernis Anonyme inter uocum simplex factum priuata autoritate, & uocum simplex in professione*

Reli-

Religionis factum publica Ecclesie auctoritate etiam num si quis priuata auctoritate faciat uotum simplex ingrediendi Religionem S. Dominici, uel Societatis Iesu, non efficitur Religiosus. Eit autem Religiosus emittendo uel in Religione Sancti Dominici solemniter uotatus, uel in Religione Societatis Iesu simpliciter, Ecclesie auctoritate acceptata: & de sui temporis usitata professione locutus est. S. Th. de professione Societatis, quum illius institutum non uiderit, nihil locutus est, nec Prophetam esse oportuit futurarum legum Ecclesiasticarum; procul tamen & à longe consistens in genere salutauit, cum in Opusculis contra impugnantes Religionem, extorres, & alienos ab Ecclesia existimauit detrahentes Religionibus: & firmissima ratione de perfect. vitæ spir. c. 3. *quod quicumque dicit non esse obediendum his qui per Papam statuuntur, in haresim labitur. item ibidem, quod publica societas non potest constitui, nisi ex superioris auctoritate.* & ad eundem attinet, quibus uinculis sint illi homines in societate retinendi. & iterum contra impugnantes c. 1. *quod pro quolibet opere misericordia potest Religio institui, quod hactenus factum non est,* cum ergo ad docendum ignorantes, & paruulos præcipue rudimenta fidei principaliter sit instituta hæc sancta, & fructuosa Religio Pontificis auctoritate, simplicibus uotis societatem istam primò alligando, & suo tempore etiam sollempnibus; quis audebit dicere, nisi impius S. Thomam aduersaturum, uel aduersatum esse statuo Gregorij XIII. qui statutorum Ecclesie fuit vindex acerrimus?

NAZIANZ. ò miram nostri Angelici sapientiam! ò aduersariorum imbellem temeritatè! liceat mihi Sapientissimi Patres, quod olim scripsi Eusebio Samosateno, pro fide decertanti, in encomium S. Th. conuertere ep. 47. *Vnde tuarum laudum exordium duocem, & quo nomine te propriè appellaboram te columnam, & firmamentum Ecclesie uocabo, aut luminare in mundo, ysdem uerbis cum Apostolo uisus, aut gloriationis coronam Christianorum parti, salutemq; adepturæ aut Dei donum? aut patriæ adminiculum? aut fidei regulam? aut ueritatis legatum? qui hæc omnia simul, atq; his plura? atq; hanc laudem exuberantiam fidem prope excedentem, per ea qua uidemus confirmabo? Qua enim pluuia ita matura, & tempestiua sitienti Terræ ita lapsa est, qua aqua ex petra ys, qui in deserto habitabant exundans? quem talem Angelorum panem manducauit homo? Merito è celo illud oraculum, quæ die doctoratus aureolam accepisti delapsum est, quod & adimpletum est. Rigant montes de superioribus suis, de fructu operum tuorum satiabitur Terra.*

ADVOCATVS Anonymi cõfusus, iterum armis, & lapidibus destitutus, ad pauimenta se contulit: & quomodo inquit saluari potest dictum S. Thom. 2. 2. q. 186. *Docendo rerum dominium repugnare.*

nono paupertatis, cuius oppositum etiam Gregorius 13. decreuit.

GREGO. NAZ. rursus exazadelsis, rursus arma induis, rursus vinum, & contumeliosam inferis noua fides? Parumper quaso minas, thecnas, istas comprime, ut loquar, non iniuriam inferemus, sed coarguemur: non minas intendemus, sed probris incessemus; non vulueribus assilitemus, sed medebimur, &c. *O insignem superbiam! Fac nostram dicendi libertatem a quo animo feras. Nam frater cum fratre, expostulat, quoties ab eo equa portione fraudatur; qua fronte mundi luminaribus istos nauos affigere contumeliosè contendisti? nunquam S. Thom: dixit: Cum rerum dominio incompatible votum paupertatis.*

THARAS. legantur verba: & lecta sunt, ad perfectionem charitatis acquirendam, primam fundamentum, est voluntaria paupertas, ut aliqui absq; proprio viuas. hæc aut nō contradicunt decreto Gre-

ANONYMVS. Quomodo non contradicat osten de.

THARASIVS. Dona Dei, siue ordinis naturalis, siue supernaturalis, sunt duosmodi, ut omnes, & communiter percipiant; tametsi alij vberius, alij parcius, nec quisquam ad eod violentus, & importunus est, ut capimur beneficio Solis perfratur, Deus enim Solem suum equaliter omnibus oriri facit, & idem planè circa fidem, & Religionem, animaduertitur licet, communia sunt. Lex, Prophetæ, Testamentum, Testamentorum oracula, gratia, institutio, mystica imitatio, Christi passiones, nouæ erant, Apostoli, Euangeliæ, spiritus distributio, Fides, Spes, & Charitas; Status ergo similiter Religionis communia, vota, &c. nec ea ad mensuram data [quemadmodum olim munus illud ingrato Israeli, ac beneficii immemori donatū, sed ad vniuersitatisque voluntatem, spirituales item, progressus, & ascensus.] de moder. in disput. seruand. parcius tamen ut dixi, vel vberius hæc dona percipiuntur, vnde [alius contemplationis opibus affluit, ac supra vulgus affurgit, & spiritualia spiritualibus comparat.] ita & in Religionis statu (qui assumitur ad perfectionem charitatis acquirendam) communis quidem omnium Religiosorum paupertas, sed varij gradus distinguunt possint, magis ab vno, quam ab altero participatur. Quidam ergo gradus est eorum, qui nec habent aliquod dominium, nec in communi, nec in particulari, in quo gradu sunt PP. S. Francisci: alius eorum, qui in particulari non habent dominium rerum, bene tamen habent in communi: in quo gradus sunt fermè alij Religiosi. Tertius restabat gradus, ve in particulari, quis dependenter à prelate haberet dominium rerum per aliquod tempus, nec tamen vsu eorum sine voluntate Prelati; & in hoc gradu constituti sunt Patres Societatis Iesæ, qui professionem solent in intractabilem vltimo emittunt, ad quam est prima professio per vocæ dicta simpliciter, que ex instituto Ecclesie edocet faciat vesp Religiosos: cumque eiusdem Ecclesie auctoritate, dissolu-

ni possint ista uota simplicia, ut ad seculum remitti possint, nō erat cō-
ueniens hos primę professionis à se dominium abdicare : iustissime fa-
ctum est, ut assumendo statum Religionis, participarent hunc gradum
tertium paupertatis, qui etiam includit eam conditionem, ut sine pro-
prio uiuat, absque enim proprio uiuit, qui usum non habet rerum, li-
cet habeat dominium, illudq; non abolutum, sed ex superioria volun-
tate.

Ad hæc Anonymi Aduocatus. Cum in Concilio Tridentino defi-
niatur esse in Ecclesia catholica Hierarchia cōstans ex Episcopis, Pre-
sbyteris, & Ministris; quomodo iam sustineri potest S. D. sententia,
quod Episcopatus non sit Sacramentum? nonne etiam Petrus de Soto
lect. 4. de Sacramentis suum Magistrum hac nota inurit, dicendo, op-
positam sententiam S. Thomę certa fide tenendam.

GREG. in Apologet. Qui veritatem confundunt, similes sunt ijs,
qui veritatis doctrinam componunt, ut aduſterant, vinumq; aquę ad-
misceant, hoc est doctrinam cor hominis exſullantem, cum vili, &
vulgari, humiliq; repente, & euanida, frustra; & temerè fluente (ut ip-
si ex hac comparatione non nihil emolumentis capiant) aliaq; alio mo-
do, cum ijs, à quibus aduſantur, verba faciunt, omnibusque assen-
tantur, ventriloqui sanè homines, & vaniloqui voluptatibus suis ob-
sequentes, ensq; verbis aucupantes à Terra pronunciantes, atq; in Ter-
ram accumbentibus, ut sic maxime Populi existimatione floreat, au-
cupantes &c. Nonne in omnibus Academijis tritum, circa Episcopatum
esse diuerſas sententias, num sit Sacramentum? vna est Theol. alia Ca-
nonistarum, illorum negatiua, istorum affirmatiua, & sine præiudicio
fidei, vtramque probabiliter sustineri posse notum est? cur veritatem
hanc euanidæ doctrinæ vnus, vel alterius, quod sit de fide, affirmatum
admisses Anonyme, & ad gratiam loqueris, pro varietate temporis, ut
S. D. erroris notam affigas? quomodo sententiam piam docēs in
scholis, ut impiam exhibendam; imò illudendam conaris in theatro?
Concilio non aduersatur S. Doctor agnoscens cum Dionysio, & tota
antiquitate Ecclesiasticam Hierarchiam ex Episcopis, Presbyteris, &
Ministris constantem; Ecclesiasticum gradum, imò & supremum supra
Presbyteros, & Diaconos illis assignat. Cum multis autem Scholasti-
stis dubitat num sit Sacramentum, non tecus ac de nonnullis inferiori-
bus ordinibus dubitant nonnulli Theologi, vbi omnes ordines, &
gradus Ecclesię, Concilium Tridentinum, definit esse Sacramentum.
Solum indefinita oratione asserit ordinē esse Sacramentum; an verò de
omnibus, vel de aliquibus id intelligi debeat, non definit. Ergò ne hæ-
retica dicenda est sententia S. Thomę, quæ à te, & alijs quoque proba-
bilis adiudicatur. Nauarrus, Valent. *Certè quemadmodum eadem
Terra sanis quidem, & recte valentibus firma, & stabilis; ijs autem*

156 *Speciales contradicti. Anonymi refutantur.*

qui vertigine corrupti sunt mouetur, nimirum aspicientium visu ad rem inspectam transeunte: aut si nauis quemadmodum idem columnarum interstitium, his qui proprius distant maius, his autem, qui longius sumati sunt, minor videtur loci cum intervallo aërem suffocante; atq; tenuis crassiora corpora connectentibus? ad eundem modum, non quoque modo propter animi malevolentiam inimicitiamq; deprecimur; nec de eisdem rebus eadem amantes, & non amantes, nobisq; facile praterius, & aquam hinc multos Sanctos, illinc multos impios subinde tempus designat: ut cumq; prius ea nostra Religionis esset disciplina, ut ne superfluum quidem verbum proferre liceret, nunc contra præstantissimos esse quacunque pietate cum vitijs, maledictisq; præscindimur.

ADVOCATVS Anonymi S. Tho. 3. p. q. 78. a. 1. inquit Christum non fuisse vltim in vltima cœna alijs verbis benedictionis; quam consecrationis. At in Trident. Sess. 13. dicitur, hoc tam mirabile Sacramentum in vltima Cœna Redemptorem nostrum instituisse, cum post Panis, Viniq; benedictionem, se suumque ipsius Corpus illis præbere, ac suum Sanguinem, disertis, ac perspectiuus verbis testatus est. si post Panis, Viniq; benedictionem sit hoc Sacramentum, quomodo benedictio idem est; ac consecratio?

GREGOR. in præceptis ad Virgines. A quo suffuratus es hanc obiectionem nouimus; & qui tibi hæc suggesserint; facile deprendi possunt; sed nec mirum

Sturnus enim nostras condiscit reddere voces;

Atque aliena suo garritu verba profari;

Qua visa in speculo Sturni depicta figura,

Edocuit; virque ingenio præclarus & arte

Stans retro, Sturnum, Sturniq; in imagine fallens.

Retro speculum doctrine S. Thom. voce loqueris S. Tho. æmule quas veluti Sturnus tua quoque imagine deceptus proferre didicisti Anonymi; & putas vocem esse speculi, vel tuæ imaginis in speculo alienam vocem emittis tibi suggestam; & tuo genio accomodatam. Hoc scribit quidam apud Pozam, qui & Catechis. Trid. Conc. insinuat. Papæ ubi contradictio non est aliud consecrare, & aliud instituire Sacramentum. In benedictione fuit consecratio, fuitque non alio signo; & nisi verbis perfecta esset Hoc est Corpus meum] institutio subsequuta, ut Eucharistia esset Sacramentum; & iuge Sacrificium perpetuo duraturum in Ecclesia. Sicut ergo in baptisate, aliud fuit, quod Christus Dominus baptizaretur, aliud quod uim regeneratiuam aquis contulerit. oratione de baptis. *A Christo meo, hanc nasciuitatem*

of-

effectam honore, constat, &c. nempe per baptismum, quo ipse sanctus est, nihilominus certum est, quod non indigus, sed salutis nostræ causa baptismum susceperit. unde prius orat. in S. Natiuit. *Aquas suas purificationis purgavit, neq; enim ipse purificatione opus habebat, qui peccata mundi tollit.* Unde apparet diuersam fuisse saltem diuersitate rōnis institutionē baptismatis à Xpi susceptione. Ita dicēdū in presētī; differentiam esse inter consecrationem, & institutionem; consecrauit enim cum benedicendo. consecrauit, & cōsecraudo benedixit: instituit cum voluit per virtutem Eucharistiæ communicari nobis charissimæ gratiarum, eamque tāquam perpetuum pactum, & solemnem cæremoniam ab ipso institutam faciendam, & continuandam in Ecclesia. Unde & postea dixit, [hoc facite in meam commemorationem]. Quare si tantum Christus consecraasset, & suos discipulos communicasset, nec instituisset, vt fieret Eucharistia à successoribus, non instituta fuisset Eucharistia, vt Sacramentum, & Sacrificium perpetuò duraturum in Ecclesia. Benè ergò concordat Tridentinum cum S. Tho. & cum catechismo: cum Concilio Tridentino concordat, iam qui Sturnum loqui docuit, à catechismo discordat, ac proinde duplicem irrogat Tridentinæ Synodo iniuriam catechismum impugnando, tum quia Synodica autoritate edictus, tum quia Concilij mētem catechismus solent explicare. sed quod contendo, & sapissimè recolo, quod malorum hominum mala doctrina est. vel potius malorum hominum mala seges.

ADVOCATUS Anonymi. Etiam S. Th. 2: 2: q. 63. a. 7. affirmat Clericum si se defendendo, interficiat aliquem, fieri irregularem, quamuis non intendat interficere, sed se ipsum defendere. Huius contrarium definitum est in Clem. vn. de homicidio.

GREG. NAZ. Olim scripsi. *B. sapientis labijs iucundissimi sermones fluunt; amarulentum autem guttur pugnat cruciat: è facunda lingua suaussimi latices manant; sermones malos præceptis iudicijq; expers hos gignit;* nonne ab omni iudicij rectitudine alienum est S. Th. erroris insimulare, quod in materia positum legis secundum tempora variabilis, atque mutabilis fenerit cum Nicolao in decret. d. 50. can. de his, Clericum irregularem esse, etiam qui inculpabiliter se defendens alium occidit, quod postea iuxta exigentiam temporum aliter in Clem. 4. statutum est? Nonne hæc Epicuri atomis absurdiora? *Fieri nõ potest, vt qui tragice se habet, comicè diem festum agat.* ep. 44. vt existentie constitutione Nicolai in viridi obseruantia, luctum indicente; & arcente inculpabiles homicidas ab Altari, diem festum caneret, S. Doct. ad Altare inuitando. orat. de Theol. *At anearum telis infirmiores illaqueas, ex eoque tibi scitus, & magnus videris?* (audi) *vt Falcanum strepitus Legores exterrere, ita rerum umbrę timidos homines,*

Et ignavos, in sene. dist. Elegiacis; contra verò vt incus maxima idus non pertimescit, sic mens sapiens omne detrimentum excludit. ceteræ quæ ista cantilena, Orator enim improbus leges labefaciat, bonus autem, atque innocens, aptus, & concinnus est armonia.

ADVOCATVS. Sed quis negabit citrà Scripturam S. Th. hallucinatam? legatur 2. 2. q. 102. a. 4. ad 6. & apertè reperietur tabernaculū propitiatorii fuisse tabulā lapideam. cū Exo. c. 25. & 37. dicatur fuisse ex auro mundissimo, vt nullus de hac re dubitarit, nec dubitare possit.

S. GREG. NAZ. orat. in S. Pentecost. Certè Anonyme: *Alto itinere ad idem, vt dicitur diuersorium tendis, nec semel tantum, sed bis ac pluries in eundem lapidem impingis. Certè has panis S. Doctori affigentes, aut guttulis aque petunt, aut ventis ferunt, aut in somnigis ludant.* exorat. in Max. mira. res, quod cum athlete extra vsitatum palestræ morem, aut alio quouis certaminis genere vti non liceat, aut alioqui sibilis exploretur, quominusq; afficietur, victoriæq; iacturam faciet, qui præter palestræ præscripta pugnaverit, aut alio quoduis certamen, non rectè, nec iuxta constitutas certaminis leges inierit, quamlibet etiam strenuus sit, arvisq; peritissimus; pro Christo tamen non secundum Christi leges depugnat, remq; paci gratum facere putet, aliter quā liceat, pro illa bellū gerens? Apol. 1. Est ne conueniens Dei legibus, & Orthodoxorum paci, vt codicibus vsitatis in Elucidatorem scripturæ, & fidei Orthodoxæ bellum geratur? Est ne dignum spectaculum, & acroama, Th. Aquinas his cōiicijs & cauillis sugillatus? Fōtes erant cōsulendi non riuli, vt veram S. Doctoris lectionem scripturæ conformem haurires. Sed limpidissimè legit S. Tho. Textum in me mbranaceis charcis, ijsque vetustis exaratu, absque illa voce adscititia lapidea. Sic in vetusto M. S. eodem Conuentus S. Lucæ de Albāniz annotationibus S. Vincentij descripto, adhuc quoque tempora inuisitur, & nouissimi Antuerpiensis 1612. Romani 1619. Sed & ad Hzbr. lect. 1. vbi hunc locum Exodi interpretatur dicit: *Inter duas autem alas, quibus tangebant se, erat tabula aurea, &c.* Si Lynceos oculos obseruator S. Tho. habebat, debebat ex Hymno S. Greg. ad Christum, *depulso cano margaritam fodere, ab Arena aurum, ab asperissima spina Rosam, ab arstis deniq; relicta stipula triticum legere.* tu potius omnia confundere fatigisti; dum de formibus litteris, canoque vnguentū admiscere voluisti. orat. 1. de Theo. hoc est verā, & germanā lectionem cum corrupta confundere, nec distingere curasti, vt tibi materiā criminandi permittio ista ministraret. At benè noui scopum tuum Anonyme, hæc effutire velle, vt ad gratiam loquaris, vel spectatores habeas admiratores. & iam si ita est plumbeos enses, quorum nullus in bello usus est argenteis vaginis occultito,

AD-

ADVOCATVS. At quomodo potest coherere, quod scripsit S. Th. 2. 2. q. 88 a. 7. votum solemne consistere in quadam consecratione, seu formula speciali ad Deum pertinente, quæ in Apostolica institutione, & iure diuino habet vim obligandi) vt hoc illi attribuant communiter Thomistæ) cum potius Bonif. 8. cap. de vot. & voti redē. & Gregor. 13. definitur, solemnitate esse in sola institutione Ecclesie.

GREG. ep. 65. ad Afric. *Graculum porro graculo aspidere, ipsa quoque paramia docet, nec tu solus quoque Anonyme hæc obijcis S. D. sed quotquot in S. Th. conspirarunt: sed dicam, graculos esse, Aquilarum volatum, explorantes.* ep. 61. ad Nicobul. grandis, & subtilis exploratio de volatu Angelici, ad cuius volatus altitudinem pertingere non valentes, sicut nec pedites, vt dicitur, ad Lydium currum, vānis vocibus aerem scindunt. Aliud certè est loqui de voto solemnī Religiosorum, aliud de voto solemnī Clericorum in sacris. Substantia primi voti solemnī est ex natura sua, quæ diuino iure exoritur, & consistit, vt sit incompatibilis cum actibus carnalibus, proprietatis, & vnde ex sui natura est impeditiuum votum solemne matrimonij, inde matrimonium ratum, & non consummatum, dissoluit. Tale est votum Monachale. Voti verò Clericorum solemnitas consistit in institutione Ecclesie inhabilitantis quosdam ad matrimonium, quos constituit Ministros Altaris, non verò vt in ordine sacro dissoluatur matrimonium ratum non consummatum, vnde accidentaliter solemne est, non ex sua natura, hoc est de institutione Ecclesie, non verò iure diuino. Bonifacius ergò locutus est de voto solemnī, quasi accidentali, quale est votum Clericorum in Ordine sacro non substantiali quale est Religiosorum. Sed hoc si non arridet Anonymo, aliam accipiat solutionem. Substantia voti Religiosorum in traditione consistit, sed nihilominus ab Ecclesie consensu dependet, vt hæc, vel illa sit Religio cum votis, &c. vnde tāquam à causa efficiente à consensu Ecclesie vice Dei dependet. Quamuis ergò de iure diuino sit traditio, quæ sit per votum solemne, acceptatio tamen est de iure Ecclesiastico, & de ista solemnitate loquitur Bonifacius, quod est ab Ecclesia institutum. *Audi Anonyme, prudentis est, & cordati viri magna mensura, vitam suam, & doctrinam metiri, atque ad excellentium virorum imitationem sese componere.* ad Nicobul. *Præstat quippe secundas inter homines magnos, & locupletior ferre, quàm primas inter pauperes, & abiectos; que modicum maioris gloriæ est, infra Aquilam, quàm super humilitate Alaudæ auolare.*

ADVOCATVS. Non potest quoque coherere, quod docet S. Th. 4. dist. 4. q. 4. ad 3. Dum inquit ex Sponsalibus irritis, non oriri iam impedimentum publicæ honestatis, cuius oppositum definit Alex. c. ad audis. & c. vnico de sponsalibus.

Gua-

GREGOR. in Julian. 1. & de vitæ differentia. *Qui Mercurius. Lo-
pius hoc tibi in mentē induxit, certè, anserum, & gruum. videtur indi-
care Conciliabula in quibus oīa cōtentione, & bello ardēt, & adinuita
lagitia prius obscura, atq; incognita, in unum collecta ab inimicis in
lucem proferuntur, quæ culpa quod flagitium in Thoma deprehendit
iam Concilium Trid. Sess. 24. de reformatione cap. 3. &c. abstulit illud
decretum, & irrita fecit Sponsalia quæcunq; licet autem Alex. S. Th.
præcesserit (qui decretalē eius potuit videre) Alexātri decreto nō con-
tradixit S. D. non enim prohibet Alex. matrimonium, quia sponsalia
de quibus eo cap. loquebatur nulla erant; illud enim impedimentum
à contrahentibus, & alijs nesciebatur, sed ex scandalo, quod suboriri
poterat, si cui fuerit promissa mulier, alteri matrimonio iungenda tra-
deretur, quæ promissio à reliquo populo cognoscebatur.*

ADVOCATVS. Sed cur ò Gregorij alijs tacentibus PP. tam se-
pè, & declamatorio stylo in arenam hanc descendisti, patrocinium
Aquinatis suscipiens, & ab omni nōuo. eius doctrinam vindicans?

GREG. NAZ. Ad Hellen. Dicam libenter: *Ld ortum esse amicitia
lege, communia omnia inter amicos esse iubente, agnosco eximium
meum decus Aquinatem, illud causæ nostræ lumen, quod me summo
honore illustrauit; hic enim cum de censuranda propositione ista tracta-
retur: Angelos effatos ante mundum corporeum, dixit hanc sen-
tentiam non esse reputandam erroneam. ait. n. Propter auctoritatem
Nazianz. cuius in doctrina Christiana tanta est auctoritas, vt nul-
lus unquam eius dictis calumniam præsumpsit inferre, sicut nec
Athanasy documentis. 1. p. q. 61. 2. 3. in corpore. Nonne amicitie iure
ad calumnias dissoluendas Anonyme in arenam descendi, parem vicem
rependendo: sed uideo te, vt est fabula Æschyli in fabula attititata
Prometheus. vbi sic loquitur Mercurius: Aliquid promam, quod ratio-
nibus, & depulsionibus.*

Nihil misceſcis meis.

*Sed freno mordens pullus indomitus, velut
Ferosiens, pugnas habenas vincere.*

AVGVST. Iam cum iure amicitie in arenam descendisti Grego-
ri, recolens, dictum de tua cum Basilio necessitudine ad me adaptans,
& Th. *Pariter easdem leges seruare deo. dicebas orat. in laudem Ba-
sil. par spiritus Doctrina, hoc est rerum omnium inuidiosissime nos
ducebat, & tamen adorat inuidia, sola emulatione flagrabamus. Hoc
vitiq; certamen, non vti primas ferret, sed vt alter alteri primas cede-
ret, vterq; enim alterius gloriam suam existimabat. Vnde vtiq;
omnia videbantur duo corpora ferens, eodem elogio mox ac Thomam
mundus cohonestat, vt Augustinus Thomizet, & Thomas Augustini-
zet,*

zet; vt si transmigratio possibilis haberetur, vel in meo corpore anima Thomæ sedem fecisset, vel anima mea in Thomæ corpus transmigrasset: ad eò quoque mei reuerentissimus, vt omnia duriuscula dicta interpretaretur, & comes lateri meo semper adiuctus, velut alter Acharis, patrocinium meum susceperit, vt in biuio positus, quandoq; alios reliquerit, & meæ sententiæ apertissimè subscriperit. Necesse est ergò vt hoc illum elogio cohonestem. Scribens .n. quondam contra Donatistas, Cypriani lapsus excusando, pluries gradus scribingentium concludendo, dixi, non esse mirum si labimur interdù: *Homines enim sumus; unde aliter sapere quam aliter res se habet, humana tētatio est: nimis autem sententiam suam, vel inuidendo melioribus, usq; ad prescinden- de communionis, & schismatis, vel hæresis sacrilegium peruenire, diabolica præsumptio est; in nullo autem aliter sapere quam res se habet, ANGELICÆ perfectio est:* quare cum S.Th. Angelicum nomen promeruerit, hanc perfectionem eius Angelica doctrina adeptus est, vt in nullo lapsus sit in ijs, quæ ad dogmata pertinent, & per omnia Orthodoxè descriperit.

VRBANVS IV. *Verè ita est,* nam ad Tholosanos hæc verba direximus. *Volumus insuper, & tenore presentium vobis iniungimus, vt B.Tho. doctrinam itaquam veridicam, & catholicam sectemini, eaque studeatis totis viribus ampliare.*

CLEMENS VIII. *Hic siquidem honor eius virtutibus cum admirabili doctrina coniunctis, iure optimo dabetur: ac doctrinæ quidem testis est, ingens librorum numerus, quos ille breuissimo tempore, in omni ferè disciplinarum genere singulari ordine, ac mira perspicuitate, sine vllò prorsus errore conscripsit.*

S. 2.

Conclusio Consultationum totius disceptationis cum Memorialis reiectione.

PETRVS DAMIANVS. Vnde quæso vos ò pij Pontifices aduersus nouitiam hanc doctrinam PP. & SS. iniuriam, diuino sancti zeli feruore concurrite, & emergenti nunc primum nouellæ phantasiæ vnanimiter obuiate. Obstruatur os iniqua loquentis, & peccatorum manus Apostolicæ fidei non quatiat fundamentum: seruetur Ecclesia in sua puritate doctrinæ, firma sint instituta maiorum, nec eam vexare permittat terrena Sapientium turbulenta versutia. Surgit inimicus noctu per agrum Christi zizania conspergere: vos in die quo ambulatis, tanx doctrinæ sarcullo malè sata radici-

B b b c i-

562 *Speciales contradicti. Anonymi refutantur.*

cium extirpare. Nocturni Allophyli puteos rudibus implent, in die Ignes euacuare festinet. Sacrarium Christi, nocturnus fur tentat irrumpere, excitetur lingua canum eius salubriter oblatrare. Quod si ex vestro fortassis ordinis (Episcopatus, & Doctoratus) quiquam prodeat, qui dogmatizare contra PP. tam nefanda præsumat, tantò illum durius debetis arguere, quantò ex his, qui Ecclesiæ, & PP. doctrinæ scrutator esse debuerat, eam nititur oppugnare. Suggeste igitur Domino nostro Papæ Beatissimo has propositiones, & cuncta sub discreti examinis æquitate disponite; quatenus, in Ecclesiæ corpore, sic ferrum, quæ coerupta sunt, leniant, vt tamen in proprii vigoris robore syncera quoque permanent: sic plectibiles puniantur excessus, vt dum reatum synceritas legalis persequitur, sua innocentie immunitas referuetur: sic arbor vitiata, securibus sit obnoxia, vt plantæ ab illa transpositæ, in sui viroris gratia radicibus coalescant. JOpus. 6. c. 34.

Vix hæc absoluit Damian. cum Basil. ab vniuerso SS. Choro iniunctum est, vt Synodales istæ consultationes ad thronum Apostolicum probanda deferrentur. In hanc ergò formam summam Hierarcham est allocutus.

Beatissime Pater, præter apertum hæreticorum bellum, aliud ab ijs qui eiusdem nobiscum videntur esse sententiæ, excitatum est: Ecclesiam in extremo periculo deduxit; quare potissimum gratia, & auxilio vestro opus habemus, quo qui fidem continentur, Apostolicamque excogitarunt, & exercent, schismata abolentes, authoritati se deinceps subijciant Ecclesiæ, vt integrum sit Corpus Christi, omnibus suis membris ad integritatem receptis, ne aliorum dumtaxat admiremur, suscipiamusque bona, quod iam fecimus: sed & nostras quoque Ecclesias veterem Orthodoxie gloriæ, & exaltationem recepisse videamus. Reuera namque suprema felicitate reputandum, quod pietati vestræ à Domino, quæ adulterina sunt à probato, ac sincero discernere Patrumque sine aliquo metu fidem prædicare datum est, quam fidem, & nos accepimus, & Apostolicis characteribus probatam agnouimus. ep. ad Damas.

Post supplicem petitionem Basilij, decretum in hanc formam ab Apostolico throno emanauit, à Sixto 3. *Ergo, quia* (sicut ait Apostolus.) *fidēs una est, quæ euidenter obtinuit, dicenda credamus, & tenenda credamus. Nihil vltra liceat nouitati, quam nihil addi conuenit uetustitati. Perspicua maioris fides, & credulitas, nulla cani permixtione turbetur.*

Post decretum, ab vniuerso coetu pie conclamatum est. *Ad nihil uenirent tãquam aqua decurrens, intendit arcum suum, donec infruantur.* ex Psalm. 57.

Deinde Augustinus in vmbonem ascendens, hæc interpretans dixit *Non vos terrent fratres quidam fluy, qui dicitur torrentes: hyemali-*

libus aquis implentur: nolite timere, post paulū transiit, decurrit aqua, ad tempus perstrepat, mox cessabit, diu stare non possunt, multe barades, multe nouitates iam emortuę sunt, cucurrerant in riuis suis quantum potuerunt, decurrerunt, sicut sunt riuus, vix eorum memoria reperitur, vel quia fuerunt, spernentur tāquam aqua decurrens, sed non solum ipsi, sed totum hoc seculum ad tempus perstrepat, quærunt quem trahat. Omnes ibi, omnes superbi sonantes ad saxa superbiae suę, quasi aquis irruentibus, & confluentibus; non vos terreat, hyemales aque sunt, semper manere non possunt, necesse est vt decurrant, necesse fit, vt defluant in locum suum in finem suum. Post hæc.

THEOPHIL. ALEX. epist. Paschali: Omne verbum peristatis nõ habens fundamentum; & si ad horam audientem illuserit, vt putet verum esse quod non est, paulatim dissolui, & in nihilum redigi competentum est, vniuersamq; sententiam, quę in morem torrens de pessima mente profertur obruere authorem suum, & litteras, syllabasq; quibus erat contexta, per detes, absq; sensu, & sono, & ulla imagine derelinqui: & instar venenatissimi colubri percutere: prolatorem suum, statimq; retrahere caput, & quasi in foramine mentis, tabescere, atque consumi: nam mendaciorum finis, interitus est; ne putetis me in vindicem Anonymi hæc proferre, sed omnium vestrum causam peregisse, dum abdicatos errores de fæce hominum, conatus est vestro nobilissimo conspectui aggregare: vnde & nos obliti iniuriarum, conuergentissimę eos cupimus recipere, sicut, & illorum sanitate, & inductione ad Deum, propriam sanitate, & gloriam computamus, & si aliter non possunt curari, nisi nostra humilitate, vltro eis satisfaciamus: nihil eis tulimus, nihil nouimus, tametsi indignentur contra Ecclesię medicamina; imò & medicos peritos (Patres, & Pastores) quibus vulneratis sanitas redditur.

Nos, quę scimus loquimur, & quę didicimus, predicamus, orantes, vt qui Ecclesiasticas despiciunt regulas (Patres contemnendo) normam recipiant veritatis.

Synodus. Aduersus eos, qui non sentiunt ea, quę PP. docent, sed obumbrare moliantur eam, quę verè est veritas per nouitatem suam, Psalmi concinunt vocem; quanta malignati sunt inimici in Sancto suo, & gloriati sunt dicentes, quia non est Magister, & nos non cognosceret, tractantes dolore verbum veritatis. Nos autem per omnia eorundem Deiferorum PP. nostrorum dogmata, & precepta tenentes, predicamus, & vno ore, & vno corde: nihil addentes, nihil auferentes ex his, quę ab illis tradita sunt nobis, sed in his laboramur, in his confirmamur. ita confitemur, ita docemus. ex 7. Syn. act. 4. &c.

Ex act. 7. in fine epist. Synod. Cuncta itaq; scandala abierunt, cuncta obscurata sunt, veritas gubernat omnia, mendacium exterminatum

564. *Speciales contradict. Anonymi refutantur.*

tam est. *Seminator zizaniarum omnino defecit, frumentum, hoc est denotat Christi Populus, in unum horreum, nempe Christi Ecclesiam, comportatum est: Orthodoxa fidei lumen resplenduit, erroris tenebrae succubuerunt, maror in gaudium versus est, lacus in exultationem commutatus est. Conuersus dolor noster in letitiam, omnia in meliorem partem respexerunt; qua propter & nos Apostolici vos alloquimur, gaudete in Christo, gaudete. Terna gaudia Trinitas peperit, exaltationis gloriæ Sanctorum, silentij aduersariorum, & dilucidationis veritatis doctrinæ Christi, quem decet omnis gloria, honor, & potestas in secula seculorum Am. Sed quæ per prosopopœiam inducta sūt, hucusq; quid verè, & realiter factum sit ab Apostolica Sede circa opera Pozæ, audiamus.*

S. 3.

Apostolica Sedis decreta.

De Libris Elucidistæ.

IN prohibitione librorum anni 1628. prohibetur opus Elucidistæ his verbis.

Elucidarium Deiparæ, Authore Ioanne Baptista Pozæ, Verum quia pro talis libelli prohibiti defensione, multa ab eodem auctore, & alijs scripta sunt, visum est sacræ Congregationi Indicis, auctoritate, Apostolica, rursus iterata proscriptioe idem opus cū alijs eliminare, in hanc formam. DECRETVM.

Sacræ Congregationis Eminentiſſimorum, & Reuerendiſſimorum Dominorum S. R. E. Cardinalium à SS. D. N. Urbano Papa VIII. sanctæque Sede Apostolica ad Indicem librorum, eorundemq; permissionem, prohibitionem, expurgationem, & impressionem in vniuersa Republica Christiana specialiter deputationum vbiq; publicandum.

Sacræ Indicis Congregatio Eminentiſſimorum, & Reuerendiſſimorum DD. S. R. E. Cardinalium, infraſcriptos libros damnat, & prohibet, mandans omnibus, & singulis cuiuscumq; gradus, & conditionis, sub penis in Indice librorum prohibitorum contentis, ne vllus in posterum eos imprimere, legere, aut quouis modo apud se retinere audeat: & si quis aliquos illorum habuerit, ut statim omnes à presentis decreti notitia, locorum Ordinarijs, aut Inquisitoribus consignent.

Libri autem sunt

Ioannis Baptista Pozæ Societatis Iesu, Cantabri opera omnia.

Libellus Anonymus in scriptus, Memorial a los Luezes de la Verdad, y Doctrina.

Libellus Anonymus in scriptus. Libellus quidam supplex, cui titulus, ad Iudices Veritatis, & Doctrinae defenditur.

Libellus in scriptus. S. S. Domino D. N. Urbano Papa VIII. Natio, & Cognatio Cantabrica Ioannis Baptista Poza è Societate Iesu, in causa Iudiciali tomi primi Elucidarij, cuius initium est. Beatissime Pater, Cantabricum dominium, & cognatio Ioannis Baptista Poza è Societate Iesu, ad pedes vestrae Sanctitatis abiecta, partes Iudicialis defensionis tomi primi Elucidarij ultrò suscipiunt.

Liber in scriptus, S. S. Domino D. N. Urbano Papa VIII. Cognatio Cantabrica Ioannis Baptista Poza, è Societate Iesu, in causa Iudiciali tomi primi Elucidarij, cuius initium est, Beatissime Pater, Doctor D. Ioannes de Vribe, & Yarza, nomine Cognationis Cantabricae, Ioannis Baptista Poza è Societate Iesu, ad pedes sanctitatis vestrae abiectus, Iudicialis defensionis tomi primi Elucidarij ultrò suscipit.

Libellus sine titulo, cuius initium. Señor, el Doctor D. Iuan de Vribe, y Yarza, en su nombre, y en el de los parientes, y devotos del P. Iuan Baptista Poza de la Compania de Iesus.

Et quicumq; alij tractatus, Apologiae, Informationes, Libelli supplices, vel quouis aliu nomine expressi, pro defensione Elucidarij Deipare, suae doctrinae praesati Io. Baptista Poza, tam praeto mandati, quam a nu scripti.

In quorum fidem, manu, & sigillo Eminentissimi, & Reverendissimi D. Cardinalis Pij S. Congregationis Praefecti, praesens decretum signatum, & munitum fuit, Romae die 9. Septembris 1632.

Verum auersione contentiosa multa idem aduersus praescripta eiaculatus est, quae quonia abudè dissoluimus t. penult. nostro, de pscr. fo. 202. & seq. censoriam virgulam in proscribendis libris, Summi Pontificis, & sacrae Congregationis Indicis pro viribus defendendo, superstitemus ab ulteriori confutatione; solùmodo indicantes, quae latius postea impugnaturi sumus proprio Opusculo de Oeconomia Saluatoris.



LIBER QVINTVS, ET VLTIMVS.

Paradoxetera eiusdem Anonymi, quæ contra Antiquitatem PP. & Doctorum, & nostri Cherubim disseminata sũt, aperiuntur, & breuiter confutantur.

C A P V T I.

Quæ sint huiusmodi Paroxa:



VNC Vltimum congressionis nostræ omnium concludimus hoc vltimo huius operis libro, indicatorem totius conscientiæ Anonymi, & finis, & scopi totius intentionis eius. etiam hanc insignem victoriã deputamus, id quod tantis inuolucris abscondebatur, tuendæ veritatis, sub prætextu probabilitatis, in conspectu Solis inuisendum proponere. *Etiam* (dicebat Tertul. contra Valentin. c. 3.) *Solummodo demonstrare, destruere est.* Hoc modo processit

in Valentinum insurgens, qui velut alter Hesiodus, eius Theogoniam voluit imitari, a lijsque nominibus in alia transmutatis (vt scripsit Epiphanius) mundum decipere voluit, fabulas, & genealogias interminatas immiscens, de famamare edisserens, nulla opera coniugij cõ-

capiente, & procreante feminam, ex Tertull. c. x. & privilegio hæretico carnem Christi spiritualem comminiscendo, seu putatiam intraducens cum Marcione, & Apelle; non solum natiuitatis destruendæ, ut phantasma haberetur, sophistica argumenta subministrans, sed ut & conceptus, & prægnatus, & partus virginis, & ipsius exinde infantis ordo; (secundum extimationem, vel secundum apparentiam,) haberetur. ut idem dicit lib. de Carne Christi c. 1. de his Epiphanius hæres. 31. transcribens verba S. Irenei scripsit *Quidam emissi ad veritatem, introducunt sermones falsos, & genealogias varias, quæ sanè questiones magis exhibent, velut Apostolus dixit, quam adificatione Dei in fide, & per improbè collectam vim persuadendi, mentes imperitorum seducunt, ipsosq; captiuos ducunt, malitiosè tractantes eloquia Domini, præui expositores probè dictorum sunt, & multos subuertunt abducentes ipsos prætextu cognitionis ab eo qui vniuersa creauit, & ornauit; velut alius quid, ac maius habeant, quod offedat Deo, qui Cælum, & Terram, & omnia quæ in ipsis sunt fecit; probabilior quidem inducentes per verborum artificium simpliciter ad querendi modum; verum improbè perdentes ipsos in eo quod maledicæ, & impiæ ipsorum mentem afficiunt erga opificem, & in eo quod non diiudicare possunt mendacium à veritate. Nã error per se ipsum non ostenditur, vs ne denudatus deprehendatur, sed amiculo splendido calidè ornatus, ut etiam ipsa veritate verioris se ipsum exhibere videatur imperitioribus, per externam apparentiam, quemadmodum à quodam prestantiore nobis dictum est de talibus, quod preciosum lapidè smaragdum, & magnæ estimationis apud quosdam, vitrum; contumeliæ afficit per artem illi assimilatum, ubi non affuerit qui probare potest.*

Ne dum aduersus refractarios manifestos armauit Ecclesia Pastorum & Doctorum dexteris, qui etherodoxa aduersus Dominum; & aduersus Christum eius, & eius sponsam meditati sunt; sed in eos, qui noua paradoxetera, inaudita in Orbem inuexerunt, & sub probabilitate doctrinarum, & exercendi ingenij introducta, in impietatem possunt terminari. Præstitit id Apostata Iulianus, qui cum fratre suo Gallo, ubi Philosophiæ placita ex Nazianz. oratione r. attigisset, peritiam in bonum Gallo cessit, & Iuliano furens gladius efficitur; cumq; sese in pietatis confinij continere non posset, in disputationes erumperebat, prætexens non contentiosè, & dubitatiuè, sed exercitij gratia se proponere, & disputare, alijsque signis externis latentem impietatem indicabat: quemadmodum latentem ignem scintillæ exilientes, aut fumus de profundo subindicant, vel cum fontes in angustiam depressi in specubus, nec liberum exitum habentes, & sonitu, & statibus indicantur: non secus delitescere Apostatæ impietas, mentisque arcana delugebat, præsertim in disputationibus, quas cum fratre habebat, plusquam

quam æquum erat, & pro fratre, & Ethnicis contendens, hoc quidem prætextu, quasi inferiorem doctrinam exercitationis causa tueretur; ceteram re vera aduersus veritatem seipsum exercens. Exinde ipsi Iuliano Asia, impietatis schola erat, tam quæ circa syderum scientiam, & aëritates, quam circa præstigiarum artem, quousque ad impietatem, vis, & potestas accederet, totum Orbem sua persecutione cōcutiendi. En quibus initijs à paruula scintilla, sublimis flamma in Cælum tendens accensa, & à gutta exigua rapidi torrentes exundarunt; nimirum à contentiosa in speciem controuersia sub prætextu inferioris doctrinæ exercendæ (familiare erat id genus sic disputandi, v3. cum deterior causa defendenda suscipiebatur) hoc modo Synesius Caluicium laudabat, Phauorinus quartanam febri, Glaucō apud Platonem iniusticiam, Psellus culicem, Lucianus muscam. Sed & Ciceroni cum obijceretur Vatiniūm odium summis laudibus extulisse, eo se defendebat clypeo, quod in mala materia dicendi facultatem exercebat: eodem argo modo Iulianus sub prætextu exercitationis disputandi, & secundum speciem contentionis, Ethnicorum causas defendere foris ostendebat, intus prauæ menti materiam nutriendæ impietatis subministrans. Timendum exemplum, ne paulatim dum introducitur, via selectiua sequendarum opinionum ad libitum, vel exercitij gratia, vel sub specie probabilitaris, quæ mater esse solet nouitatis non contentiosæ disputandi, sed ad acuminis probationem (etiā) detur ampla licentia, probabilitatem quamlibet in quacunque materia fingendi, nec ex proprio Marte id introduci, sed ex aliorum mente, & si proprii factus sint, adiaphori fugantur, vt salua pietatis fide, impunè in Academijs permitti possint: interim in varios errores terminari posset ista libertas, & effrænâ licentia, paulatim flamma sese exerente, fauoribus, diuitijs, honoribus, plausu, & vi potentum flabellata. Euoluantur Annalia Ecclesiastica, & intueberis ortum, & genituram multarum hæresum, multoties ab ista licentia, & fictione probabilitatis progenitam, nonnunquam à Logomachia, & pugnis verborum, ab inutilibus quæstionibus, & eumentita similitudine, & verisimilitudine verisimilium opinionum: [multa (.n. dicebat Hil. de sex Synodis aduers. Arian.) sæpè fallunt, quia similia sunt; timeo aurum bractæ, quia me fallere possit interius, & tamen auro simile est, quod videtur. Timeo lactis similitudinem, ne oblatum mihi lac, non lac ouium sit, quia ei simile videatur, & bubulum, vt lac ouium lacti ouium simile sit, non potest esse simile, nisi ouis sit [nulla enim vnquam hæresis prodijt, nisi amiculo falsi nominis scientiæ, & velo probabilitatis, & adiaphoriz vallata, vt habeat sectatores exclusores, & quod confortum est, erumpat in regulum.

Et certè ex S. Gregor. lib. 23. Moral. c. 3. *Tunc profecto sub-*
tilio-

tiliora sensuum spicula, tunc argumentorum obstacula, tunc perplexior indago verborum, qua sæpe viri feruentes ingenio dum congruè inuejunt, arroganter intumescunt, & quod per elationis vitium plerumq; contingit, iisdem acutis sensibus, quibus hostè feruunt, prosterntur, dum in his, quæ rectè de Deo sentiunt, non Deis, sed suam gloriã quarunt, vel ex ijs quæ rectè sentiunt, improbabilia pro probabilibus venditant. Similium personam Eliud repræsentare videtur, qui de Deo rectè sentiunt, & arroganter intumescunt, alios contemnendo antiquiores, qui arrogantes contra positi, eandem S. Ecclesiam despiciant, & plerumq; contingit, ut plus ingenia malè sapientium, quàm simplicem vitam innocentium venerentur. Ponderentur verba Eliud alios amicos Iob alloquentis: *inior sum tempore, vos autem antiquiores; idcirco demisso capite veritus sum indicare vobis meam sententiam; sperabam .n. quod ætas prolixior loqueretur, & annorum multitudo doceret sapientiam.* vbi legenda verba Gregoriana: *attentè. Cuncta, ait, hæc qua ab eo per tumorem superbia proferantur, cursum potius restringenda, quàm attentius exponenda, sed solum breuiter intimandum; quod Eliud quamdiu pro ætatis suæ respectu tacuit, sapientior fuit: cum verò in alijs annorum multitudinem, semetipsum præferret, despiciit, quam pueriliter despicit, ostendit, & subdit: spiritus est in hominibus, & inspiratio omnipotentis dat intelligentiam: verum hæc rectè diceret, si eandem intelligentiam sibi præ cæteris non arrogaret.*

Sed per Eliud denotari quoque possunt nedum supradicti de Deo rectè sentientes, & tantum antiquiores despicientes, tumore elati de æqualitate intelligentiæ, vel etiam super eisdem præcellentiã intelligendi; sed etiam possunt signari, qui in præcipuis quibusdam dogmatibus concordant, & tamen in illatione quoque hallucinantur, vel in deductionibus, quum se putant demonstrare, vel sub probabilitate oculis intuentium exhibere conantur, quæ sibi videntur. Sic faciebat Eliud, qui concordabat cum Iob, credèdo remunerationem bonorum, & punitionem malorum futuram post hanc vitam ex S. Th. c. 3. lect. 1. in Iob; conueniebat tamen cum amicis in hac thesi, quod credebat pro peccatis omnes aduersitates prouenire, ex quo falso principio probabiliter saltem se demonstrare putabat in hypothesi Iob, pro peccatis eum fuisse punitum, & iustitiam eius fuisse simulatam, quod à veritate erat alienissimum: ob id ad suum ingeniolum demonstrandum, ex eodem S. Doct. hi cum Eliud de intelligentiã, & inspiratione se iactabant. In quo falso principio alij amici Eliud conspirabant, ut patet de Eliphaz c. 4. qui Iob, & eius familiam inferebat pœnis obnoxiam, ex eo, quod dicebat, in hoc mundo non inferri calamitates, nisi propter peccata: ad quod roborandum, recurrit ad maiorem auctoritatem, nempe: illud principium per reuelationem didicisse, ut proferret noua, & inaudita,

ex Greg. 5. Moral. c. 18. quam reuelationem, vt sua subtilem faceret, describit eam fuisse raptim, & pertranscuntem nocturno tempore, quando sopor occupat homines; tunc enim anima libera est ab occupationibus, & aptior ad percipiendum diuina, timore, & tremore insuper, quæ signæ sunt bonæ reuelationis, præsentæ, & loquente reuelante, de quibus conditionibus legendi sunt S. S. Gregorius, & Thomas: sed euanida, & ficta monstratur visio ob falsitatem principij assumpti: immitti semper à Deo aduersitates propter culpas, & proinde malam fuisse deductionem, & illationem apparet, quam verisimiliter suadere studebant iidem amici Iob. Legendus attentè Gregorius ibidem, qui taxat hæreticos, & hypoeritas, verbum absconditum se percipere à Deo gloriantes, de qua authoritate aliàs tractauimus.

Sed hæc est differentia, ex S. Doct. loc. cit. & in c. 13. lect. 1. quod tres errabant contra fidem, credentes in hac vita solum fieri retributionem bonorum, & malorum, per coronas, atque supplicia, vnde merito vocantur *cultores peruersorum dogmatum*. c. 13. è contra Eliud cū Iob fatebatur restare in altera vita retributione per præmia, & supplicia; veruntamen concordabat falsò cum amicis Iob, omnes aduersitates ex peccantium culpa provenire, & hi vt dictum est tãquam falsorum dogmatum factores, hæreticorum personam repræsentant, qui frequenter Spiritum Dei iactant, & absconditas reuelationes, vt faciebant Montanistæ, illuminati sic dicti, & Enthusiastæ. Sub persona verò arrogantium, etiam si fiat in castris Ecclesiæ, denotantur illi, qui iuniores quidem tempore sunt, sed tamen antiquiores despicunt, ab antiqua tamen fide noua, & inaudita producere in mediũ se protestãdo, & noua inuenire placita ex via selectiua (quam sic vocant) gloriando, & nullo modo (cum ad Philosophiam, & Medicinam recurrendum est pro explicanda Theologia) receptissima placita Philosophorum, & Medicorum recipiendo.

De his idem Angelicus lect. 1. in idem caput 13. scripsit: *contingere quandoq; vt aliqui aliqua probabilia, vel falsa proponant; sed cum ea verisimiliter defendere nesciunt, aut probare; suam insipientiam manifestant.* probationes assumunt interdum ab inconuenientibus (ait idem S.) vnde recurrendum ad mendacium. *Non autem conuenienti modo vitur, qui veritatem per mendacia defendit, quod autem non potest nisi per mendacia defendi, impossibile est esse verum: cum autem subdit Angelicus, aliquis contra manifestam veritatem mentiri nititur, cogitur aliquas dolosas, & fraudulentas vias adinuenire, vt mendacium aliqua fraude possit celare.* exemplificat S. Th. in tribus amicis Iob, qui volentes Iobi innocentiam pessundare, & ob peccata puritatis dolis utebantur ostendendo fragilitatem humanam, qua facile labitur in peccatum, & sic probabilem reputabatur, Iob iniquum esse, quam Deum

Deum esse iniustum, dolose Iob imponebant impietatem, ut Deum iustum defenderent. Sed rectè (subdit Angelicus) non indigere Deum ad sui defensionem mendacio, mendacia certè erant, quæ Iobo affigebantur, unde subdit S. Doct. Sed considerandum est, quod ille qui ad ostendendam Dei iustitiam, vel bonitatem, mendacia vitatur, non solum rem agit, quæ Deus non indiget, sed etiam hoc ipso contra Deum vadit; cum enim Deus veritas sit, omne mendacium veritati contrariatur; quicumque mendacio vitatur ad Dei magnificentiam ostendendam, hoc ipso contra Deum agit. Et hoc patet per Apostolum 1. Cor. 15. ubi dicit: inuenimur autem, et falsi testes Dei, quoniam testimonium diximus aduersus Deum, quod suscitauit Christum, quem non resuscitauit, se mortui non resurgunt. Sic igitur qui contra Deum defendendum, mendacium assumunt, non solum premium non acquirunt, quasi complerentur, sed etiam poenam merentur, quasi contra Deum agerent.

Ex qua doctrina hæc axiomata habentur, Quod quandoque aliqui solum probabilia, vel falsa supponunt, unde suas chimeras statuunt.

Quod cum hæc defendere nesciant, vel probare, suam insipientiam monstrant; & inconuenientia assumunt ad probationem, & inter cætera inconuenientia, ad dolos, & fraudulentias, & mendacia confugiunt, & inuerisimilitudines, & apparentias, unde mendacia quoque colorèt.

An autem hoc modo processit Elucidista in suo Elucidario, & Apologijs, aliorum esto iudicium, ut manifestè ex sequentibus indagari potest.

§

Elucidista intentio detegitur.

Quo fine Antiquitatem, & Patres, & Doct. Angelicum incessit.

Apix sententiæ Mariani conceptus defensione rem auspiciatus, quam piissimè defendere poterat secundum quod tradunt decreta Apostolica, per Doctorum illorum, qui illam amplectuntur sententiã, ad inexcogitabilia, inerrabilia, et paradoxætera fundamenta recurrit.

Principio tract. 1. lib. 4. Elucid. ut facum Lectori fateret, fundamentum hoc asserit, se statuere velle in ordine ad Marianas laudes, & prærogatiuas, At quibus vijs? Primo adorando oppositam sententiã.

eamq; posse impugnari docens, repugnantee censuræ Pij, & Pauli. id habetur c. 3.

II. Iam esse definitura quid sub nomine Conceptionis Ecclesia intelligat c. 5.

III. Iam feliciter factam eam sententiam illa, quæ Christum, asserit in azymo consecrasse, fermentatitiam vocans oppositam sententiam c. 6.

IV. Adeptam esse piam sententiam statum beatificationis, aut canonizationis SS. c. 7.

Ad dissoluenda verò argumenta, quæ assertores oppositæ sententiæ adducebant ex Paribus, & Scholasticis, non solutiones adducit, quas piæ sententiæ defensores proferunt, sed in horreum ingenij sui multa è suo solo grana exorta congescit, ad molas delata sui molendini, & defarinata noua conspergione, suum tractatum commassauit, donec toto confermatato, ingenia indisciplinata superfructificarent, atq; ita insolescentes nouitates, in syluas excreuerent inextricabilium adinventionum.

Ad infirmendam verò Doctorum, & Patrum auctoritatem tract. 2. cap. 4. docet habuisse prioribus seculis Patres multa ex deprauatis scriptis, vt si qui nunc errores in scriptis Patrum deprehenduntur, nõ ex calamo, & mente eorum profecti sint, sed ex Amanuensibus, deprauatoribus, &c. lib. 3. tract. 4. c. 1. quod non pauci sibi Patrum deprauati sint c. 2. 3. 4. 5. 6. & Pontifices in definiendis fidei rebus, vulgaria exemplaria Patrum non curabāt c. 1. Proinde difficile sit statuere, quæ scripta sint genuini Patrum factus, nisi Sedes Apostolica, vel traditio ferat sententiam: interim à Patribus Elucidista multa subducit cap. 7. hæc autem eo consilio, vt deprauata ostendens pro sententia Parrū, adducta testimonia, firmius piam defendi ostenderet, nesciens, hac inducta via, asserendi mendolos esse codices PP. absque defectu, homines ad reconditas bibliothecas trasmitti necesse esse, quæ si non sint reuolunt ab hinc mille, & quadringentis annis, exceptio datur, & eludendi materia, omnium definitionum conciliarium, si non sit ab Ecclesia facta collatio cū legitimis exemplaribus: & passim id obijci posset Ecclesie, non esse factam hanc diligentiam; proinde definita dogmata, & iam definienda, non habere auctoritatē, quousque ante definitiones non fiat ista diligentia, & prius definiatur, quæ legitima sint exemplaria, antequam ad definitiones conciliares se Ecclesia accingat: quò nihil plausibilius hæreticis, nihil funestius doctrinæ Ecclesie accidere posset, & isto admissio principio, doctrina cathol. vacillaret.

II. Rursus ad eosdem infirmandos statuit, quòd contra veterum communem opinionem potest præualere noua opinio, vt multis exemplificat. tract. 4. c. 1. lib. 4, & exemplificat de libro Iudith, qui defini-

tus

ens est tandem canonicus contra multos veteres, & de vnica Magdalenâ.

III Veteres D.D. grauissimi, qui altiora nouerunt mysteria, minima ignorarunt. tract. 7. lib. 4. c. 3.

IV In probatione alicuius opinionis sufficeret consensus seniorum alicuius Prouinciæ, & pluris extimanda eorum concordia, quàm octo, vel decem Patrum. tract. 4. lib. 4. c. x. 9. nuper.

V Possumus veteres deferere in rebus adiaphoris, & nouam viam opinandi inuenire. lib. 4. tract. 7. c. 4.

VI In Angelicum D.D. calamum stringit, quod in multos errores lapsus sit. lib. 4. c. 3.

Amplius in Theologia Scholastica etiam pedem figit, vbi ait multa probabilia venditari, vt de notionibus, quas dicit nudis coniecturis innoti, signis, constitutijs, circumstantijs, originis, prioritatibus, attributorum distinctionibus: in tractatu de Angelis plurimâ, de loco, motu, cognitione, merito, & demerito, paucis exceptis, omnia sunt coniecturalia, ab vna sola ratione physica, vel probabili autoritate pendencia. Ita in materia prædestinationis plurima sunt, vt sola coniectura, & verisimili probatione habeantur: innumera in materia satisfactionis Christi eiusmodi sunt. In quæstionibus de moribus, in ijs etiam quæ ab exceptione iuris positivi vsurpantur, omnia scitent opinionibus, quàm plurimæ etiam si celebres. tenuis coniecturæ affirmantur, & coniectura dicitur, quod cum iactura debeat accidere. lib. 2. p. 1. in vltimo capit.

Ad hæc. Nedum Theologos impetit, sed Philosophos, & Medicos. Aristotelem tãquam regnantem in scholis ablegat. Medicorum principia è medio tollit, dicendo quod secundum eorum doctrinam de facultatibus corporeis, & potentijs Christi Domini, & Deiparæ iudicari non possit.

Concilijs parum æquus videtur, sententias eorundem inuertendo, & extorquendo. In sexta enim Synodo act. 8, verba illa, quæ sunt S. Athanasij, suo genio accomodando peruerit. vbi enim legitur: *Natus est de muliere ex prima formatione formam hominis sibi ipsi resuscitans: in offensione carnis, absque carnalibus voluntatibus, & cogitationibus in imagine Nouissimi, de nouitate imaginis, hoc est humanæ in Christo nature tamquam secundæ & sic absque peccato.* Elucidista omittit illa verba. *absque carnalibus voluntatibus, & cogitationibus* (quæ tamen Macharius Antiochæus ibidem reprehensus, tandem intacta, reliquit) & ea interpretatur hoc modo. *Formatio uestri, & corpus ipsum, semper exhibent imaginem, quæ nouitatem sentiendi, & optinendi quodisidæ, absque veritatis detrimento inuoluit.* O extorsionem quod ingenio dignam, & in tract. 1. c. 1. fol. 819. lib. 3. & in præfat. ad Lecto-

rem

rem, ex Synod. Constantin. act. 1. dicitur: *Beatus qui predicat verbum inauditum .i. nouum.* Sed & si eo fūco se amiciat in rebus extra fidē, & mores positis, laus est non exigua augere maiorum h̄ereditatem; nihil id facit ad rem, si quidem inspiciendum est: an ad h̄ereditatem pertineat, quod à Patribus filijs non est relictum. Concil. apertē loquitur de inaudito verbo respectu actionum, quia non fuit agnitum diuinitis mysterium, vt nunc reuelatum est, dicebat Paulus SS. Apostolis, &c. vt dicitur Eph. 4. non de nouitate reuelationis post reuelatum Euan-gelium.

Parcere debebat Poza commilitonibus illis, quos aded sublimauit, vt cum cæteris DD. Ecclesiæ cuperet annumerari. Sic ergo nouitatem infectatus est Vasquez 3. p. q. 3. a. 3. & disput. 27. c. 2. qui principa ista, quæ infirmat, aded tenaciter retinet, vt hoc modo Caietani ingenium labefactare conatus sit (eius mentem non assequendo, & perpetam impugnando) v3. *Dum concedit (Caiet.) Semisuppositum, vel personam absolutam, nec audeo v̄lo additamento personam, aut suppositum absolutum asserere, non ita aduersatur phrasi Conciliorum, & Patrum: reprehensione tamen dignus est, quia nouum, & satis absouum modum loquendi primus in scholas induxit.* Orthodoxam certē Vasquesij sententiam in thesi, in hypothesi malē applicatam, quam si Poza auscultare voluisset, iampridem periculosa nouitatem, disruptis adinuentio-num surarum tendiculis exuisset.

Sed vt reuertar ad principalitatem, ad ponderandum extorsionem, verborum Concilij; tibi parcere debuisses, ne quis suspicaretur te per semitas Macarij incedere: verba ergo quæ allegantur in sexta Synodo sunt S. Athanasij 2. serm. aduers. Apollin. nec fideliter à Poza recitatur; omisit enim vt diximus ea verba, *absq; carnalibus voluntatibus, & cogitationibus*, quæ etiam Macharius truncasse apparet ex eadem act. 8. & conuictus respondit. *Ego testimonia qua deslorauit, secundum propriam insentum deslorauit. & rursus eundem 5. Synodo reprehendentes, quod alias truncationes fecisset, dicendo, non congruit Orthodoxis ita circumtruncatas SS. Patrum vocet deslorare, hæreticorum proprius mos est.* respondit: *quia querens stabilire intentionem meam hoc modo deslorauit.* Ob hæc eierato, & deauthorato, tandem sensum Monochelitarum exprimens, ponendo vnam voluntatem in Christo per illa verba *absq; carnalibus voluntatibus.* Sic peruerit mētem Athanasij, dicens cum collega suo Stephano: *nos voluntatem humanam in Christo non dicimus, diuinam verò etiam absq; carnalibus voluntatibus, & cogitationibus humanis, sicut prolatam à nobis testimonium S. Athanasij continet; voluntas enim deitatis tantum: & de peruerfitate intelligentiæ huiusmodi, Theophanes eundem redarguit dicens. Rectè Athanasium cogitationes voluptuosas ablegasse, qua ex semina-tione*

sione diabolica illata sunt humana natura, non autem naturalem voluntatem, quam Deus creans Adam ei indidit. Illam verò nouitatis imaginem Macharius transferre videbatur ad id quo deitas, quæ non captiuatur in similitudine carnis, & animæ, vt sic incaptiuabilis maneret, & appareret munda iustitia. & Synodus aliter interpretabatur illam nouitatem, v3. quod in eadem substantia, & natura innouatione apparuit Dominus (sicut ait Apostolus) quam innouauit nobis viam nouam, & viuentem, dicens. Ego sum via, veritas, & vita. Innouatio ergò perperam à Poza torquetur ad nouitatem opinandi, cum sermo sit de imagine nouitatis per initiationem viz nouæ, ex nouo mysterio in tempore reuelato in ostensione carnis, &c. Vnde hinc desumi potest argumentum ad probandam nouitatem opinandi, vel nouè sentiendi in hoc mysterio, vel diuersam constitutionem corporis, vel naturæ in Christo? cum totus scopus Concilij fuerit ostendere omnia nomina suscepisse Christum, præter peccatum, & peccati sequelas, defectus s3. spirituales, vt naturam quidem sumeret, sed non peccato viciatam, nullum experiendo (quæ maxima fuit nouitas) contagio viciatæ naturæ, & poterat fictas nouitatum assertiones dimittere, in nouitatibus à se adiuuentis, si quod dicitur, eadem (ait versus finem, & in epistola Sophronij act. 11. vt mox dicitur, attendere voluisset. & quod loquatur S. Athanasius non de nouitate opinandi, sed de nouitate manifestationis mysterij, vel effectus, ipsamet Athanasij verba, in editio ne Nansijs 1608. indicant: Misertus igitur hominis à se creati Deus, statuit per mysterium noua manifestationis, humano generi conciliare solutem, &c. Natus igitur ex femina, formam hominis ex primariâ, & originali creatione in se restituit exhibita carne, quæ libidinibus carnalibus, & cogitationibus careret in imagine nouitatis hunc enim hominem non voluitas carnis, sed solum dumtaxat voluntas deitatis constituit. Siquidem tota Verbi natura adsuit ad exhibendam, humanam formam, & carnem visibilem ex secundo Adam oriundâ non diuisione personarum, sed coessentia deitatis, & humanitatis. Etiam Tertull. lib. de carne Christi c. 17. ad nouitatem effectus, qui in tempore factus est suum discursum accomodauit, dicens. Nouè nasci debebat noua natiuitatis dedicator: Ecce Virgo concipiet, &c. hæc est natiuitas noua, dum homo nascitur in Deo, in quo lumine Deus natus est carne antiqui seminis suscepta sine semine antiquo, vt illam nouo semine spiritualiter reformaret, &c. Vide ex toto discursu S. Athanasij & Tertull. nullam inferri opinandi, & sentiendi nouitatem in hoc mysterio, tantummodo imaginem nouitatis in carne susceptam! vbi enim in cæteris hominibus caro viciata est propter peccatum, & peccati sequelas, in Christo munda, & sancta extitit caro, ex persona diuinæ, illam sanctificante, & ex gratia viuionis ad se trahente, vt in eo nunquam

quã extiterit multiplicitas personarum, sed solum naturarum hoc est coessentia deitatis, & humanitatis, & maximè hæc nouitas, vt nihil esset in Christo veteris Adam quantum ad vitium, quando & ceteros fideles ep. 4. sic exhortatur Apostolus Eph. 4. exuiti veterem hominem, ac induti nouum, qui secundum Deum creatus est in sanctitate, & iustitia, & veritate. Et ex assumptione humanitatis in Deum, nouum faceret Deus super terram, vt nulla esset naturarum permixtio, sed integræ deitas, & humanitas perseverarent, vt nec deitas macheram patetur, nec humanitas exenterationem timeret.

C A P V T II.

Paradoxa specialia, quæ concernunt Oeconomiam Saluatoris.



1 Irca Conceptionem Filij Dei hæc docet [B. Virgo in tali Conceptione suppleuit vices viriles, seu portionem paternam.

2 Eadem B. Virgo fuit causa integra eiusdem Conceptionis efficienter, & materialiter.

3 Hæc efficientia fuit simul materna, & paterna; inde vocari potest Matripater Iesu Christi.

4 Spiritus S. in hac Conceptione nihil aliud fecit, quam Deiparam præparare, vt ministraret materiam maternam, & paternam, inq; B. Virginem subito operatum efficienter, & materialiter.

5 Nec alium modum supplendi absentiam viri, Spiritus S. elegit, neque aliter maris suppleuit concursum, quàm miraculosè, conferendo Mariæ, vt omnem materiam futuri corporis sola ministraret, & omnè influxum efficientem in genere causæ secundæ sola ipsa adhiberet, vnde sine virili commercio, aut Patrimater esset, aut Matripater.

6 Totus ille sanguis, aut semen, aut vtrumque fuit, quod Maria ministravit humanitati Iesu. Et illa sola totam materiam ministravit, &

& sola omnem efficientem concursum præsterit, quem viri semen præstare debebat; nihilominus integrè est mater: & si non est pater, est matripater, vel patrimater naturalis Iesu, modo tamen supernaturali. in Elucidario lib. 2. tract. 5. cap. 2. 3. & 4. 5. in libello supplici ad SS. Urbanum Viii. pag. 73. tract. 3. Apolog. Cantabric. 116. 9. 2. & c. 3.

Circa integritatem corporis Christi lib. 3. tract. 1. cap. 4. pag. 833. Fortassis, inquit; Christus vesica fellis carebat.

2 Proinde coniectabit aliquis, Christum Deum, & homines aliquos naturæ perfectissimæ, lienem non habuisse. Non fuisse in eius ore saliuam, quæ pituitosa est, aut ex cerebro descendit.

3 Varia ætatum temperamenta denegantur corporibus Mariæ, & Iesu. idem tract. 1. c. 3. pag. 825. hinc plurimæ partes Corporum Mariæ, & Iesu nunquam fuerunt deperditæ, vel imminutæ. 827. & 828. dummodo pro cibo, & potu insensibilis transpiratio admittatur.

4 In adolescentiæ temperamento inchoasse vitam. pag. 928. & in eodem temperamento adolescentiæ vitam absoluisse, quamuis iux. vulgares ætates Maria senex, Christus iuuenis haberetur pag. 932.

5 Eos statim, ac natos currere potuisse. lib. 3. tract. 1. 832. fuisse eorum corpora ab instanti formationis primæ non cruda, & minus cocta. & in Apol. fol. 64. n. 7. & nullum inconueniens, quod paulò firmiora habuerint corpora, quam alij infantes. & c. 3. tract. 1. in fine probationis 2. ait eadem corpora non valdè mollia, aut tenera considerari debere, sed firmiora, magisque robusta, propterea, subdit, paucissimas partes cadauerosas amisisse credendum esse.

6 Ungues, & capilli Christi Domini, & Mariæ non fuerunt producti ultra certam mensuram. lib. 3. tract. 1. fol. 842. 843.

7 Corpora eorundem supposita prima firmatione mirabili à naturæ sordibus, vel excrementis, absque nouis miraculis eximuntur lib. 3. tract. 1. c. 4. ad secundam probationem, & cap. 5. fol. 843. & libello supplici pro defenf. Elucid. pag. 273. & 3. & libello nation. pag. 127. 128. 131.

8 Vis conuertendi partes terreas, vel eas per insensibilem transpirationem emittendi, non est sita in efficacia maioris caloris. lib. supp. pag. 80. col. 2. & libello nationis 132. & corpora eorundem, quod supererat, per insensibilem transpirationem resoluisse. lib. 3. tract. 1. cap. 4. pag. 834.

9 Mariæ Corpus sine membrana, & venis vmbilicariis fuit in vtero Matris lib. 3. tract. 9. c. 3.

10 Cibis B. Virginis quasi immortalis, ambrosiam pro nutrimento suscipiens; vnde assimilata fructui arboris vitæ; imò eo perfectior: inde secretæ qualitates, & vigorosa accidentia promouebant ad vitam conseruandam, & alios mirabiles effectus, quæ medicinz professores

penetrare nō poterāt. in lect. impref. §. 9. q. 10. & Opuf. Vribeꝝ, & Yarzē pag. 24. c. 5.

11 Ex hac ambrosia caro Christi commassata est. in materia prodigiorum habuit virtutem, & naturalem proprietatem curandi omnē infirmitatem, vnde in semetipso cognouit, cum curauit mulierem patientem fluxum sanguinis, naturaliter ex ipso virtutem exisse idem §. 11 Vrib. c. 6. in 2. fundamen.

12 Ex eadem virtute dictæ Ambrosiæ, Christus, & Maria habuerunt corpora similia corporum resurrectioni. idem in §. 12. Vriba c. 9.

13 Ex eadem, non erāt subiecta senectuti, infirmitatibus, catharro, sanguinis putredini. idem §. 13. quare sanitatem amittere non poterūt nisi morte violenta §. 14. & lib. 3. tract. 10. ad finem fol. 936. ait omnino eam sanitatem conferendam cum sanitate corporis gloriosi, & pulchritudinem quoque Virginis suauiore, & ameniorem fuisse in corpore mortali degentis, quam quæ futura sit aliorum corporum immortalium. lib. 3. tract. 11. c. 1. fol. 946. conseruasse eundem colorem secundum intentionem, nihilq; superadditum pulchritudinis in eius resurrectione.

14 Ex eadem virtute Ambrosiæ, Corpora Christi, & Mariæ quamuis de se mortalia, quandam immortalitatem adeptæ in Adam, & Eua idem §. 17.

15 Ex eadem Ambrosia, sicut ex Manna Hæbreorum, non generabantur superfluitates, & cruditates in stomacho §. 25. ex eadem virtute non habuit Christus in vtero Matris humores viscosos, crudos, superfluos; hi enim cerebrum obtusum solent reddere. idem §. 31.

16 Exemptiones defectuum communium, Corporis Christi, & Mariæ asseruntur, tum quia formata ex clarissimis elementis §. 32. & 3 Elucid. tract. 9. c. 4. fol. 924. & 985. similiter viuacitas potentiarum, & facultatum eorundem ex abditis virtutibus, vel ex cælesti educatione cibi Ambrosiani, quo Virgo nutrita est, processit n. 35.

17 Corpora eorundem habuerunt ab instanti Conceptionis prærogatiuas radicales status innocentie. libello supp. p. 72. col. 2. & libello, natio. 128. c. 1.

18 Vnico contextu absolutum Corpus Virginis, & non per intervalla præcedentium embrionem. lib. 3. tract. 2. c. 4. & tract. 4. c. 1.

19 Ob præstantiam materis corporeæ Mariæ ex miraculo fit fæmina. tract. 7. c. 1.

20 Sexus femineus in Deipara, multo est perfectior quam virorum omnium. ibid. c. 4.

21 Formatio Deiparæ mirabilior est, quam primorum parentū. c. 5.

22 Sublata vnione hypostatica, mirabilior est Conceptio Mariæ ex Anna, quam Conceptio Iesu ex Mariâ. lib. 2. tract. 4. c. 2.

§. Non-

S.

*Nonnulla alia Propositiones eiusdem Elucidistæ proponuntur
consideranda.*

1 **I**N libello de placitis Philosophorum §. 7. pag. 28. miraculum retrocessionis Solis videtur infringi, dum docetur, quod sine morula potuerunt fieri horologia, quæ admittant Solis vmbra duabus vicibus per easdem lineas retrocedentem: & thesibus disputatis Matrivi 1631. in conclusione 16. disparata traduntur de eodem miraculo, nempe illud non in vmbra; sed in Sole ipso retrocedente contigisse.

2 Eodem lib. Cum docuisset propositiones vniuersales pati exceptiones contrarias, eique etiam obiectum, non pati exceptionem, has propositiones: *Omnia per ipsum facta sunt, & Deus vult omnes homines saluos fieri.* ipse ponit exceptiones.

Nempe. Diluuium vniuersale non nisi terram cognitam occupasse. Tenebras tempore passionis Christi, non fuisse vniuersales per totum Orbem.

Non omnes corporali morte morituros.

3 Et iterum in lect. impres. in 3. intento prologom. scribit. Columnam quæ apparuit Hebræis in Ethaa, quæ est tertia mansio iux. locutionem Scripturæ, nequaquam tunc apparuisse, sed in Ramefes, quæ est prima mansio.

4 In lect. impres. intento 1. & 3. prologi ait, Sacram Scripturam, omnes posse intelligere sine Theol. Philosophia, sine lingua Latina: & plebi dictum esse: *Scrutamini Scripturas.*

5 Lib. de placit. initio. Procurare vt mysteria sacræ Scripturæ nõ perueniant ad plebem in lingua materna, est Holofernem imitari, qui aquæ ductus Bethuliz vastari procurauit, ne aqua ad ciues diffuieret.

Plura breuitatis gratia omittimus.

In hoc autem negotio Tertullianum placuit imitari, qui vbi generales construxisset præscriptiones aduersus hæreses, pauca in specie dogmata producit, & *si Dei gratia*, subdit cap. 4. *(annuorit) specialiter quibusdam respondebimus*, quod in specialibus tractatibus postea præstitit. Idem præstamus summarie nunc, Elucidistæ placita proponentes breuibus sententijs (vt fecit Iræneus in prol. lib. 1. ostendendo sententiam eorum contradictorum, quos impugnabat) relinquens confutationes vberiores, & speciales alijs eruditjs ne à sana doctrina homines, eorum dimouerentur suasionem; ita & nos præstamus

(vt dictum eſt, generalia antitoda afferenda, quantum nunc neceſſaria ſunt, ſpeciali tractatu de Oeconomia Saluatoris vberiora producturis

C A P V T III.

Animaduerſiones ad Præcedentia.

Prima Animaduerſio.



Ommendandum in primis vaſdè erat, vt Dei Filius de Virgine naſceretur (vt ſcribebat Tertullianus lib. de Carne Chriſti. c. 17. *Non nati debet, noue natiuitatis dedicator; & Deus de ea naſceretur, carne antiqui feminis ſuſcepta, ſine ſemine antiquo, vt illam nouo ſemine .i. ſpiritualiter reformaret, excluſis antiquitatis ſordibus expiatam. & mox. non competebat ex femine humano, Dei Filium naſci, ne ſi totus eſſet Filius hominis, non eſſet, & Filius*

Dei, &c. Ergo iam Dei Filius ex Patris Dei ſemine .i. Spiritu, vt eſſet Filius hominis, caro ei ſola erat ex hominis carne ſumenda, ſine viri ſemine, vacabat enim viri ſemen apud habentem ſemen Dei. Itaque ſicut nondum natus ex Virgine, Patrem Deum habere potuit ſine homine Matre, a què cum de Virgine naſceretur, potuit Matrem habere ſine homine Patre. Sic denique homo cum Deo, dum caro hominis cum ſpiritu Dei, caro ſine ſemine ex homine, Spiritus cum ſemine ex Deo.

Sed & cum non coagulataſſet ſanguinis maſſam ex ſemine accipit, ſta de puriſſimis ſanguinibus, vt PP. loquuntur, carnem accipiens, nullum ſemineum ſemen aſſumpſit. & vt materiam ſeminis. (dicit idem Tertul. c. 19.) conſtat ſanguinis eſſe calorem, vt deſpumatone mutatum in coagulatum ſanguinis ſemine excluſit; ſic ſeminiſ ſemine materia excluſa eſt, quæ nec coagulare ſanguinem poteſt ſemineum; exinde omnis actiua virtus ex ſemineo ſemine excluſidur, & actiuitatis cuiuſcùque principium. Quam ergo portionem paternam poteſt aſſertor tribuere, & efficientiam, coagulatiua virtute deſtituta, ex ſola ergo virtute Spiritus S. omnis efficientia formandæ Carnis Chriſti aſſumpta

pta est, & Matrem habere potuit Christus sine homine Patre, sicut habere Deum Patrem sine homine Matre. Et si Matrem habuisset cum virtute, & efficientia actiua, & portione paterna, totus filius hominis esse potuisset ex lumine, & non opus fuisset semine, & virtute Dei, cum totum fieri id potuisset ex Matre absque indigentia Patris; nam & si viri semen defuisset, non vacabat semen femineum, si virtutem actiuam quoque habere potuisset, & totus esse potuisset filius hominis, ut non oportuisset Patris lumen, hoc est Dei virtutem adfuisse.

Ex hac portione paterna; quam cum materna coniunxit opinator, portentosam nuncupationem adinuenit, ut B. Virgo Matripater sit, & caliter debeat nuncupari.

Non me latet apud Clementem Alex. lib. 5. Strom. Orpheum introduci, quod asseratur.

Exitij expert Matripater. Sed idem Clemens mox subiungit. *per illud quidem Matripater*, non solum significauit generationem, sed etiam dedit occasionem *ijs, qui introducunt productionem, ut Dei quoque coniugem excogitarent*; hi fuerunt Valentiniiani, qui introducerunt processionem nascentium, & nubentium, & generationem Aeonum, aliasque fabulosas combinationes, & genituras, ipsique omnia Deo (ex Tertull. contra Valent. c. 18.) adaptarunt nomen Matropatris; & ex Iren. Apatorum, & Demiurgum appellarunt distinctis appellationibus secundum statum, & situs operum (ait Tertull.) & de Patris sexu ita variant, ut modo cum coniuge Syge procreet, modo in imagine sua *feminam are*, vel ut loquitur Irenaeus *masculo femina*. Sunt autem inter se diuisi; nam qui pudiciores erant (ex c. 34.) nullum, aut utrumque sexum Bytho tribuerunt, & nomine neutro, *Hoc Deum, quam hic Deus*. Alij magis, & masculum, & feminam dicunt, ne cum Lunensibus Hermaphroditum (quem nos Androginum appellamus) asserere videantur, & Homerus ex Rhenano c. x. in Tertull. illud notat ab Orpheo dictum.

Iuppiter, & mas est, & nescia femini mortis.

Dicebant quoque hi. qui coniugem excludebant, Monogenem esse masculo-feminam ex se ipso, Christum, & Spiritum S. peperisse, & Spiritum S. feminam, nec insolens esse sine viri consortio concepisse, quando & gallina fortita est de suo parere, & vultures feminas tantum parere aiunt, &c.

Fortasse Valentiniiani vsi sunt illo loco, qui habetur in Euangelio secundum Aegyptios: *Quando duo facta fuerint unum, & masculum cum femina, nec masculinum, nec femininum*; vel si manis utrumque (ut Valentiniiani alij inferebant) feminam Matrem. Idem in proposito, si primum inducere placer, potuisset Elucidista illud applicare. *I. Christi de Iesu non est masculus, neque femina, & inferri licentiam, ut Beata*

Virgo

Virgo non sit similis nobis, quia non est necne masculus, neque femina, sed Matripater. Et si Matripater, quia præbus portionem paternam, inducere poterat ex Orpheo B. Virginem esse Matrem, & Filiam Christi, & accomodare illam Scripturam: *Audi Filia, & Filia dicatur, & Mater.* Nam etiam dictum: *Nate Iouis magni, Pater & Iouis Egiferentis.* ò despicabiles nugas.

Non fuit inconsequens ad prodigiosam hanc Matripaternitatem adiungere monstruosiora. Nimirum esse Demiurgo suum Christum Filium naturalem; deinde animale profatum ab ipso, eumque natum per Virginem, non ex Virgine; transmeatorio potius quam generatorio more procedentem, quasi per tubum (vt addit Iræn.) & super ipsum Soterem in specie columbe aduolasse, ipsumque Christum quatuor compositum substantijs, Spirituali, Acaemotiana, Demiurgina: Corporali, Iesuaciana, & illa Soteriana .i. Columbina.

Et subiungebant. quod Soter quidem permanfit in Christo impassibilis, & illæfibilis, deinde discessisse ab illo in cognitione Pilati, passum verò esse animale, & carneum Christum.

Et in positione Elucidite, si sola Virgo ministravit omnem efficientiam, quam semen viri præstare solet; vt. quid Spiritui S. Patres totam efficientiam tribuunt mysterij? an oportebat duplicem efficientiam meditari in Spiritu S. & in Virgine? an oportebat effingere constatum esse Christum ex animali semine, quod ministrabat Mater, & spirituali virtute Spiritus S. in columba præsignati, qui in eum descenderat, illaq; esset Patrimater naturalis Iesu, modo supernaturali? cū tñ S. Th. 3. p. q. 33. a. 4. dicat cum communi Theolog. *Si cōsideremus id quod ex parte materiae est conceptum, quam Mater ministravit, totum est naturale; si verò consideremus id, quod ex parte virtutis actiue, totum est miraculosum: & quia vnumquodq; magis iudicatur secundum formam, quàm secundum materiam, & similiter secundum agens quàm secundum patiens, inde est, quod Conceptio Christi debet dici simpliciter miraculosa, & supernaturalis, sed secundum aliquid naturalis.* si tota quoque actiuitas ex parte matris cōsideraretur, simpliciter quoque dicenda esset naturalis, quod tamen eludit Poza dicens esse integram Matrem, & Matripatrem naturalem, modum tamen esse supernaturalem, cum tamen Angelicus totum miraculosum, quod ex parte ageris, nempè Spiritus S. fateatur



C A P V T I V.

Animaduersiono circa integritatem Corporis Christi Domini.



ED & hæc documenta Patrum memorie infigenda sunt, quæ integritatem Corporis Christi tradunt. Theophil. Alex. lib. 1. Paschali dicebat. *Sciendum est, quod ex omni parte temperatū humana conditionis exhibens Sacramentum, perfectam similitudinem nostræ conditionis assumpsit: nec Carnem tantum, sed totum Corpus, totamque Animam sibi socians, perfectum in se hominem demonstravit.* Hæc Theophilus eleganter.

· Iſidorus Pelusiota 1. ep. 102. *alteram tollit naturam, quæ unam tantum confititur, vel diuina mutata, vel noſtra imminuta.*

· Rupertus Abbas in 1. caput Ioann. *Veni ſaluum facere, quod perierat, &c. ut ergo cum totum ſaluaret Verbum, totum nihilominus hominem .i. Carnem, & Animam rationalem aſſumpsit.*

· Nyſſen. de pauper. amand. *propter te factus eſt homo, & fordidæ iſtas carnis exuiolas una cum Anima, quæ ipſi erat induta, ſibi circumd. diſ.*

Si totum, & integrum Corpus aſſumpsit, ſi nihil imminutum ſuſcepit; ut quid veſica fellis, & liene priuatur? ſi ut indignū hæc aſſumpſiſſe reiſciatur, etiam inteſtina non aſſumpſiſſe quis commentabitur. cōſequenter extenſio fieri poſſet, ne alij eſſent humores in Chriſti Corpore, vel ſuperfluas eſſe cartilagineſ, & uilloſ. Deinde paulatim commentari, ut carnē geſtauerit ſine oſſibus duram, ſine muſculis ſolidam, ſi ne ſanguine cruentatam, ſine tunica veſtiā, ſine fame eſurientem, ſine dentibus edentem, ſine lingua loquentem, & phantaſma auribus fuerit ſermo eius per imaginem vocis: & quid aliud eſt niſi introducere Chriſtum umbratilē, ut fecerūt Valētinus, Apelles, Marcion, &c. Si Chriſtus dici non poteſt eſſe ſine carne, & caro dici nequit ſi non ſuas

suas habeat partes, & nisi sit integra, & cum alijs hominibus eiusdem rationis sanguine suffusa, ossibus substructa, nervis intexta, venis implexa; videat assertor iste, si sine liene, vesica fellis, possit subsistere integritas Corporis Saluatoris? nec oportet arma subministrare negantibus Corporum resurrectione: utpote quia non erit cibus, & venereorum usus, denegentur instrumenta, quibus nutritiua, vel generatiua virtus exerceatur, ut sine illis resurgant, cum talia organa eos actus perficere non possint, sed nihil contra animæ sugillatioem meditandum, quæ carnem ministerio sibi subiugavit; anima enim impellit ad operationes, carnis obsequium est; cumque non liceat Deum Iudicem iustum credi, si sociam bonorum quis habuerit carnem, ut à præmijs arceat, si sociam malorum à supplicijs secernat; propterea (ait Tertull. de Resurrectione carnis c. 14.) perfectam plenitudinem, perfectionesq; iudicij non nisi de totius hominis representatione constare. Totum porro hominem ex utriusque substantiæ concreione parere, idcirco in utraque exhibendum, quem totum oporteat iudicari.

Circa temperamenta, & ætates Christi Domini, præmunio Lectores cum Patrum doctrina sequenti.

Iustinus Martyr in Dial. cum Triph. dicebat: *Christus in lucem editus, virtutem suam obtinuit, & incrementum capiens iux. omnem mortalium omnium morè rebus cõgruentibus usurpandis succum cuiusque ætui, & ætati attribuit, alimentis omnibus utens, &c.* Ioannes Maxentius in 2. fidei professione. Fatendum in cunis iacuisse pannosum, sordibus inuolutum, creuisse, ac profecisse ætate, ac sapientia, sed secundum humanitatem.

Athanas. oratione 4. contra Arianos. cum Deus esset, proprium Corpus capit, eoque utens ut organo, homo factus est propter nos, ideoque quæ propria sunt carnis, etiam de illo referuntur, quia in carne consistebatis, qualia sunt esurire, sitire, pati, fatigari, aliaq; id genus, quæ caro in se recipit.

Si incrementum accepit, & crevit, & profecit ætate, diuersa temperamenta, diuersas ætates secundum quas temperamenta variantur, accepit Christus, & quomodo vix natus potuit currere, si proprios actus ætatibus conuenientibus assumpsit?

Si propria carnis suscepit, quia in vera carne consistebat, etiam actus vegetatiuæ assumpsit, vnde vngues, & capilli crescere debebant. Et si cibus, alimentis usus est, eos per nutritionem in substantiam alicui conuertisse dicendum est. Non erat phantasma, non erat spiritus carēs carnibus, & ossibus, & per consequens virtutem nutritiuam, digestiuam, conuersiuam in substantiã alicui cibos cõuertentem, & partes terreas non per insensibilem transpirationem resoluit; nam & in innocentiz statu etiam primus homo, nec totum cibum in se transmutasset, quin

quin aliqua fœculentia crassiorum partium permanisset, vt dicit S. Th. 1. p. q. 97. a. 3. ad 4.

Quod exinde à naturæ sordibus, vel excrementis Christus, & Maria fuerint exempti, non erant hæc quæstiones, maximè coram simplicibus, & in lingua vulgari proferendæ; cum (vt dicit Epiph. l. 3. c. 2. hærel. 76) proposuerunt quidam hæretici similia apud eundem Epiph. ad fatigandos simplices; vnde *perste, refactores ouium, & consternatores colubarum, & fugatores agnorum vocantur*, eosque elidit Epiph. dicitq; *stultum esse de his dicere, & hæc exquirere*, docetq; facultatem Christo adfuisse in veritate carnem habenti, ne faceret, quæ nobis vilia videntur, multisque probat exemplis aliorum Sanctorum, de Moyse, Elia, &c. Sed S. Thom. in statu innocentie dixit oportuisse superfluitatem emitti; cum enim homo factus sit in animam viuentem, & anima communis sit omni viuenti; in omni viuente est pars vegetatiua, quæ continet nutritiuam, digestiuam, expulsiuam, &c. fuit autem diuinitus prouisum (ait S. Th.) *vt nulla ex hoc indecentia esset*; quam indecentiam, vt repelleres Epiphanius (quam hæretici illi inducebant, vt veram carnem ablegaret à Christo) id potuisse Christum præstitisse, ait, quòd tñ ob præsentem passibilitatis statum fieri non dedecuit Christum, idemque Sanctus innuit Epiph. dum allegat Apostolum dicentem: *Tentatum per omnia absque peccato, &c.* Cum tamen post resurrectionem, cibi quos Christus manducauit, resoluti rectè asserantur in præiacentem materiam: ipsique Adæ vti cibis prædictis conueniebat ad functiones animæ vegetatiuæ, etiam pro innocentie statu, quæ nullo modo conueniebant ei in vltimo statu felicitatis, &c. cumque debuisset Christus per omnia fratribus assimilari (nempè quantum ad illa, in quibus omnes fratres conueniunt) siue ex conditione naturæ sicut indigentia cibi, & potus, siue quæ ex peccato primi parentis in totam naturam, denegerunt, sicut labor, mors, dolor, fauces, sitis. 3. sentent. d. 15. n. 2. sicut hæc passionibus assumpsit, ita & naturales, quæ totam naturam sequuntur (exceptis ijs, quæ non consequuntur vniuersaliter humanam naturam, vt febris, & huiusmodi, & quæ ad imperfectionem gratiæ pertinebant, vt ignorantia, & huiusmodi). Fuit ergò in Xpo cibi indigentia, comestio, vegetatiua omnes suas functiones implens, & exercens.

Iam verò quod B. Virgo Ambrosia vesceretur, de fabellis Gentilium descendit; finxerunt enim Deos vesci pro cibo Ambrosia, pro potu verò Nectare, & quicumque his vescerantur, immortales reddebantur: quòd etiam Cicero irrisit lib. 1. qq. Tusculanarum dicens: *Nō enim Ambrosiam Deos, aut iuuentutem posula ministrantē latere arbitror*; ex iisdem fabellis desumptum, quòd dicitur. *Corpus Maria formatum ex clarissimis elementis.* 3. Elucid. tract. 9. c. 4. mirandum (vt

Ecce di

dicebat Epiphanius scribens contra Apellitas) quod veterum opinio-
nes in hac verborum vanitate ~~mutatur~~. Erant autem Apellitæ (ex eo-
dem) qui Carnem Christi fatebantur; sed qui sibi ipsi formavit Cor-
pus, à sicco siccum, & calido calidum, ab humido humidum, à frigidis
frigidum accipiendo. Et Tertull. de præscript. c. 15. idem tribuit di-
centibus, in suo descensu Christum à singulis quibuscumque elementis
mutuatum, quæ postea ascensu reddidit; verum est autem omnia
mixta, & præsertim viuientia ex elementis componi; elementa autem,
sive actus, sive virtute, quod verius est, in mixto continentur, nec so-
lù mixta primas habent qualitates, sed & secundas, ut sunt grauitas, &
leuitas, color, sapor, quæ sunt ex mixtione primarum qualitatum: tē-
mollities, durities, & eiusmodi; & dum Apellitæ fabulis Poetarum
instructi ponebant istam formationem ex puris elementis, nescio quo-
modo possit Poza uindicari dicens consimilia, nempe cōpactum Cor-
pus Mariæ (& Corpus Christi Domini) ex purissimis, & clarissimis
elementis.

Ad fabulas quoque attinent quicunq; mirabiles effectus fingun-
tur ex Ambrosia illa promanasse: in primis, quod ex illa commassata
Caro Christi uirtutem acceperit patrandi miracula; operabatur nam-
que illa Caro Christi, prout erat instrumētum diuinitatis, & diuina
uirtute, non naturali fiebant. S. Th. 3. p. q. 43. a. 2. & illa doctrina uide-
tur destruere omnia miracula Christi Domini. Similiter fabulosa sūt
quæ introducit, fuisse similia corpora ista qualitatibus corporum, quæ
resurgent, immortalitatem adepta; sicut nec in ijs generatas superflui-
tates, &c. ob id exempta à multis defectibus, quia etiam ex clarissi-
mis elementis formata; gratis enim hæc omnia conſinguntur, & super ni-
hilum turres fabricat, nouam in Orbem introducens Ambrosiam. &
non suffragatur illi auctoritas S. Germani dicentis: B. Virginem *Ambrosiæ*
nutrimentum per Angelum accepisse; nec autoritas Elię cre-
tentis dicentis: *immortalem, non autem communem cibum fumebat.*
Nec enim hæc de corporali Ambrosia, sed spiritali, ex conuersatione
iugi Angelorum, contemplatione diuinorum, sensuum quiete in ui-
sione corporali sui Filij, qui panis est Angelorum, & non de cibo illo
corporali dicta illa intelliguntur: & inaniter laborat ad probandum
suppositum non existens, assumiando Ambrosiam arbori uitæ, & Mā-
næ Hebræorum, credendo Ambrosiam realem cibum; quemadmodum
fabulosa Gentilitas illam introducebat, consequenter, omnes confecti
effectus gratis, & sine fundamēto singuntur; non est dissimilis ista respō-
sio illi, quam dat S. Thomas 3. Metaph. lect. 11. ubi confutat Hesiodi-
stas, qui introducebant Deos cibari Nectare, & Ambrosia, ea; dicit
fabulosè introduci; nam si materialiter. i. secundum quod sonant id
dicatur, non possunt subsistere; nam Dij, qui talem cibum gustauerūt,

ant

aut id effecerunt propter delectationem, aut propter necessitatem es-
sendi. Non primum, quia delectatio sequitur ad esse. Non secundum
quia si essent semper cibo indigentes, non essent incorruptibiles, &
inintelligibile est, quod existentes prius cibo indigentes, facti sint in-
corruptibiles. Certè cibis non nutrit in sua specie, nisi corruptus trā-
seat in speciem nutriti, quod autem corruptibile est, non potest alij in-
corruptionem præstare. Fabulosa, ergò hæc sunt si accipiantur verba,
ut sonant, ait Angelicus, & nullius efficaciq̃ esse videntur. Nihilominus
ait idem S. sub hac fabula aliquid veritatis occultè latere potuit, s3.
*Vi per Nectar, & Manna intelligatur ipsa suprema bonitas primi
principij; nam omnis dulcedo dilectionis, & amoris ad bonitatem re-
fertur: omne autem bonum a primo bono derivatur. Potuit ergò esse in-
tellectus eorum, quod ex participatione propinqua summa bonitatis
aliqua incorruptibilia reddant; sicut quæ participant divinū esse, &c.*
Quod habuerint Corpora Xpi & B. V. radicales partes innocentiz, nec
habuisse dicat Poza defectus, qui sunt communes toti nature; videat
si per hæc Christum Dominiū, & B. Virginem à passibilitate exuat.
Intelligat Poza, quod ex Anastasio Antiocheno, Euagrio lib. 4. c. 39.
Nicephoro lib. 17. c. 19. scriptum est; nempe Iustinianum Imperatorē
edictum proposuisse, quo statuebat Corpus Domini incorruptibile,
*naturalium, & inculpatarum passionum haud quaquā capax fuisse;
credendum esse Dominum ante passionem comedisse (quemadmodum
post passionem manducauit) nec Sacrosanctum illius Corpus aliquam
mutationem, quo in utero formatum est, neque in voluntarijs, neque
in naturalibus passionibus, nec post resurrectionem quidem accepisse.*
similia scribit Euag. l. 4. c. 38. *Afferuit Corpus Iesu nō fuisse obnoxium
internicioni, neque affectionum illarum, quæ naturaliter insita sunt,
inq; nullam incurrunt reprehensionem, particeps esse, & Dominum
eodem modo ante passionem, quò post resurrectionem, comedisse, & Cor-
pus eius nullam conuersionem, mutationem, ut vel ex formatione,
quæ in matrice facta est, vel ex voluntarijs, naturalibusque affectio-
nibus accepisse; imò ne post resurrectionem quidem.*

Hæc ipsa inquit Niceph. fuit Aphthardocitarū hæresis, quam multi
proceres, & Episcopi, & Monachi secuti sūt, quibus Iustinianus ap-
plausit: sed perperam subdit id factum a Iustiniano ob nimium in
Christum amorem, quasi ob nimium amorem in Christum, vel Eccle-
siam quis possit hæresis promulgare, nec erat amor in Christum, cum
sublata passibilitate (id enim significabatur nomine incorruptibilitatis)
destrueretur decus fidei, ut bellè scripsit Tertull. de Carne Christi c. 5.

Vnde in Concil. vi. Constantin. act. 11. sub Agathone sic dicitur:
*Partu inquit nostro natus, lacte nutritur, & crescit, & corporales
ætates discurrit, donec & ad humanæ ætatis perfectionem pertingeret,*

& esuriam nostram, & sitim, & fastidium sicut nos ex itinere
 sustinet: faciebat quippe & incendendi, similiter nobis operationem,
 quæ humaniter actitata, secundum humanam substantiam progrediens
 humanæ eius naturæ erat offensus; vnde ex loco ad locum, sicut nos cõ-
 migrabat, quia factus est homo; & naturam nostram habuit indi-
 minutè, & circumscriptionem carnis suscepit, & habitum nobis com-
 petentem indutus est. Corporalis enim corporis eius forma, ipseus ha-
 bitus existit, iux. quam in utero conceptus, formabatur, & quam sæ-
 per seruaui, & in seculum indiuulsiè conseruabit. Idcirco esuriens
 cibabatur; idèo sitiens potabatur, & ut homo bibeat: idèo pueri-
 liter baiulabatur, vltis virginalibus superiectus, & materno sine
 repositus; idèo fatigatus sedebat, & somni indigus dormiebat; sed &
 dum cadebatur, dolebat, & verberatus, patiebatur, & dolores susti-
 nuit corporis, manus, & pedes transfixus. Dabat itaque humane
 natura tempus operari, & pati *QVÆ SV A SVNT*; ne fortè phan-
 tasia quedam, & visio inanis, non mirabilis eius videretur incarna-
 tio, & postea corpus enim se passibile, & mortale, atque corruptibile
 induit, & naturalibus nostris, & irreprehensibilibus subijciens, &
 huc quæ natura sue decenter conueniebant, pati, atque patrare in-
 dulsit vsque ad resurrectionem ex mortuis. Vide ep. Sophro.

Ex qua doctrina dilucidè apparet, quàm incoæsentanea sunt, quæ
 asseruntur à Poza, dum Christo, nec ætatum incrementa tribuat,
 nec det operari naturæ humanæ, quæ sunt propria, & a
 naturalibus nostris, & irreprehensibilibus passionibus eximit, radica-
 les prærogatiuas concedens, quæ innocentix statui competunt, quæ nul-
 lo modo possunt competere passibili (quod tñ Concil. fatetur) Corpo-
 ri Christi Domini; tale enim Corpus illi adaptatum est, vt pati posset,
 & mori, ne imaginaria, & phantastica appareret Oeconomia Saluatoris.

Illis autem prærogatiuis velle Virginem exornare, vt Corpus eius
 in instanti sit formatum in utero S. Annæ, & mirabilior fuerit forma-
 tio Corporis Mariæ, quàm Iesu Christi, & primorum parentum, &
 quod ex miraculo genita est, vt esset femina, cum mas esse debuisset,
 sitque eius sexus perfectior virili; certè his positionibus contra
 præcepta Epiphanijs (hæres. Lxxviii.) est Virginem extollere vtrà de-
 corum, & introducere noua, & inaudita, quæ nec Sancti, nec celebres
 in Ecclesia DD. vnquam docuerunt.

Proinde totius assertionis Poziæ series confutata remanet: vbe-
 riora speret Lector suo tempore reseruata, sicut, & ipsarum rationum
 pondera discutientur, quibus ad sua statuenda idem Poza veitur. Ince-
 rim vt loquar cum Aug. Patres sequamur Ecclesiæ, quæ non litigiosis
 opinionibus fingitur, sed diuinis attestacionibus comprobatur. ep. 30.
 & propter quælibet hominem, eam relinquere non debemus.

Animaduersio Vltima :

Vltima Animaduersio. circa nonnulla, quæ de Scripturis differit, moneadus mihi videtur Poza verbis S. Hieronymi in Matt. c. x. dicentis: *Cave in Scripturis diuinis superflitiosam intelligentiam, nec tuo sensu scripturas, sed scripturis iunge sensum tuum, qui tunc consonus scripturis erit, cum eandem intelligentiam à PP. suscipimus.* Quæ si Poza præcepta serualet, non introduxisset paradoxetera de sua illa retrocessione Solis non in umbra, sed in ipsomet contigisse: de diluuiò non occupante totam terram, &c. Mira res, vt dedignetur ab interpretibus fidei veritatem, & dilucidationem, ob mysteriorum difficultatem accipere, & tanta facilitate populis eadem in materna lingua pandere, & plebeiorum auribus intonare arcana, quæ ab insipientum oculis remouenda sanxio Antiquitas, in primis Dionys. 2. cap. Becl. Hierarch. Experimento, & malo nostro fatis didicimus quot hæreses peperit, in linguam maternam scripturarum translatio. & quando, ex Nazianz. ep. 16. ad Bas. *Tam hæretici coniuratis animis Ecclesiam percursant, &c. Ac periculum est, ne veritatis doctrina conuulsa distrabatur, nisi primo quoque tempore Beſeleelis spiritus excitetur, hoc est, sapientis huiusmodi disputationum, & dogmatum architecti.* Ab omnibus ergò eiusmodi, quæ pietati offendiculum (ex nouitatibus) esse possunt, abstinendum est. Hæc fatis ad primas Anonymi præstructiones infirmandas dicta sunt; nam quæ vel ex tabulis, vel ex alijs memorialibus scriptis ad Inquisitionem Hispanicam postea edidit, vel ex spongia ad extergendas licuras eiusdem Inquisitionis, & ex libro attitulato *Votum Platonis* producta sunt; contentioso postea sine tractabuntur, cum Oeconomia Saluatoris, ex Orthodoxia contra Nouitates propugnabitur eorum, qui in infinitum non semel reiecti flagitant audentiam, cum in multis correctione adhibere deberent, vt si non valuerunt impænitent laiceres, vel tandem peniteat, cognoscendo ab eis dicenda non fuisse.

Hæc in lucem prodimus, quæ à SS. DD. & PP. accepimus, præsertim S. Augustino, & à S. Th. fido, & indiuiso eius sectatore (cuius sollemnitas hodie celebratur) in cuius Collegio prædictum opus absoluisimus. Neapoli die septima Martij 1640. Ad Dei O. M. gloriam.

L A V S D E O

INDICVLVS OPERVM
R. P. M. F. DOMINICI
G R A V I N A.
I M P R E S S A

De Catholicis Præscriptionibus!

- 1 **T**omus I. continet prologomena, Analyſim fidei, Tractatum de Diuina reuelatione, de Regula fidei, de Symbolo Apoftolorum, de Verbo Dei non ſcripto, ſeu de Traditionibus.
 - 2 Tomus II. continet Tractatus de Verbo Dei ſcripto: de ſcriptis, & libris Apocryphis: de Editionibus, & præcipuè de Vulgata: de Interpretatione, et ſèſibus ſcripturę
 - 3 Tomus III. de Patribus, & eorum autoritate: de præſentium Paſtorum, & Doctorum autoritate, Quantam autoritatem ſibi vendicent S. S. Auguſtinus, & Thomas in Eccleſia Dei. De ſenſu Eccleſiæ.
 - 4 Tomi III. pars altera, vbi de Eccleſiæ natura, eius membris, notis, vel ſignis, dotibus, & ornamentis.
 - 5 Tomus IV. agit de præcipua Eccleſiæ dote, diuino, & publico Magiſterio: eiufdem, de illegitimis ſubiectis Magiſterij Eccleſiaſtici: de legitimis ſubiectis eiufdẽ Magiſterij
 - 6 Tomi IV. pars ſecunda, De legitimis ſubiectis, & primò de Concilijs OEcumenicis.
- Continuatio eiufdem Tomi quarti de præcipuo eius ſubiecto Rom. Pontifice, & eius infallibilitate in decretis fidei, morũ, approbatione Religionum, Canonizatione, & cultu Sanctorum.

Imprimenda.

- 7 **T**omus Vltimus de Euidencia credibilitatis myſteriorum fidei Catholice via oſtenſua; & incredibilitate ſectarum

rūm hæreticorum: de via dūcente ad impoſſibile, item
de argumentis ad hominem: ipſorum miniſtromachia:
moribus, aſtutijs, & fallacijs hæreticorum.

- 8 Iſagoge ad curſum controuerſiarum.
- 9 Theologiæ dogmaticæ aduerſus Matheologiam Lutherano-
rum, & Caluiniſtarum ad ſummam S. Thomæ iuxta eius
partitionem, & doctrinam ex Catholicis Præſcriptioni-
bus elaboratæ.
- 10 Harmonia Synodica cum Angelica Doctrina.
- 11 Commentaria ad libellum S. Vincentij Lerinenſis contra
prophanas Nouitates.
- 13 Notæ ad librum Fratris Moneti Cremonenſis ſocij S. Do-
minici Guſman contra Albigenſes, ad Excell. Proregem
D. Ramirum Guzman.

Opuscula iam impreſſa.

- 13 **V**ox Turturis.
- 14 Congeminata vox Turturis.
- 15 De ſacro Deposito Apoſtolico contra Spalatenſem.
- 16 De Sacramento Ordinis contra eundem.
- 17 Lapis Lydius ad diſcernēdas veras à falſis reuelationibus.
- 18 De indiuiſa prædicatione Euangelij.
- 19 Summa S. Thomæ rythmis comprehenſa.
- 20 Orationes habitæ in ſacello Pontificio.
- 21 Cherubim Paradifi S. Thomas Aquinas à nouitiolis para-
turis vindicatus.

Alia Opuscula imprimenda.

- 22 **D**e ſimplicitate Columbæ, & aſtutia ſerpentis: hoc eſt de
ſimplicitate, & prudentia Chriſtiana aduerſus Neopo-
liticos.
- 23 Diuina Prouidentia à calumnijs impiorum vindicata.
- 24 Ad Gētiliū cōuerſionē, Hæreticorū, & Atheorū, catecheſes.
- 25 De formali conſtitutio Religionis contra Spalatenſem.
- 26 Miles delicatus, hoc eſt M. Antonius de Dominis nouus
Vuilielmus de S. Amore, in arenam expoſtularus à di-
ſcipulo S. Thomæ. ad P.M.F. Petrum Cannadilla.

27 Tur.

- 27 **Turris Dauidica, hoc est propugnaculum S. Inquisitionis in damnatione hæreticorum, & eorundem librorum exustione.**
- 28 **Thronus Dauid, de Eminentia cathedræ Episcoporum.**
- 29 **Defensio Oeconomix Saluatoris: & Matripaternitatis nouitas fugillata.**
- 30 **Puritas Beatiss. Virginis Mariæ in Conceptione Filij Dei.**
- 31 **Disputationes quinque contra calumnias Hæreticorum in materia Conceptionis Dominæ nostræ in vtero S. Annæ.**
- 32 **Biga duarum Illustrium Controuersiarum, v3. de Assumptione S. Mariæ, & de titulo Apostolatus, quibus Prædicatoribus conueniat.**
- 33 **De igne Purgatorio, an verus sit, & realis, an verò possit admittere analogam significationem.**
- 34 **Pudicitia emollita, pristino candori restituta.**
- 35 **Nonnullæ disputationes in materia mylticæ Theologiæ.**
- 36 **De Choro, & cantu Ecclesiastico ad P. M. Sigismundum Ferrarium.**
- 37 **De libertate, & immunitate Ecclesiastica contra Henningū Halberstadiens.**
- 38 **De superindictis, & Vectigalibus.**
- 39 **De Spiritualibus Æquiocis, Vniuocis, & Denominatiuis.**
- 40 **Selectarum Q. Q. Scholasticarum tomus vnicus.**
- 41 **De clauibus Sacræ Scripturæ.**
- 42 **Variæ responsiones, & consilia.**
- 43 **Homiliæ diuersæ.**
- 44 **Consolatio peregrinationis humanæ.**

Indiculi Operum A.R.P. M.F. Dominici Grauina Ord. Præd.

F I N I S

ANT 1761211

3621

IX
D44